VIMARANIS

MONVMENTA HISTORICA

A SAECVLO NONO POST CHRISTVM

VSQVE AD VICESIMVM

IVSSV

VIMARANENSIS SENATVS

EDITA

PARS II

VIMARANE

EX TYPIS ANTONII LUDOVICI DA SILVA DANTAS

MCMXXIX

OBRA COLIGIDA E COORDENADA PELA «SOCIEDADE MARTINS SARMENTO».
OUVRAGE COLLIGÉ ET COORDONNÉ PAR LA «SOCIEDADE MARTINS SARMENTO».
WORK COLLECTED AND ARRANGED BY THE «SOCIEDADE MARTINS SARMENTO».
EIN VON DER «SOCIEDADE MARTINS SARMENTO» GESAMMELTES UND GEORDNETES WERK.

GUIMARÃES — PORTUGAL.

PARS II

MONVMENTA AB INITIO REGIMINIS ALPHONSI HENRICI VSQVE AD OBITVM FERDINANDI EXARATA COMPLECTENS

LXXVII

Sancti Mametis praelium et D. Alphonsi Henrici regiminis initium. Textum nobis suppeditavit Chronica Gothorum.

1128

Era MCLXVI. mense junio in festo Sancti Joannis Baptiste Infans inclytus donnus Alfonsus Comitis Henrici, et Regine Donne Tarasie filius, magni Imperatoris Hispanie Domini Alfonsi nepos, Domino auxiliante et diuina clementia et propitiante studio et labore suo magis, quam parentum uoluntate, aut iuuamine adeptus est Regnum Portugallis in manu forti. Siquidem mortuo patre suo Comite Domino Henrico cum adhuc ipse puer esset duorum aut trium annorum (1), quidam indigni, et alienigine uendicabant Regnum Portugallis matre eius Regina Donna Tarasia eis consentiente uolens et ipsa superbe regnare loco mariti sui, amoto filio a negocio Regni. Quam iniuriam ualde inhonestam nullatenus ferre ualens (erat enim grandeuus etate, et bone indolis) conuocatis amicis suis et nobilioribus de Portugal, qui eum multo maxime quam matrem eius, uel indignos et exteros natione uolebant regnare super se. Commisit cum eis prelium in campo Sancti Mametis, quod est prope castellum de Vimaranes, et contriti sunt, et deuicti ab eo, et fugerunt a facie eius, et comprehendit eos. Obtinuit ipse principatum, et Monarchiam Regni Portugallis.

Vide *Port. Mon. Hist., Scriptores,* pag. 12 (2).

(1) É tradição ininterrupta que D. Affonso Henriques nasceu em Guimarães; não conhecemos porém documento coevo que possamos apresentar no texto para comprovar este facto.

O anno do nascimento não é averiguado; as narrativas historicas publicadas no volume *Scriptores* dos *Port. Mon. Hist.* fornecem-nos as seguintes datas: 1094, 1106, 1107, 1109, 1110, 1111, 1113 (Vide *Scriptores,* pag. 22, 97, 91, 2, 21, 19, 11, 94). Herculano, nota XI no fim do primeiro tomo da *Hist. de Port.,* prefere o anno de 1111.

(2) Ainda outras referencias á batalha de S. Mamede se lêem no volume *Scriptores,* para onde remettemos o estudioso.

LXXVIII

Confirmatio et ampliatio foralis Vimaranensis a D. Alphonso Henrici facta.

1128

In dei nomine. Ego Infante domno A. enriquiz. Placuit mihi per bona pace et per bona uoluntate quod faciam ad uos bonos homines de Vimaranes proinde quod uos fecistis honorem et cabum super me et fecisti mihi seruicium bonum et fidele. Et ego uolo super uos et super filios uestros et super omni progenie uestra facere honorem et cabum. Auctorizo uobis illum forum quod debit uobis pater meus et mater mea et insuper dono uobis foros quod in tota mea terra non donetis portaticum. Et caualeiro aut uassallo de infancion aut nullo

homine qui fuerit ingenuo et in Vimaranes uenerit morare et ibi domum suam fecerit non donet fossadeira et sua hereditate et suo auer sit liber et saluo. Et iuniore sit liber et saluo cum suo auer si ibi uenerit habitare et si uoluerit suam hereditatem habere seruiat pro illa ad dominum in qua terra est. Et homiciane et rausador qui in Vimaranes uenerit habitare non pectet pro isto forfacto nichil sed in Vimaranes non sit tam ausus qui in illa uilla faciat rausum. Et quantos in Vimaranes habitare uenerint habeant istos foros semper et ipsi qui primiter uenerunt. Et de illas hereditates de illos burzeses qui mecum sustinuerunt male et pena in Vimaranes nunquam donent fossadeiras et suo auer ubicumque steterit sit saluus et qui illum prendiderit per malum pectet mihi LX solidos et insuper illo auer duplato ad dominum suum. Et qui isto iudicio et isto foro qui ego dedi ad uos homines de Vimaranes frangerit sit maledictus de deo et excommunicatus et illam maledictionem habeat super se sicut maledixit pater meus. Hec carta fuit scriptam v.º Kalendas Maii regnante domno A. in legione. Ego Alfonso enriquiz in hac carta manus meas roboraui. Era M.ª C.ª LX.ª VI.ª

Vide *Ibidem, Leges et Consuet.*, pag. 351.

LXXIX

Donatio a D. Alphonso Henrici propter officia praestita in obsidione Vimaranensi (1) *facta. Hunc parvum textum, ad scopum nostrum pertinens, qui continetur Charta mense Maio E. 1167 exarata, nobis suppeditarit* Monarchia Lusitana, P. 3, l. 9, c. 19.

1129

Pro servitio quod mihi fecistis in obsidione Vimaranensi adversus Regem Alfonsum meum consanguineum una cum Suario Menendi dictus Grossus et cum aliis de suo genere.

(1) Sobre o cerco de Guimarães por Affonso VII deve consultar-se a nota XII no fim do primeiro tomo da *Hist. de Port.* por A. Herculano. Este cerco, segundo o grande historiador, realisou-se em 1127.

LXXX

Charta ut nemo potens Vimarane domos aedificet sine populi consensu.

1130

In nomine domini amen. Sit omnibus hominibus qui venisti in hanc villam Vimaranensem rationem populandi pro bona pace quod mihi domino Anriquo nimis placet et huius rei maxime sumus contenti una cum muliere nostra dona Tareiga quod nullus potens qui secum duxerit societatem non possit in dicta villa domos edificare absque consensu habitantium in dicta villa ex quo nomine nostro evenit quod aliqui se volunt intromittere in dictam villam et quia non est vobis opus... ut non fiat amplius quia fecisti nobiscum honorem fidelitatis et ita mandamus ut in eternum compleatur ab illis qui post me venerint sub pena benedictionis ac maledictionis et sit maledictus a Deo sicut pater meus maledixit translatum per Egidium Valascum ad quinque Kalendas Madij Era mil cento sesenta e oito. (1).

Vide Archivo da Camara de Guimarães, *Livro das Provisões*, fl. 181, v.

(1) Este documento copiado do original nos principios do seculo XVII e authenticado pela assignatura do juiz de fora, não foi certamente bem lido pelo copista. D'este privilegio já ha vestigios no foral do conde D. Henrique e que elle existia desde o tempo de D. Affonso Henriques é incontestavel, como se vê d'um dos capitulos especiaes apresentados nas Cortes de 1446, que a seu tempo será publicado.

Os termos empregados no documento são em parte identicos aos do documento sob n.º LXXVIII e sendo este exarado na data de v.º Kalendas Maii da Era de 1166, não será porventura a data que tambem deveria estar n'aquelle original e que o copista alterou e vertendo-a no anno para portuguez?

E' este o unico documento em latim copiado no referido *Livro das Provisões* e por isso não podemos confrontar a sua copia com outras. Se as houvesse averiguar-se-hia se fôra praxe dos copistas verter para portuguez a era dos documentos. No archivo da Collegiada em copias authenticadas, feitas nos principios do secnlo XVIII, não faltam exemplos d'este facto.

LXXXI

Pactum venditionis fundi cujusdam in villa Feliz (Santa Eufemia de Prazins), *in loco quem dicunt* Oateiro, *siti. Charta autographa, olim ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo* (Torre do Tombo) *invenitur, unde eam describendam curavimus.*

1133

In dei nomine ego menendo anaiaz et uxor mea maria aluitiz tibi menendo petri. In domino deo eternam salutem. Placuit nobis per bonam pacem et uolumptatem faceremus tibi menendo petriz kartam uendicionis et firmitatis de hereditatem nostra propria quam habemus in uilla feliz discurrentibus aquis in aue territorio bracarensi et habet iacenciam in loco predicto ubi uocitant auteiro. Damus uobis ipsam hereditatem que fuit de martino u ganauimus eam de eo et fuit ex parte matris sue. Damus ibi uobis quartam integram per sus terminos et locos antiquos ubicumque eam potueritis inuenire casas uineas sautos deuesas pomares aquis rigatorias exitus moncium et regressus pro precio quod accepimus a uobis x morabitinos tantum nobis bene complacuit et de precio nichil remansit apud uos. Contra quod factum siquis uenerit ad inrumpendum uel forte ego uenero et in concilio de uindicare uel autorgare post uestram partem non potuerimus uel uos in uoce nostra pariemus uobis ipsam hereditatem duplatam uel tripatam uel quantum a uobis fuerit meliorata. facta karta uendictionis et firmitatis XVII kalendas februarii Era M.ª C.ª L.ª XXI.ª Ego menendo anaiaz et uxor mea maria aluitiz hanc karta uendicionis et firmitatis propria manibus roboramus—pro testes—Gomizo testis—...testis—.. nendus testis—Oueto aluitiz confirmo—Petrus pelaiz confirmo—Petrus midiz confirmo—Presbiter su... cus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do Tombo, *Collegiada de Guimarães*, maço 2, n.º 34.

(1) *Uilla feliz*: a freguezia de Santa Eufemia de Prazins. Veja-se a nota ao doc n.º XLV.—*Auteiro*: o logar do Outeiro na mesma freguezia.

LXXXII

Pactum venditionis fundi in Tagilde, *in loco dicto* S. Romão. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico extat Archivo, unde eam describendam curavimus.*

1133

In dei nomine Ego gundisaluus froilaz in domino deo eternam salutem. Placuit mihi asto animo et propria mea uoluntate ut facerem uobis fagildo gundisaluiz kartam uendicionis et firmitatis de hereditate mea propria quam habeo in uilla de sancto romano de tanagildi subtus monte de pena alta territorio bracarensi discurrentibus aquis in auizelam iacencia eius iter *(sic)* terminorum de sancto romano et de pena alta damus eam uobis cum domibus sautos deuesas pomaria aguas rigatorias uel irrigatorias exitus montium uel regressus terras ruptas uel irruptas scilicet fuit ab inicio pro quo accepi de uobis in precio XL et III^es modios tantum mihi et uobis bene conplacuit et de precio apud uos nihil remansit. Igitur abeatis eam firmiter uos et cui eam uos uendideritis uel mandaueritis euo per enni. Et siquis tamen aliquis homo uenerit uel uenero contra hoc factum ad inrumpendum quod nos in iudicio uel autorgare uel defendere non potuero quatinus pariam parti uestre illam hereditatem duplatam et insuper cento modios. facta karta uendicionis, et firmitatis in die x^oIIII kalendas agusti Era M. C. LXXI. Ego gundisaluus supra dictus han kartam propriis manibus roboro. Pro testibus — Petrus testis — Pelagius testis — Gundisaluus testis — Pelagius Manuelz confirmo — Petrus ramiriz confirmo. Menendus ramiriz confirmo — Menendus qui notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 26.

(1) *Sancto romano*: o casal de S. Romão.—*Tanagildi*: a freguezia de Tagilde.—*Monte de pena alta*: denominação desconhecida, hoje monte de S. Bento (?).

LXXXIII

Pactum venditionis fundi in villa Frijão. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo condita est, unde eam describendam curavimus.*

1135

In dei nomine ego adosinda didaz in domino deo eternam salutem amen. Placuit mihi asto animo et propria mea uolumtate ut facerem uobis menendo abbati kartam uendicionis et firmitatis de hereditate mea propria quam abeo in uilla frogam scilicet et parte parentorum meorum subtus monti sancti jacobi territorio bracarensi discurrentibus aquis in flumen aue. Do eum tibi scilicet quantam ego ibi abeo per ubi eam potueritis inueuire cum casas uineas pomaria sautos deuesas terras ruptas uel irruptas exiti moncium uel regressus aquas rigatorias uel irrigatorias pro quo accepi de te precium scilicet Lª XI morabitinos tantum mihi et tibi bene conplacuit et de precio aput te nichil remansit. Ita ex presenti die uel tempore sit ipsa eretraditas de iuri meo abrasa et in uestro sit tradita at qui confirmata euo perheni et si quis tamen aliquis homo uenerit uel uenero contra hoc factum nostrum ad inrumpendum quod ego in iudicio autorgare uel defendere non potuero quantum pariam uobis illam eretaditatem duplatam et insuper c.º xx marauidis facta karta uendicionis et firmitatis noto die quod erat xº VIIº kalendas aprilis Era M.ª C.ª LXXIII. Ego adosinda didaz hanc kartam propriis manibus roboro. Pro testibus—Menendo testis—Petro testis—Pelagio testis—Sauariqus trasariz confirmo—Odorio louegildiz confirmo—Pelagius sernandiz confirmo—rodericus presbiter qui eam notuit. (1).

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 13.

(1) *Frogam:* o lugar de Frijão em Corvite. Veja-se a nota ao doc. n.º XLV.—*Monti sancti jacobi:* o monte de S. Thiago nas extremas de Pencello e Prazins.

LXXXIV

Charta haec Regem D. Alphonsum Henrici aera infrascripta fuisse Vimarane monstrat.

1139

Alphonsus gloriosissimus Princeps, et Dei gratia Portugalensium Rex, comitis Henrici, et Reginae Tarasiae filius, magni quoque Alphonsi nepos pro remedio animae meae, et parentum meorum facio vobis Abbati Ioanni, et fratribus qui vobiscum sunt chartam, et cautum, ne quis vos impediat eundi, et aedificandi monasterium Ordinis Sancti Benedicti sub noua reformatione, tali pacto, ut solum ubi eum feceritis sit nostri dominii, et si alterius fuerit ematur nostris expensis: et si aliquis de vassallis nostris, vel militibus contra hoc venerit, sit maledictus a Deo, et in inferno damnatus. Facta charta Cauti apud Vuimaranes, Cal. Octobris, Era M. C. LXXXVII.[1] Ego supradictus Rex hanc chartam propriis manibus roboro.

1 *Lege* M. C. LXX. VII.

Vide *Port. Mon. Hist., Scriptores,* pag. 89.

LXXXV

Donatio medietatis cujusdam fundi in villa Sesulfe. *Haec charta, olim ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo extat, unde eam describendam curavimus.*

1140

In dei nomine ego iuliano enriquides una cum uxore mea onega uincenti. Placuit nobis ut faceremus tibi Fagildo gundisaluiz karta de hereditate nostra propria que abemus in uilla sesulfi iacentia ipsius hereditatis subtus mons que uocitant de uincenti territorio bracaresis *(sic)* et abet iacentia ipsa hereditate in loco predicto que nocitant caseelios quomodo diuidit cum illa de menendo aluariz et uadit ad sumitatem montis quomodo est conclusa cum omni sua prestantia. Damus tibi atque concedimus medietatem ipsius hereditatis ut abeas eam in uita tua firmiter et non sit ausus eam conquirere in uoce nostra in nullis temporibus et si minime fecerit quisquis fuerit sit excumunicatus et ab ecclesia dei separatus et pariat

parti tue ipsa hereditate duplata et insuper cento marauidis facta karta donationis et firmitatis pro remedio anime x° kalendas februarij E. MCLXXVIII[a] Nos supranominati in ha *(sic)* karta manus nostras roborauimus — pro testibus — Pelagius testis — Suerius testis — Menendus testis—Menendus diaconus notuit. (1).

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 3, n.º 6.

LXXXVI

Ex antiquo libro regestorum Sedis Bracharensis Liber Fidei, *sic dicto, hausimus.*

1140

TESTAMENTUM QUOD FECIT MITO NUNIZ CUM UXORE SUA MARINA SUARIZ ECCLESIE BRACARE DE ECCLESIA DE UIMARANES IN PORTELA DE GUITIM

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti trinitas indiuisa que nunquam erit finienda sed permanens per infinita seculorum secula. Ideo ego mito nuniz et marina suariz una cum coheredibus nostris omnibus facimus kartam testamenti de medietate illius ecclesie de uimaranes in illa portella de guitim cum omni suo iuri quod habet uel habere poterit beate marie sedis bracare et uobis archiepiscopo domno iohani et canonicis ibi commorantibus Idcirco facimus ut si potueritis cum rege parrochiam illius ecclesie cautetis et in ipsa benefaciatis ut per uos crescat et semper clericis quoredes istam ecclesiam teneant ita ut uobis et successoribus uestris fideliter et obedientes seruiant Si aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hoc scriptum testamenti ad infringendum componat uobis archiepiscopo domno iohani uel successoribus uestris illam ecclesiam duplatam uel triplatam et insuper sit excomunicatus et alumnibus sancte matris ecclesie segregatus Facta karta testamenti mense aprilis in octauis pasce sub E. M. C. LXX. VIII. Ego mito nuniz et marina suariz una cum omnibus coheredibus istius ecclesie in hoc scripto firmitatis manus nostras roboramus. Pro testibus. Petrus testis. Aluito testis. Menendus testis. Petrus Prior conf. Petro odoriz conf. Mito cabiscol conf. Pelagius subdiaconus notuit. (1).

Vide *Liber Fidei*, doc. n.º 478.

LXXXVII

Pactum venditionis fundi in villa Prazins. *Hoc diploma, olim ad Collegiatam Vimaranense pertinens, conditum est in Publico Archivo, unde id describendum curavimus.*

1242

In dei nomine. Ego bona uicencii una cum uiro meo iohanne sesufix et cum petro menendix sobrino meo in domino deo eternam salutem. Placuit nobis asto animo et propria nostra accessit uoluntas ut faceremus uobis domno menendo abati kartam uendicionis et firmitatis de hereditate nostra propria quam abemus in uilla placii scilicet de omni parte nostra quam ibi habemus ex parte parentum nostrorum ut abeatis eam firmiter per ubi eam potueritis inuenire tam in uilla quam in monte per suos terminos et locos anticos tam in domibus quam in uineis in sautis in terris in aquis in deuesis. damus atque concedimus uobis illam sicut superius diximus pro quo accepimus de uobis precium scilicet VI morabitinos aureos tantum nobis et uobis bene conplacuit et de precio apud uos nichil remansit. Igitur habeatis de ea licenciam uendendi testandi donandi cuicumque uolueritis et de odie die sit de nobis abrasa et in uestro dominio sit tradita atque confirmata euo perenni. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus tam de propinquis quam de extraneis contra hoc factum nostrum ad inrunpendum quod nos in iudicio autorgare uel defendere non potuerimus quatinus pariamus uobis illam hereditatem duplatam cum omni suo edificio et super XX morabitinos domino terre et

---

(1) *Villa sesulfi*: os casaes d'Amorosa e Espinhosa, nos arrabaldes de Guimarães, tiveram outr'ora o nome de Sesulfe, como se vê dos emprazamentos da Collegiada; talvez este documento lhes diga respeito.

(1) *Portella de guitim*: é para nós desconhecido este toponymico e porisso não podemos affirmar que este documento se occupe de territorio vimaranense.

iudicatum ad iudicem facta karta noto die VII° kalendas februarii. Era M.ª C.ª LXXX. Ego iohannes sesufix et uxor mea bona uicencii et petrus menendiz sobrinus hanc kartam propriis nostris manibus et hanc scripturam uobis menendo abati roboramus—Pro testibus—Menendus testis—Petrus testis—Menendus pelaiz confirmo—Petrus pelaiz confirmo—Ovecus.. eniquiz confirmo—...... Menendus presbiter... notuit. (1).

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 9.

LXXXVIII

Pactum venditionis fundi in Riba de Selho (S. Lourenço). *Charta ex scrinio Collegiatae Vimaranensis delata in Publicum Archivum, unde eam describendam curavimus.*

1145

In dei nomine. ego. petro pelaiz una cum uxore mea ujda petriz. siue cum filiis meis placuit nobis atque conuenit nullus quoque gentis imperio nec suadentis articulo sed propria nobis accessit uoluntas ut faceremus a uobis. Germinas tructriz. et uxor tua bronili cristouoiz sicut et fatiamus kartula uenditionis de hereditate nostra propria et accepimus de uobis in precio XIX brachales. tantum nobis bene conplacuit. jpsa hereditate habet iacentia in ripa de selio quanta ego petro pelaiz cum uxore mea hereditate hi abeo. damus a uobis Germinas tructriz cum uxore nostra uendimus a uobis ipsa ereditate integra per ubi illa potueritis cum quantum in se obtinet et aprestitum hominis est temporibus cunctis et seculis seculorum. Subtus mons Sancti iacobi. discurrente riuulo selio. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hac kartula uenditionis ad irrupendum que pariat ipsa hereditate duplata aut quantum a uobis fuerint meliorata et iudices terra iudicatum. facta karta uendictionis. die idus kalendas magii. E.ª M.ª C. LXXXIII.ª Nos iam supra nominati sumus. Petro pelaiz ujda petriz siue cum filiis meis in hac karta uenditionis manus nostras roboramus—Pro testes—Petro testes—Johanne testes—Pelai testes—nunum qui notuit. (1).

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 2.

LXXXIX

Donatio fundorum in villa Brito. *Ex Archivo Publico describendam curavimus chartam hanc, olim ad Collegiatam Vimaranensem pertinentem.*

1146

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris uidelicet et filii et spiritus sancti quorum est indiuisa maiestas et una deitas Ego onega diaz a nullo coacta sed spontanea uoluntate iubeo facerem hanc kartam donationis et perpetue firmitatis tibi nepoti meo alfonso menendiz de mea propria hereditate quam abeo in uilla que uocatur brito. Do atque concedo tibi in ipsa uilla omnem ipsam hereditatem quam ibi habeo tam ex parte auorum quam ex parte uisauorum atque aliorum parentum in nominato loco scilicet sub ecclesia sancti iohanis de brito et sicut concedo tibi ipsam quam habeo paccatam ita do atque concedo tibi ipsam aliam quam ibi habeo sub pignoratam. hec autem hereditas istis terminis diuiditur scilicet per ipsam uiam ueteram deinde per cacumem montis uille noue et per ubicumque eam inuenire potueritis intus et extra. Est uero ipsa hereditas sub ipso monte qui uocatur pena spineira discurrentibus aquis in flumine aue territorio bracarensi. Sit etiam tibi super illam licentia uendendi testandi atque donandi cuicumque tibi placuerit. Set si forte aliquis homo de meis parentibus uel de extraneis hanc scripturam irrumpere uoluerit quisquis fuerit in primis sit a deo omnipotente maledictus ipse et omne semen illius et in palacio seruorum diaboli cum eisdem perhenniter cruciatus et duplet tibi ipsam hereditatem et omnem augmentum quod tinbi *(sic)* feceris uel aliquis pro te et uicario regis det. CCC. modios. et iudici suum iudicatum et here-

---

(1) *Uilla placii:* a freguezia de Santo Thyrso de Prazins. Veja a nota ao doc. n.º XLV.

(1) *Mons sancti iacobi:* monte de S. Thiago na freguezia de Pensello, limitrophe de S. Lourenço de Selho.

ditas ipsa remaneat aput te incolumis et intemerata. facta karta. donationis mense januarij. Era M. C. LXXXIIII. Ego predicta onega hanc kartam propria manu rōboro. Petrus testis — Gunsaluus testis — Pelagius testis — Menendus scripsit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 9.

XC

Pactum venditionis fundi in Creixomil. *Chartam hanc describendam curavimus ex Publico Archivo* maço 12 de Foraes antigos, n.º 3. fl. 47.

1149

In nominis patris et filii et spiritus sancti amen. Ego domnus alfonsus rex portugalis et uxor mea regina domna mafalda uobis menendo eriz et tue uxori Dordie reinaldiz facimus cartam et scripturam firmitudinis de ipsa nostra quintana quam habetis in creisimir cum ipsa uinea que stat iuxta eam et cum campo que dicitur fundom et est prope montem de mazcotelos. Et habeatis illam uos et omne semen uestrum et cui illam dederitis in cunctis temporibus seculorum liberam iure hereditario. Et hoc facimus uobis pro uno caballo quod nobis dedistis pro precio. et pro Gunsaluo de sausa qui nos multosiens pro uobis rogauit. Quicumque igitur de semine nostro hanc cartam sicut nos fecimus uobis concesserit sit benedictus et sanctificatus. Et quicumque istam uobis frangere uoluerit sit maledictus et excomunicatus et cum iuda domini traditore in inferno dimergatur facta scriptura apud colimbrīam mense februario. E.ª M.ª C. LXXXVII. Ego supradictus Rex alfonsus et uxor mea domna maphalda qui hanc cartam uobis supradictis facere iussimus. coram nostris hominibus roboramus et hec signa facimus. pro testibus menendus alfonsus testis. Gunsaluus de costa. testis. menendus captiuus testis. Petrus corona testis. Reimundis garsie testis. Petrus de portu. testis menendus sesnandiz testis arias crispouaiz testis — Sarrazino dias testis — et aliij multi. Concellarius domni regis magister albertus. (1).

XCI

Pactum venditionis fundi in Creixomil. *Charta, olim ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, hodie in Publico Archivo invenitur, unde eam describendam curavimus.*

1150

In christi nomine. Ego eluira arias facio kartam uendicionis et perpetue firmitatis tibi pelagio petriz et fratribus tuis Menendo petriz et petro petriz. de mea hereditate quam habeo in crexemir sub monte latido discurrentibus aquis in flumine selio. territorio bracarensi. Do atque concedo uobis in hoc predicto loco omnem illam hereditatem quam ibi habeo de mea auoenga per ubcumque eam inuenire potueritis cum casis. uineis. atque cum omnibus suis prestanciis. pro qua accepi a uobis in precio. II. morabitinos aureos tantum mihi et uobis bene conplacuit et de predicto precio apud uos nichil remansit. habeatis (ergo) illam uos firmiter et omnis uestra posteritas in temporibus seculorum. Et sit uobis super eam licentia uendendi atque donandi cuicumque uobis placuerit. Sed si forte quod fieri non credo aliquis homo de meis parentibus uel de extraneis ad irrumpendum hanc kartam uenerit uel ego uenero. quisquis fuerit quantum calumpniauerit tantum uobis uel cui eam uobis dederitis in duplo conponat. et iudici. XV. solidos et hereditas ipsa maneat apud uos intacta atque intemerata. facta karta uendicionis Mense februario. Era M.ª C.ª LXXX.ª VIII. Ego supradicta eluira arias hanc kartam propriis manibus roboro—Qui uiderunt. petrus bacon qui uidit—Nunus pelaiz qui uidit—Menendus iulianiz qui uidit. petrus nauram qui uidit—Menendus charles qui uidit. Eirigus iulianiz qui uidit—Pro

(1) *Villa brito:* a freguezia de S. João Baptista de Brito. — *Montis uille noue:* o monte denominado Montouto, que extrema as freguezias de Brito e Villa Nova de Sande. — *Pena spineira:* talvez a sorte que no dito monte se diz Souto da Pena.

(1) *Fundom:* desconhecido.—*Maçcotelos:* a freguezia de Mascotellos, limitrophe de Creixomil.

testibus – Julianus testis.—Odorius testis—Petrus testis—Menendus notuit. (1).

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 35.

XCII

Ex antiquo libro regestorum Sedis Bracharensis Liber Fidei, *sic dicto, sumpsimus.*

1151

Testamentum quod fecit Pelagius onorici de ecclesia de uilla noua. et de gaifar. et de capareiros

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris uidelicet et filii et spiritus sancti. Ego famulus dei Pelagius onoriquiz facio kartam testamenti uobis archiepiscopo bracarensi domno iohani uestrisque successoribus atque canonicis eidem ecclesie seruientibus de hereditatibus quas habeo ex parte parentorum meorum uidelicet de parte monasterii de uilla noua de ripa aue ex integro. et de parte quam habeo in monasterio de gayfar. et de parte quam habeo in monasterio de capararios. et hoc facio pro remedio anime mee et parentorum meorum et pro beneficiis que recepi et recipio ab bracarensi ecclesia. Quod si aliquis uenerit uel uenero et hoc testamentum frangere uoluerit inprimis sit excomunicatus et cum iuda traditore dampnatus et quantum infringere temptauerit in duplo restituere cogatur et insuper regie potestati duo auri talenta persoluat. facta series testamenti. VII. idus februarii. E. M. C. LXXX. VIIII. Ego Pelagius honoriquiz hoc testamentum propria manu roboro. Petrus testis. Menendus testis. Pelagius testis. Gomizo bracarensis ecclesie prior conf. Menendus ramiri archidiaconus conf. Petrus odorii archidiaconus conf. Pelagius diaz sacrista conf. Johanes arie conf. Menendus diaz conf. Pelagius cardeno conf. Pelagius subdiaconus notuit. (2).

Vide *Liber Fidei*, doc. n.º 318.

(1) *Monte latido:* monte Largo. Veja-se a nota ao doc. n.º VII.

(2) *Villa noua de ripa aue:* Villa Nova de Sande.

XCIII

Pactum venditionis vineae prope rivulum de Coiros. *Charta haec, olim ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo condita est, unde eam describendam curavimus.*

1151

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Alfonsus portugalensia rex una cum uxore mea Regina domna Mahalda nullius quoque gentis imperio nec suadentis articulo sed propria mea accessit uoluntas ut facerem tibi Sueiro bispo et uxore tue maior kartam uenditionis et scripture firmitatis de una uinea quam fuit de goina cum suo casale per illo rego de illa creluda quomodo fer in illo riuulo de corios et inde per illo uallo antiquo ad illam petram que stat in illo uallo usque ad aliam petram que stat in capite souto per ubi spartet illo lauoradio cum illo souto et inde usque ad ribolum merdarium cum ipsa sesega de illo molino et hoc facio propter seruicium bonorum quod mihi fecisti et facturus es et pro precio quod accepi a te L.ta morabetinos tantum mihi et tibi conplacuit et de precio apud te non remansit in debito pro dare. Habeas tu illa firmiter et omnum posteritas tua filijs et filiabus tuis usque in perpetuum. Contra quod factum nostrum siquis ad inrumpendum uenerit in primis sit excomunicatus et cum iuda traditore domini dampnatus et pariat tibi illa hereditate duplata uel triplata aut quantum uobis fuerit meliorata. et ad parte calumpniam regis conponat. d.tos solidos et insuper iudicato. Facta karta uenditionis et scripture firmitatis notum die XII kalendas augusti. Era M. CLXXXVIIII. Ego Alfonsus rex supra nominatus una cum uxore mea regina Mahalda in hanc kartam quos fieri iussimus et legentem audiuimus manibus meis propriis Roboro. Qui presentes fuerunt. et audierunt fernandus pedriz confirmo. Petrus pelayz confirmo—nuno uello confirmo—Menendus moniz confirmo—Sanchio nuniz confirmo—Gunsaluo rodriguiz confirmo—fernandus menendiz confirmo—Gomizo menendiz confirmo—Prior sancte Marie vimaranensis —Petrus una cum omni conuentu confirmo—Judex Menendus siccus confirmo. Domnus Menendus alfonsus confirmo—Gunsaluus de Costa confirmo—Arias christoforiz confirmo—Sar-

razino didaz confirmo—Menendo heriz confirmo—Eirogo pelaiz confirmo—Pro testibus—Petrus testis—Menendus testis—Pelagius testis—Magister alberitus notuit—Alfonsus rex portugalis—Regina Mahalda. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 5, n.º 50.

XCIV

Pactum venditionis fundi in loco dicto Quintana. Ex Publico Archivo, ubi invenitur, hanc chartam, ad Collegiatam Vimaranensem pertinentem, describendam curavimus.

1151

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Marina mogueimiz una cum omnibus filiis meis quos habeo de diago honoriquiz et cum uiro meo petro domadario facimus cartam uendicionis et firmitudinis tibi ueremudo diaz de omni ipsa hereditate quam ego marina mogueimiz cum uiro meo diago honoriquiz ganaui de filiis de gotierre polo in quintana sub monte latido territorio bracarensi discurrentibus aquis in arrogio merdario. Damus atque concedimus tibi in prefato loco totam illam hereditatem quam ibi conparauimus preteria quartam partem que euenit petro diaz et sorori sue in porcione ex parte patris sui. Pro qua accepimus a te in precio. LX bracales in auro ad preciatos. tantum nobis bene complacuit et de ipso precio apud te nichil remansit. habeas ergo tu illam firmiter et omnes illi quibus eam dederis in cunctis temporibus seculorum cum omnibus suis prestanciis ubicumque illam inuenire potueris per suos terminos et locos antiquos. et habeas potestatem faciendi ex ea quidquid uolueris Sed si forte aliquis homo de nostris propinquis uel de extraneis ad irrumpendum hanc cartam uenerit et nos in iudicio deuendicare non potuerimus aut tu in uoce nostra pariamus tibi illam duplatam uel tripatam. et iudicatum. facta carta uenditionis Mense octobrio. Era Mª Cª LXXXVIIII. Nos supradicti omnes hanc cartam propriis manibus roboramus—Pelagius testis—Gunsaluus testis—Petrus testis—Menendus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 1.

XCV

Pactum venditionis domus in oppido Guimarães. *Charta haec, olim ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo invenitur, unde eam describendam curavimus.*

1152

In christi nomine. Ego Maria pelaiz simul cum filiis meis Martinus iohanis et Menendus iohanis. facio kartam uenditionis et eterne firmitatis tibi petro gunsalui uimaranensis ecclesie priori. de mea propria casa quam habeo in uimaranis sub ipsa aputeca et est diuisa per ipsam quitana que fuit de stephaneth et ex alia parte per ipsa meam casam et ex alia parte per ipsa de petro truito. Do uobis eam atque concedo cum suo exitu de precio quod a te accepi. IIIIor morabitinos tantum mihi bene placuit et de hoc precio apud te non remansit. Igitur habeas illam tu firmiter et omnis posteritas tua in cunctis temporibus seculorum. Et sit tibi super eam licenciam faciendi quidquid uolueris. Set si forte aliquis de meis parentibus uel de extraneis hanc kartam irrumpere uoluerit et ego illam tibi in iudicio deuindicare non possim aud tu in mea uoce quisquis fuerit pariat tibi uel uocem tuam pulsanti hoc quod sursum resonat et illam casam in duplo et quantum a te fuerit meliorata et in super iudici terre suum iudicatum. facta karta mense nouembrio. Era M.ª C.ª LXXXX. Ego supradictam Maria una cum filiis meis in hanc kartam manus meas ad confirmandum ponio (?)—Petrus testis—Menendus testis—Pelagius testis—Petrus diaconus pinxit.

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 13.

---

(1) *Riuulo de corios:* rio de Coiros.—*Ribolum merdarium:* rio Merdeiro; denominação ainda hoje conhecida.

(1) *Quintana :* desconhecido.—*Monte latido:* Monte Largo. Veja-se a nota ao doc. n.º VIII.—*Arrogio Merdario :* rio Merdeiro. Veja-se a nota ao doc. antecedente.

XCVI

Pactum renditionis fundi in Riba de Selho. *Ex Archivo Publico hanc chartam, olim ad Collegiatam Vimaranensem pertinentem, describendam curavimus.*

1152

In christi nomine. Ego Menendus alfonsus et uxor mea ousenda revelada facimus kartam uenditionis ed firmitudinis uobis Menendo abati de hereditate nostra propria quam habemus in ripa de Selio in nominato loco ubi dicunt casale de sendino. Damus uobis atque concedimus in predicto loco quartam partem de uno paredeneiro quod fuit cellarium cum suo terreno et... partem de ipso quintanale quem admodum nos illud habemus diuisum per suos marcos et de ipso exitui de tribus quartis medietatem integram quomodo diuiduntur per suos uallos et per una cepam de castanieiro. Pro qua accepimus a uobis in precio uno medio morabitinum in auro et unum solidum denariorum bone monete tantum nobis bene conplacuit et de hoc precio apud uos nichil remansit. Habeatis ergo eam uos firmiter per suos terminos sicut diuisa est in cunctis temporibus seculorum. Et si aliquis homo de nostris parentibus uel de extraneis hanc kartam infringere uoluerit uel uoluero pariam parti uestre ipsam hereditatem in duplo. et in super XV modios facta est hec scriptura Mense Decembrio. Era M.ª C.ª LXXXX. Ego prefatus Menendus alfonsus et uxor mea ousenda Revelada. hanc kartam propriis manibus roboramus—Petrus testes—Gunsaluus testes—Pelagius testes—Menendus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 3.

(1) *Casal de sendino:* desconhecido.

XCVII

Pactum renditionis fundi in Riba de Selho (S. Lourenço). *Charta, olim ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo asservatur, unde eam describendam curavimus.*

1153

In christe nomine. Ego menendus alfonsus et uxor mea ousenda reuelada facimus uobis domno Menendo abbati kartam uenditionis et perpetue firmitudinis de nostra propria hereditate quam habemus in ripa selij in loco nominato casal de sendino sub monte Sancti iacobi territorio bracarensi discurrente riuulo selio. Damus atque concedimus uobis in predicto casale omnem nostram porcionem quomodo diuiditur per cantu ex ipso celeiro et extremat per illos marcos quos stantur inter nos et menendus reueladus et in stant extra illum celeirum et uadit super ipsum uallum quod fecit menendus reueladus et fere in cima do uallo uedro cum omni nostra porcione exitus illius et cum arboribus illis quibus in prefacto termino ad stant et conclaudit per ipsum uallum uedrum et ferein ipso rego quod extremat intus nos et pelagio petriz uaeiro Pro qua accepimus a uobis in precio unum lzm tantum nobis et uobis bene conplacuit et de preeio apud uos nihil remansit. Ita ut ex presenti die ac tempore de iuri nostro sit abrasa et in uestro dominio sit tradita atque confirmata. sed si forte aliquis de nostris propinquis uel de extraneis hanc karta infringere uoluerit quisquis fuerit per sola temptatione quantum inquisierit tantum uobis uel cui uestram pulsauerit uocem in duplo pariat et in super illam hereditatem cum omi edificio suo et domino terre XX solidos probate monete et iudici suum ius facta karta mense marcio Era Mª Cª LXXXXI. Nos prefati uobis mendo abati in hanc manus nostras et os ad confirmadum ponimus — Petrus testes — menendus testes — pelagius testes—petrus diaconus indignus scribsit—Petrus menendis confirmo—Domnus gondanarus confirmo — Odorius godiniz confirmo. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 4.

(1) *Casal de sendino:* desconhecido. — *Monte sancti iacobi:* monte de S. Thiago na freguezia de Pensello, limitrophe de S. Lourenço de Selho.

XCVIII

Pactum renditionis partis molini (em Atães?). *Chartam hanc, ex scrinio Collegiatae Vimaranensis in Publicum Archivum delatam, describendam curavimus.*

1157

In christi nomine. Ego arias rotura et domna ledegundia fafiaz et goeuna truitesendiz tibi iermias truitis facimus cartam uenditionis et firmitatis ego arias rotura et frater meus de omni tercia de ipso molino datan pro precio quod a te accepimus. XII. modios et ego ledegundia fafiaz unum diem integrum de ebdomada pro precio quod mihi dedisti. III. modios. et ego goeuna alium diem de ebdomada de una filia quam ex me habuisti. habeas illum firmiter tu et omnis tua posteritas usque in seculum sed si aliquis homo uenerit tam de nostris parentibus quam de extraneis contra hoc factum ad irrumpendum pariat tibi uel tuam uocem tenenti ipsum molinum in duplo. et domino terre. c.º modios. facta carta mense ianuarij. E.ª M.ª C. LXXXXV. Nos prefati tibi iermias tructiz hanc cartam nostris manibus confirmamus — Petrus testes — Gunsaluus testes — Pelagius testes—Petrus notuit.

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 5.

XCIX

Rodericus Gomez, sacerdos, fundos suos in finibus de Cahide *et* da Costa *sitos, excepta parte vineae, Ecclesiae Vimaranensi donat. Charta haec, olim ad Collegiatam pertinens, in Publico Archivo asservatur, unde eam describendam curavimus.*

1160

In nomine patris et filij et spiritus sancti Amen. Quam incertum est tempus uite nostre quo mortali ducimur casu quia nec initium nascendi nouimus nec finem uite nostre scire ualemus idcirco ego Rodericus gomez indignus uimaranensis ecclesie sacerdos peccatorum meorum pondere pregrauatus timens ne morte preocupatus ab hac uita intestatus recedam. eidem ecclesie beate marie semper uirginis in qua deo donante longam et quietam uitam duxi et de qua mentis et corporis alimoniam usque ad senium ab in eunte etate semper accepi ut in marcessibilis hereditatis que dei famulis in celo conseruatur coheres efficiar de mea hereditate testamentum facio. Audiui enim dominum per prophetam dicentem. Diues cum dormierit nichil secum aufert aperit oculos et nichil inuenit cui psalmista concordans ait. Turbati sunt omnes insipientes corde dormierunt somnum suum et nichil inuenerunt omnes uiri diuiciarum in manibus suis. Vnde beatus gregorius ait. Vt enim in sua manu diuites post mortem aliquid inueniant eis ante mortem summopere necesse est ut id quod habent bene dispensent. Exemplo quippe conditionis humane didicimus quia diu cum rebus nostris durare non possimus. aut enim nos illas deserimus moriendo aut ille nos quamcitius deserunt per eundo uel fraude uel uiolencio ad alios transeundo. Studendum igitur nobis est ut res neçessario perituras. in non per euntem faciamus transire mercedem. his ergo et huiuscemodi diuinarum scripturarum documentis autem cordes libenter accomodans ego Rodericus gomez uobis domno menendo prefate ecclesie priori et ceteris concanonicis uestris tam presentibus quam futuris facio testamentum de tota hereditate mea propria quam habeo in toto termino de caidi excepto una larea de uinea que iacet in ipso plano quam ecclesie sancte crispine mando. Et facio etiam uobis testamentum de tota ipsa hereditate quam habeo in ipsa costa. Do igitur et concedo omnem hanc hereditate prefate ecclesie beate marie semper uirginis pro remedio anime mee et parentum meorum et pro beneficio quod ab eadem ecclesia semper accepi et uos dominum menendum eiusdem ecclesie priorem de inceps dominum totius huius hereditatis constituo ut me cum ea manu teneatis et quod mihi necessarium fuerit tam in uita quam in morte prouideatis. Set sub tali conditione hoc facio ut in diebus uite mee teneam illam integram cum omni meo prestimonio scilicet cum quanto ecclesia beate et gloriose semper uirginis marie habet in seruianes. et cum medietate ipsius ecclesie sancti martini de morterie. Et uos post mortem meam habeatis illam hereditatem integram et liberam et ut ego in uita mea causa senectutis uel egritudinis seu etiam alicuius morbi non perdam

prestimonium meum neque portionem meam. sed ut me semper pro posse uestro iuuetis ac defendatis. Nec contra hoc factum meum aliquis uobis cartam anteriorem uel posteriorem quasi a me factam uel roboratam opponere audeat quia qui mihi iuuenti cum potuit non profuit nec mortuo prodesse poterit nec curabit. Siquam igitur ecclesiastica secularisue persona scripturam hanc sciens contra eam uenire temptauerit et eam in aliquo minuere fraudare uel aliquas in missiones facere uoluerit secundo tercione commonita nisi congrua emendatione satisfecerit. quicquid inquietare uel conturbare uoluerit quadrupli resttuitione componere et domino terre quingentos solidos probate monete reddere cogatur. Et insuper maledicatur et excommunicetur et cum inda traditore et ceteris operariis iniquitatis in eterna damnatione damnetur amen. facta carta testamenti mense ianuario. Era M. C. LXXXX. VIII. Ego supradictus Rodericus gomez quanuis indignus sacerdos qui eam facere iussi coram idoneis testibus roboro confirmo.

Ego menendus morarie huius ecclesie priori roboro et confirmo. Ego Sarracenus didaci eiusdem ecclesie concanonicus roboro et confirmo. Ego petrus presbiter roboro et confirmo. Ego Martinus presbiter roboro et confirmo. Ego Menendus presbiter confirmo. Petrus presbiter confirmo. Pelagius testis. Petrus testis. Gunsaluus testis. Bernaldus testis. Petrus testis. Galterius testis. Petrus feilon notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 2.

C

Vermudus Didaci, diaconus, fundos, quos possidebat in villis Urgezes, Quintã, Creixomil, Santa Maria de Souto *et aliis locis, donat Ecclesiae Sanctae Mariae* de Guimarães. *Haec charta, in scrinio Collegiatae Vimaranensis olim servata, in Publico Archivo invenitur, unde eam describendam curavimus.*

1161

In nomine Patris et filii et spiritus sancti Amen. Quam incertum est tempus uite nostre quo mortali ducimus casu quia nec inicium nascendi nouimus nec finem uite nostre scire ualemus iccirco ego uermudus didaci indignus uimaranensis ecclesie diaconus pecatorum meorum mole pregrauatus timens ne morte preocupatus ab hac uita intestatus recedam eidem ecclesie sancte marie semper uirginis in qua deo donante longam et quietam uitam duxi, et de qua mentis et corporis alimoniam usque ad senium ab ineunte etate semper accepi ut in marcessibilis hereditatis que dei filios in celis expectat coheres efficiar de mea hereditate testamentum facio. audiui enim et timui dominum per prophetam dicentem. Diues cum dormierit nichil secum aufert. Aperit oculos, et nichil inuenit. Cui psalmista concordans ait. Turbati sunt omnis insipientis corde. dormierunt somnum suum et nichil inuenerunt omnis uiri diuiciarum in manibus suis. Unde beatus gregorius ait. Ut enim in sua manu diuites post mortem aliquid inueuiant eis ante mortem suam in opere necesse est id quod habent bene dispensent. Exemplo quippe condicionis humane didicimus quare diu cum rebus nostris non possumus aud enim nos illas deserimus moriendo aut ille nos quam citius deserimus per eundo et uel fraude uel uiolencia ad alios transeundo. Studendum igitur nobis est ut res necessario per... in non pereuntem facimus transire mercedem. his ergo et huiuscemodi diuinarum scripturarum documentis aurem cordis libenter accomodans ego uemdus didaci uobis domno menendo prefate ecclesie priori et ceteris concauouicis uestris tam presentibus quam futuris testamentum facio de tota hereditate mea propria tam laicali quam ecclesiastica quam habeo in uilla colgeses et de tota illa quam habeo in quintana et in crexemir ea excepta quam nepos meus gunsaluus a me per cartam habet et illa de linares quam iam dederat hospitali similiter per cartam. Adhuc etiam facio testamentum uobis de duobus casalibus quos habeo in uilla sauto cum omnibus suis pertinentiis quas habent intus in ipsa uilla et extra in alia que di-

---

(1) *Caidi:* Cahide, antiga freguezia hoje incorporada na d'Atães.—*Ecclesie sancte crispine:* a egreja parochial da referida freguezia, cuja titular era Santa Christina.—*Costa:* a freguezia d'esta denominação.—*Seruianes:* Serviães, lugar em Mesãofrio.—*Sancti martini de morterie:* o lugar de Morteiras na freguezia de Matamá, não havendo porém tradição d'egreja ou capella dedicada a S. Martinho; havia uma capella dedicada a S. Thomé, que, dizia-se, tinha sido matriz e que foi demolida no fim do seculo XVIII.

citur uilar et de toto hereditario iure quod habeo in terra uimaranis excepto eo iure quod habeo in ecclesia sancte marie de sauto et in ecclesia sancte chrispine de longos quod eisdem ipsis ecclesiis concedo. Ita sane ut aduersus hanc scripturam nulla unquam perturbatio nulla fraudulenta inmissio nulla temeritas ab ipsarum ecclesiarum coheredibus oriatur. Alioquando pro sola ipsorum temeritate liceat uobis in ipsis ecclesiis usque ad cornu altaris meam exigere portionem. Do igitur et concedo omnem hanc hereditatem prefate ecclesie beate marie semper uirginis pro remedio anime mee et parentum meorum et pro beneficio quod ab eadem ecclesia semper accepi, et uos domnum menendum eiusdem ecclesie priorem amodo mei ipsius et totius hereditatis huius dominum constituo ut mee cum illa manuteneatis et quod mihi necessarium fuerit tam in uita quam in morte prouideatis. Nec contra hoc factum meum aliquis uobis cartam anteriorem uel posteriorem quasi a me factam uel roboratam opponere audeat et si opposuerit. irrita fiat. quia qui mihi uiuenti prodesse cum potuit noluit. mortuo quod prodesse nec poterit nec curabit. Siqua igitur ecclesiastica secularis ue persona testamenti huius paginam sciens. contra eam temere uenire temptauerit. et eam in aliquo minuere. fraudare. dolos uel aliquis inmissiones facere uoluerit secundo tercio ue commonita nisi congrua emendatione satisfecerit quicquid inquietare uel conturbare aunt auferre uoluerit. quadrupli restitutione conponere. et domino terre d°ˢ c solidos probate monete publice reddere cogatur. et insuper maledicatur et excommunicetur et cum iuda traditore et ceteris operariis iniquitatis in eterna pena damnetur. facta karta testamenti mense januario. Era M.ª C.ª LXXXX.ª VIIII.ª Ego iam sepe dictus uermudus diaconus qui eam facere iussi coram idoneis testibus roboro. — Regnante domino alfonso gloriose memorie comitis henrici et regine tarasie filio. et johane archiepiscopo bracharensis ecclesie presidente.

Ego menendus huius ecclesie prior roboro et confirmo. — Ego sarracenus iudex huius ecclesie diaconus confirmo. — Ego martinus presbiter huius ecclesie precentor confirmo — Petrus presbiter confirmo — menendus presbiter confirmo — Petrus testis — Pelagius testis — Gunsalus testis — Menendus costensis Prior notuit — Petrus aluitiz testis — Johanes testis — Galterius testis — Bernaldinus testis — Johanes de rochela testis — Petrus odorij testis — Petrus figueiredo testis. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 3, doc. n.º 22.

CI

Pactum venditionis domorum prope oppidum Guimarães *sitarum. Ex tabulario Collegiatae Vimaranensis hausimus.* (2)

1161

In dei nomine. ego Petrus menendiz et uxor mea Gontina Pellaiz facimus kartam uenditionis et eterne firmitudinis vobis Menendo morarie vimaranensi Priori ceterisque concanonicis uestris tam presentibus quam futuris de tota nostra parte de ipsis duabus casis que fundate sunt inter ipsam uestram chousam et inter uiam publicam que uadit ad sanctum Romanum Damus atque concedimus uobis de ipsis casis nonam integram que nobis euenit ex parte patris nostri pellagii gonsaluiz et accepimus a uobis in precio unum bracale, tantum nobis bene conplacuit et de precio apud uos nichil remansit habeatis ergo illam uos firmiter et omnis posteritas uestra in perpetuum habeatis quoque potestatem faciendi ex ea quicquid uolueritis sed siquis de nostra gente uel de extranea hanc cartam uobis irrumpere temptauerit pariat uobis seu posterioribus uestris ipsam nonam de ipsis casis duplatam et insuper quinquaginta solidos bone monete. Facta carta mense iulio era M. C. LXXXXVIIII. Ego predictus Petrus et uxor mea Gontina uobis jam dicto domno menendo vimar. priori et omnibus concanonicis ecclesie uestrae hanc cartam proprijs manibus roboramus. Pro testibus Gunsaluus testis. Me-

(1) *Colgezes:* a freguezia d'Urgezes. — *Quintana:* desconhecido.— *Crexemir:* a freguezia de Creixomil.— *Linares:* desconhecido, podendo talvez ser o casal de Linhares na freguezia de Pinheiro, limitrophe d'Urgezes.—*Sauto:* Santa Maria de Souto de que o documento faz em seguida menção.—*Extra* (Sauto)... *uillar:* talvez Villar d'Atão em S. Torquato, sito no monte que forma a divisoria com Souto.

(2) O documento autographo existe actualmente no Real Archivo da Torre do Tombo; por elle fizemos conferir e corrigir a copia existente no Archivo da Collegiada.

nendus testis. Pelagius testis. Petrus notuit. Ego Petrus mangion confirmo. Ego Pelagius dulueira confirmo. Ego gonsaluus de caldas confirmo. Ego Petrus pelaiz confirmo. Ego Martinus Faber confirmo. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos contractos, posses e compras*, fls. 268 v.

CII

Ex antiquo libro regestorum Sedis Bracharensis Liber Fidei, *sic dicto, hausimus. Lectiones varias ex eodem libro, doc. sub numero 822.*

1162

TESTAMENTUM FAFILE GODINI DE ECCLESIA DE UILLA NOUA QUOD FECIT ECCLESIE BRACARE. [1]

In christi nomine. Ego fafia godiniz [2] facio kartam testamenti deo et sancte marie bracare [3] sedis uobisque archiepiscopo domno iohani uestrisque successoribus atque canonicis de omni eo quod habeo uel de iuri habere debeo in monasterio sancte marie de uilla noua ex parte patris mei godini fafile intus et extra prope illum pontem antiquum qui est super flumen aue. do illud uobis pro remedio anime mee et pro illo debito quod ad obitum meum uobis persoluere debeo. Itaque habeatis uos illud firmiter et omnes successores uestri usque in perpetuum contra quod pactum meum quicumque uenerit ad infringendum sit maledictus et excomunicatus et quantum uobis de eo quod presenti scripto uobis concedo auferre presumpserit tantum uobis in duplo componat. facta karta. XIX. [4] kalendas septenbris. [5] E. M. CC. Ego fafia godiniz hac [6] kartam uobis predicto archiepiscopo domno iohani. uestrisque canonicis propria manu roboro. Petrus testis. Johannes testis. Pelagius testis. Vermudus diaconus notuit. (2)

Vide *Liber Fidei*, doc. n.º 491.

1 Testamentum de monasterio uille noue in ripa de Aue.
2 godini
3 bracarensis
4 XVIIII
5 setenbris
6 hanc

(1) *Sanctum Romanum:* S. Romão de Mesãofrio.
(2) *Sancte marie de uilla noua:* Santa Maria de Villa Nova de Sande.— *Pontem antiquum:* a ponte de S. João sobre o Ave junto á fabrica de tecidos de Campellos.

CIII

Pactum venditionis saltus et vineae prope saltum monasterii da Costa. *Charta autographa, olim ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo asservatur, unde eam describendam curavimus.*

1163

Ego petrus uermuiz et uxor mea maria petriz tibi petro sendiz facimus karta vendicionis et perpetue firmitatis de illa deuesa que stat circa ipsa deuesa dos fratres da costa cum sua uinea que stat in testa de ipsa deuesa in cima et cum suo limite et cum suos castineiros. pro precio quod a te accepi. I. morabitino et. I. solido tantum mihi et tibi placuit et de precio apud te nichil remansit habeas tu illam et omnis posteritas tua cunctis temporibus seculorum. Si aliquis homo uenerit qui hoc factum uoluerit infrigere quantum quisierit tantum duplauerit et insuper domino terre. XXX solidos bone monete. E.ª M.ª CC.ª I.ª Ego petrus uermuiz et uxor mea maria petriz hanc karta propriis roboramus — pro testes — Guntalus testes — Michael testes — Menendus notuit.

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 23.

CIV

Pactum venditionis domus in via dicta Sapateira. *Charta autographa, olim ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo invenitur, unde eam describendam curavimus.*

1167

In christi nomine. Ego guntina brualda tibi Petro óoriz et uxori tue ausenda gunsalui facio kartam uendicionis perpetue firmitudinis de ipsa mea casa quam habeo in rua zapateira et habet iacentiam inter ipsa casa de maria ualasco. et inter ipsa de petro colon quomodo uertit aquis ad quintana de Meendo abate. do

uobis atque concedo pro precio quod a uobis accepi. xxiii. morabitinos. Tantum mihi et uobis placuit et totum mihi dedistis et pro reuora. i. zapatas de godomezil. habeatis illam in cunctis temporibus seculorum Si forte aliquis homo uenerit tam de mea parte quam de extranea qui hanc cartam infringere uoluerit. pariat uobis ipsam casam duplatam et quantum fuerit melioradam et insuper domino terre. ccc. solidos bone monete. facta karta mense ianuarij. Ego guntina brualda tibi Petro óóriz hanc cartam Roboro. Era m.ª cc.ª v. Petrus testis—Pelagius testis — Johanes testis — Petrus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 18.

CV

Pactum renditionis agri. Charta authographa, olim ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo invenitur, unde eam describendam curavimus.

1167

In christi nomine. Ego menendus dias et mea mulier eluira petriz. et ego petrus diaz et mea mulier maria petriz. uobis domno petro pelaiz diuino nutu uimaranensis ecclesie priori. facimus cartam uenditionis et eterne firmitudinis de omni ipso campo qui iacet ante casam de ero gonzaluiz et sub casa de petro cortes et uocatur senra. Damus uobis ipsum campum atque concedimus et diuidet cum ipso campo de ero gonzaluiz et cum ipso quod olim fuit de ueremudo diaz. pro precio quod a uobis accepimus. xii morabitinos tantum nobis placuit et de hoc precio apud uos in debito non remansit. Habeatis igitur uos firmiter illum et omnis uestri successores cunctis temporibus seculorum et faciatis in illo et de illo quicquid uobis placuerit. Sed si aliquis homo de... siue de extranea uenerit qui hoc nostrum factum infringere seu diminuere uoluerit. quantum a predicto campus...... nare uoluerit tantum uobis uel uestram uocem pulsanti in duplo conponat et insuper. d. solidos bone monete facta carta uendicionis Mense aprili. Era m.ª cc.ª v.ª Nos prefati uobis domno petro pelaiz ecclesie uimaranensis priori coram idoneis testibus hanc cartamnostris manibus roboramus—Qui ibi fuerunt presentes—Domnus fagildus—D. paulus—Petrus murusia — Menendus iulianiz — Martinus pelaiz—Raimundus petriz—Petrus menendiz—Gunsaluus petriz — Martinus lobeira — Petrus ...Petrus testis — Menendus testis — Pelagius testis. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 46.

CVI

Pactum renditionis fundi juxta locum, qui dicitur Fonte do Abbade. *Charta autographa, olim ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo condita est, unde eam describendam curavimus.*

1170

In christi nomine. Ego iohanis pelaiz filius pelagij curui nepos pelagij godiniz uobis petrus menendi uimaranensis ecclesie priori facio kartam uenditionis et eterne firmitudinis de mea hereditate propria quam habeo in ipsa abdegania ex parte mei patris nominatum juxta ipsum fontem abbatis. do uobis istam hereditatem integram atque concedo per ubicumque eam inuenire potueritis pro precio quod a uobis accepi vii morabitinos et unum solidum. tantum mihi et uobis placuit et de precio apud uoś nichil remansit. Habeatis igitur uos eam firmiter et faciatis in illa et de illa quicquid uobis placuerit. Siquis uero uenerit qui hoc meum factum infringere uoluerit. quantum de predicta hereditate a uestro iure alienare uoluerit. tantum uobis uel uestram uocem tenenti in duplo conponat. et insuper. cc. solidos bone monete. facta karta in mense iulij. Era m. cc.ª viii.ª Ego prefatus iohanis. uobis petro menendi ecclesie uimaranensis priori. hanc kartam mea manu roboro—Pro testibus—

(1) *Rua Zapateira :* a rua Sapateira, comprehendida com outras na actual rua da Rainha desde a antiga rua Escura, hoje rua das Lamellas, ao largo Franco Castello Branco.

(1) *Senra :* Uma nota em papeis da Collegiada diz que este campo é situado na freguezia de Silvares.

Petrus testis—Menendus testis—Pelagius testis · Menendus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 19.

CVII

Pactum renditionis fundi in villa Souto. *Charta autographa ad parochiam, quae dicitur* Salvador do Mosteiro de Souto, *pertinens, asservatur in* Bibliotheca Martins Sarmento. (2)

1172

In nomine domini. Ego uicentius suariz et iohanes suariz insimul cum mater nostra ausenda affonso facimus tibi godinus prior de sauto kartam uenditionis et firtudinis *(sic)* de nostra propria hereditate quod habemus in uilla de sauto subtus mons ceruas territorio brachara discurrentibus aquis ad aue. Et abet nacentia *(sic)* in loco nominato ubi uocitant fadal quantumque ibi abemus et aprestitum hominis est de monte in fonte per ubi illam potueritis inuenire per suis locis et terminis antiquis. Damus tibi ipsa supra nominata hereditate pro pretio quod de te accepimus VI. morabitinos tantum nobis et tibi complacuit et de pretio nihil remansit pro dare. Habeas tu illam firmiter in cumctis temporibus seculorum. Sed si aliquis homo uenerit uel uenerimus qui hanc kartam infringere uoluerit et nos in iuditio deuendicare non potuerimus uel noluerimus pariamus tibi ipsam hereditatem duplatam uel tripatam et quantum a te fuerit melioratum et insuper cui uocem tuam dederis CC. solidos probate monete. Facta karta mense aprilis. E. M. CC. X. Nos supra nominatos fratres vicentius suariz. et iohanes suariz. in hanc kartam manus nostras proprias robor + + + amus.

Pro testibus. Pelaius—Iohanes—Martinus—testes. Petrus notuit. (3)

CVIII

Pactum permutationis fundorum in villa Calvos. *Sumpsimus ex apographo saeculi XVIII in codice* Livro das Transacções e Escambos *inserto et tabulario Collegiatae Vimaranensis extante.*

1172

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Dubium quidem non sit sed multis plerisque manet incognitum quod ego Petrus Amarellus Vimar. Prior una cum omni capitullo et concessione domini nostri incliti Portugalensium Regis Alfonsi facimus ligale pactum concambii de hereditatibus nostris inter nos et Petrum Garciae: damus videlicet illi ipsum casal quod fuit de Pelagio Gontemiris in Caluos in predito loco qui dicitur Palatio in quo modo moratur Ruy cum omnibus juris ejus sicuti modo illum tenet et per ubicumque illam Petrus Garceae esse nouerit et augmentare potuerit: et adhuc damus ipsas hereditates illi quas Fernandus Fernandi tenet scilicet casal de Abbate cum omnibus suis pertinentiis integre pro quibus hereditatibus recipimus ab eo ipsum casale quod fuit de Petro proiutio cum omnibus suis adjacentiis et pertinentiis de quibus Petrus Garceae tenet illum integratum et per ubicumque illam Prior Vimaranis esse nouerit et augmentare potuerit et adhuc ipsum alium casal de Reboreda cum omni suo juri quod fuit de Menendo Veasques. Igitur amodo et deinceps habeatis vos Petrus Garcea istas hereditates quas vobis scripto adsignatas pro istis conceditis. Siquis vero hoc nostrum pactum irrumperit temptauerit non sit ei licitum sed pro solla temptatione quantum calumniauerit in duplo componat et insuper quingentos solidos. Factum hoc ligale pactum mense maijo, era millessima ducentessima decima. Nos utriusque partis superius nominati hoc pactum stabilem roboramus. qui presentes fuerunt Petrus Heris Judex Vimaranensium. Villanus ejusdem villae vicarius. Fernandus Mogueimis. pro testibus. Petrus tes-

(1) *Fontem abbatis:* Fonte do Abbade, assim denominada a fonte sita no Largo do Campo da Feira em Guimarães, junto dos lavadouros publicos.

(2) Este e outros documentos do Mosteiro de Souto foram já por mim publicados na *Revista de Guimarães*, vol. VI e seguintes, dos quaes se imprimiu em *Separata* um vol. de 221 pag. com o titulo: *Documentos Ineditos dos seculos XII-XV*, etc.

(3) *Uilla de sauto:* a freguezia de Salvador de Souto. — *Mons ceruas:* denominação hoje desconhecida, sendo quasi certo que era o mesmo monte que hoje se chama *Guardina*. — *Fadal:* campo pertencente ao casal da Lage na dita freguezia.

tis. Pellagius testis. Menendus testis. Fernandus notauit. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro das Transacções e Escambos*, documento n.º 69.

CIX

Rex D. Alphonsus Henrici fundos in Creixomil *et* Azurey *sitos Ecclesiae Vimaranensi donat. Ex apographo in* Livro dos Privilegios *inserto sumpsimus.*

1172

In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis Patris videlicet et Filii et Spiritus Sancti amen. Quoniam incertum est tempus vitae nostrae quo mortali ducimur casu, quia nec initium nascendi nouimus nec finem vitae scire valemus idçirco ego Alfonsus Portugalensium Rex una cum filiis meis rege domno Sancio et regina domna tarasia, Facio cartam testamenti, et scripturam perpetuae firmitudinis Deo et beatae Mariae vimaranensis ecclesiae et omnibus sanctis Dei quorum nomina in predicta venerantur ecclesia et vobis Priori Petro Amarello et omnibus subcçessoribus vestris in perpetuum promovendis de hereditate mea propria quam habeo apud Vimaranes nominate de ipsis senaris mearum vinearum de Creixomil et de Azurei et mando quod ille qui tenuerit ipsas defensas meas et de meo filio det vobis semper ex eis unde ipsae vineae bene in unoquoque anno erigi possint. Do siquidem atque concedo uobis ipsas senaras mearum vinearum jure hereditario sicut suis vallis in circuitu concluduntur pro remedio animae meae et parentum meorum ut memoria mei apud eandem ecclesiam habeatur sempiterna. Quidquid etiam inter terminos istorum vallorum ad regale jus pertinet de meo dominio sit abrassum et in vestro traditum atque confirmatum iure per euum. Habeatis itaque et possideatis vos et proposteri vestri omnes ipsas senaras vinearum mearum sicut jam terminate dinoscuntur cum uniuersis quae ibidem adprestitum hominum esse videntur in cunctis temporibus seculorum. fructus vero earum vinearum in augmentandis et amplificandis rebus ecclesiae et hereditatibus emendis et signis et ornamentis ecclesiae renovandis expendatur. nam sicut jam supra dictum est Deo et beatae Mariae de Vimaranis istarum vinearum stabilem cartam facio cui illas sana mente et integro animo tradere curaui perpetuo possidendas, ut filii mei aut nepotes mei seu quicumque post me regnauerint et hanc ecclesiam bene et honeste tractauerint et manutenuerint et de juribis sibi ablatis vel de aliis adquisitis possessionibus huic ecclesiae aliquid in bene faciendo impenderint omni mea benedictione et celesti gratia repleantur, siquis vero quod fieri non credo hoc meum factum irrumpere vel diminuere tentauerit, non sit ei licitum, sed pro sola tentatione sit maledictus et excommunicatus et cum juda Domini nostri Jesu Christi proditore apud inferos in inextinguibili flamma penas paciatur, et insuper ecclesiae beatae Mariae aut uocem ejus tenentibus ipsas vineas duplatas, et quantum a vobis fuerint melioratae penitus reddere cogatur et regi terrae sex millia sollidos probatae monetae. facta carta testamenti mense augusto sub era mil duzentos e dez (1) Ego Alfonsus Dei gratia Portugallensium Rex una cum filiis meis hanc escrituram propriis manibus confirmo. Rex Alfonsus.—Rex Santius.—Tarasia regina.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Privilegios*, tomo 1, fl. 2 v.º).

CX

Pactum venditionis fundi in Fonte do Abbade. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, asservatur in Publico Archivo, unde eam describendam curavimus.*

1173

In dei nomine. hec est karta uendicionis et firmitudinis quam ego petrus sendinis facio tibi iohane de sausa et uxori tue dona eluira de he-

(1) *Caluos:* a freguezia de S. João de Calvos, hoje incorporada na de Lordello.—*Palatio:* o casal do Paço na dita freguezia.

(1) Na nota ao doc. LXXX fica dito que o copista dos documentos da Collegiada vertera algumas vezes o anno da Era; este doc. é uma das provas de tal affirmativa.

reditate mea propria quam habeo in ripa de riuolo in loco nominato a fonte de abade scilicet una clausa cum sua aqua et cum suo aprestitum de fonte de abade quomodo parte cum eluira gutieriz de una parte et cum caluo de altera per ubi eam potueritis inuenire pro precio quod accepi a uobis III marabitinos et pro robora. I solido tantum mihi et uobis bene conplacuit et de precio apud uos nichil remansit. habeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestra. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus qui hoc factum nostrum irrumpere uoluerit et nos in iudicio auctorizare noluerimus uel non potuerimus pariamus uobis ipsam hereditatem duplatam cum quantum fuerit meliorata. et domino terre. C. solidos. E.ª M.ª CC.ª XI.ª Ego predicti qui eam facere iussi coram idoneis testibus Roboro—Testis—petrus testis—pelagius testis—Iohanes testis—Petrus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 57.

CXI

Rex D. Alphonsus Henrici monasterio Sanctae Mariae et Sancti Torquati ecclesiam ac parochiam, quas dicunt de S. Torquato, *donat. Ex apographo saeculi XVIII in codice* Livro dos Coutos *inserto sumpsimus.*

1173

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Haec est carta cauti siue testamenti quam ego Alfonsus Rex Portugallensium una cum filio meo Rege Domno Santio et filia mea Regina Domna Tarasia pro amore Dei et remitione peccatorum meorum facio Ecclesiae Sanctae Mariae et Sancti Torcati et alliorum Sanctorum quorum ibi reliquiae reconditae sunt, et vobis Domno Pelagio ejusdem Ecclesiae Priori, et ceteris fratribus vestris tam presentibus quam futuris, qui in prefata Ecclesia bene vixerint, et secumdum canonicam regulam Beati Augustini in sancta conversatione permanserint. Do vobis atque concedo et presentis scripture munimine confirmo eamdem ecclesiam cum adjacentibus villis suis ipsa scilicet quae dicitur villa Regis et alia quae vocatur Reboreda per terminos infrascriptos determinatos diuiditur. Itaque a parte orientis per terminos notos et marcos de Sagadi, et Mosegi, et vadit per Spineira, et ferit in ipsa Portella inter auterio de Letanias et penneda, et inde pergit per prona comodo currit ipsa aqua et diuidit cum villar et ferit in illa leuada que dicitur do Ortal, et inde ascendit ad superiora per ipsas petras signatas ad petram superpositam comodo diuidit cum villa Gomianis, et vadit per caufum et ferit per petras de Bolpelleira in ipsa strata et inde comodo diuiditur per terminos et marcos notos et antiquos de Gomianes et Vrgildi et de Trasariis, et de Lubeira, et ferit in Sagadi unde initium sumpsimus, quidquid igitur dignoscitur totum vobis et prefactae Ecclesiae supradicta conditione concedimus et presentis scripturae pagina et prefata Cauti designatione communimus; quicumque igitur ex nostra posteritate siue vir siue femina Regni successionem acceperit et hanc nostram constitutionem uobis vestrisque successoribus obseruauerit Dei Omnipotentis benedictionem et nostram pariter consequatur, et Beatae Dei genitricis Mariae et Sancti Torcati et alliorum santorum qui in eadem Ecclesia honorantur intercetionem in omnibus suis necessitatibus inuenire mereatur, siquis uero temerarius diabolico furore commotus preditos cauti terminos violenter infregerit et aliquid damni ibi inferre temptauerit quidquid per violentiam abstulerit integrum restituat et uobis uel vicem vestram tenentibus quingentos solidos probatae monetae publice persoluere cogatur. Facta carta cauti siue testamenti sexto Calendas Magii Era millessima ducentessima decima prima. Ego Rex Alfonsus una cum filiis meis Rege Domno Santio, et Regina Domna Tarasia qui eam facere jussimus pro Dei amore et peccatorum nostrorum remitione in perpetuum roboramus. Rex Alfonsus. Rex Santius. Regina Tharasia. Qui presentes fuerunt Prior vimaranis Petrus Amarellus. Prior Costensis Domnus Menendus. Villanus vicarius Vimaranis. Joannes de Rochella. Joannes Pelagii. Frater Villanii. Fernandus Bispo. Petrus Mauro. Domnus Petrus Fernandi Maijordomus Curie Regis Santii confirmo. Petrus Odorii Dapifer confirmo. Domnus Fernandus Alfonsi signifer Regis Santii confirmo. In Bra-

(1) *Fonte de abade:* veja-se a nota ao documento n.º CVI.

cara Archiepiscopus Domnus Joannes. Petrus Faciom Regis Domni Alfonsi cancellarius confirmo. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Coutos*, fls. 4 a 5 v.^to.

CXII

Pactum venditionis agrorum in Creixomil. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo asservatur, unde eam describendam curavimus.*

1173

In dei nomine. Ego alfonsus eriguiz et menendus erigiz tibi garcia petriz et tue mulieri dordia iohanes facimus karta uendicionis et eterne firmitudinis de ipsis campis quos habemus in creixemir et habent iacentiam iusta ipsos campos de ero gunsaluiz. Damus uobis illos atque concedimus per ubicumque illos inuenire potueritis pro precio quod a uobis accepimus medium morabetinum. habeatis igitur uos illos firmiter et omnis uestra post teritas. Set siquis uero uenerit qui hoc nostrum factum infringere uoluerit pariat uobis ipsos campos duplatos et quantum a uobis fuerint melioratos facta karta mense magij era M.ª CC.ª XI.ª Ego alfonsus erigiz et menendus erigiz tibi garcia petriz et tue mulieri dordia iohanes hanc karta roboramus. pro testibus petrus testis—pelagius testis—menendus testis—petrus notuit.

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, doc. n.º 26.

(1) *Villa Regis:* talvez o casal de Real.—*Reboreda:* o casal de Reboreda. — *Sagadi:* o lugar de Segade. — *Mosegi:* o lugar de Mogege.—*Spineira:* desconhecido. — *Gomianis:* a freguezia de Gominhães. — *Vrgildi:* a quinta de Gilde. — *Lubeira:* a freguezia de Lobeira.

Este e alguns outros documentos, existentes por copia no Archivo da Collegiada, não puderam ser corrigidos pelos originaes, que deveriam existir na Torre do Tombo, porque, não obstante as diligencias feitas, não foram encontrados.

CXIII

Pactum venditionis fundorum in villis de Fareja *et* Cerzedo. *Charta autographa, olim ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo condita est, unde eam describendam curavimus.*

1174

In dei nomine. Ego petrus petri et mea mulier maria pelaiz uobis fernando petri et tuis filiis nominatim iohane fernandi et eluira fernandi et maria fernandi facimus kartam uenditionis et perpetue firmitudinis de partem nostre hereditatis propre quam habemus uobiscum ex parte nostre matris in uilla sancti martini de faregia et in uilla cerzedo. sub montibus ex una parte louesendi et ex alia sancte herene. discurrentibus aquis ad riuulum que uocitant malum. et intrant ex una parte et alia in auizela. Damus uobis in istis uillis totam nostram portionem prefate hereditatis sicut nobis euenit paterno et materno iure per ubicumque illam potueritis inuenire et augmentare cum montibus et fontibus et cum exitibus et regressibus et cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est. pro precio quod a uobis accepimus unum morabitinum et dedimus de ipsum morabitum a uobis unum lenzum et remanserunt a nobis IIIJ.^or bragales quos recepimus pro ipsa hereditate. Tantum nobis bene complacuit et de hoc precio apud uos non remansit. habeatis igitur uos illam firmiter et omnis uestra posteritas post uos cunctis temporibus seculorum. Siquis uero uenerit tam de nostris quam de extraneis qui hoc nostrum factum infringere uoluerit quantum de predicta hereditate a uestro iure alienare uoluerit. tantum uobis uel uestram uocem tenenti in duplo conponat et domino terre. L. solidos bone monete. facta karta. Mense octobris. Era. M.ª CC.ª XII.ª Nos prefati uobis fernando petri et filiis tuis superius nominati. hanc kartam nostris manibus firmiter roboramus. Pro testibus—Pelagius testis—Gundisaluus testis—Petrus testis—fernandus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 15.

(1) *Sancti martini de faregia:* a freguezia de S. Martinho de Fareja, actualmente do concelho de Fafe. — *Cerzedo:* a freguezia de S. Miguel de Serzedo. —

CXIV

Pactum venditionis fundorum in Costa *et quibusdam aliis locis. Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo invenitur, unde eam describendam curavimus.*

1176

In christi nomine. Ego gundisaluus petri monacus uobis petro gunsalui et uestre mulieri truili uermuiz facio kartam uenditionis et perpetue firmitudinis de totam illam hereditatem quam comparaui de gundisaluo arias nominatim in illa Costa (extra inde illum conchousum integrum) et in liares de lamas et in borreiros et in casal de chanis. et in pumar de zao et in illo campo de sub ipso forno qui fuit de saluador dente sub monte latido discurrentibus aquis ad riuulum merdarium. Do uobis in predictis locis totam illam hereditatem quomodo sursum resonat cum sautos et terras rubtas et barbaras. et cum aquis que illam rigare solent et cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est de monte in fonte pro precio quod de uobis accepi. II.os morabitinos et. XII. denarios. Tantum mihi placuit et de hoc precio apud uos non remansit. Ita ex hodie die sit ipsa hereditas de iuri meo abrasa et in uestro dominio tradita atque confirmata habeatis igitur uos illam firmiter et omnis posteritas uestra in perpetuum. Siquis uero uenerit qui hoc meum factum irrumpere uoluerit et ego in concilio illam uobis aut uocem uestram tenenti defendere et auctorisare noluero uel non potuero tunc pariam uobis illam hereditatem in tali loco duplatam cum quantum a uobis fuerit meliorata. et domino terre. L.a solidos bone monete facta. karta. Mense februarij. E.a M.a CC.a XIIII. Ego gunsaluus petri uobis petro gunsalui et uestre mulieri truili uermuiz coram idoneis testibus hanc kartam propriis manibus roboro — Pro testibus Johanes testis — Menendus testis — Petrus testis — fernandus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 26.

Montibus louesendi et sancte herene : desconhecidos. — *Riuulum malum :* rio Mau. Veja-se a nota ao doc. n.º XX.

(1) *Costa :* talvez a freguezia da Costa. — *Lamas, borreiros, chanis :* Lamas, Borreiros, Chãs ; casaes cuja situação não consegui averiguar. — *Riuulum merdario :* rio Merdeiro. Veja-se a nota ao doc. n.º XCIII.

CXV

Pactum venditionis domi in oppido Guimarães *sitae. Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico extat Archivo, unde eam describendam curavimus.*

1176

In dei nomine. Ego iohane malmerca et uxor mea loba menendi tibi petro donin facimus kartam uenditionis et perpetue firmitudinis de nostra propria casa quam habemus in ipsa platea de sancta maria inter ipsa casa de pelagio sordo et inter ipsa de maior petri et de alia parte casa de petro bonitate. Damus tibi eam totam integram atque concedimus cum omni sua prestancia. et hoc facimus pro precio quod de te accepimus VI morabitinos et pro sua reuora. III. denarios. Tantum nobis placuit et de precio apud te non remansit. habeas tu illam firmiter et quem tu uolueris cunctis temporibus seculorum. Sed si aliquis homo uenerit qui hoc nostrum factum infringere uoluerit pariat tibi ipsam casam integram duplatam et quantum a te fuerit melioratam et insuper domino terre. CC. solidos. facta karta mense decembrio. E.a M.a CC.a XIIII.a Ego iohane malmerca et uxor mea loba menendi tibi petro donin manus nostras in hanc kartam roboramus — Pro testibus Petrus testis — Johanis testis — Pelagius testis — Granus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 3.

CXVI

Pactum venditionis fundi in villa de Souto. *Charta autographa ad parochiam, quae dicitur* do Mosteiro de Souto, *pertinens, in* Bibliotheca Martins Sarmento *asservatur.*

...nomine. Ego Maria iohanis una cum filia mea tota fafilaz. Placuit nobis per bona pacis et uoluntas ut faceremus a uobis prior domnus godinus una cum conuentui uestro kartam uenditionis et scripture firmitudinis de hereditate

---

(1) *Platea de sancta maria :* o largo de Nossa Senhora da Oliveira.

nostra propria quam habemus in uilla souti in loco que uocitant fadal subtus mons ceruas discurrentes aquas a flumine aue. Damus uobis istam hereditatem quanta nos ibi habemus de monte in fonte per ubi illam melius potueris inuenire. Habeatis uos illa firmiter pro precio quod de uos accepimus. VI. morabitinos et sua reuora. V. solidos tantum uobis et nobis bene conplacuit et de precio nichil remansit in debitum pro dare. Et si aliquis homo uenerit uel nos uenerimus tam de nostris quam de extraneis qui hoc pactum nostrum uoluerit irrumpere. pariat istam hereditatem duplatam uel quantum fuerit melioratam et insuper CCC. solidos. Facta karta mense aprilis. Sub. E. M. CC. X. IIII. Ego Maria iohanis una cum filia mea tota fafilax a uobis prior in hanc kartam manus nostras robor+a+m+v+s.

Nunus testis—Johanes testis—Menendus testis. (1)

CXVII

Testamentum Urracae Petri. Hoc diploma, ad ecclesiam do Mosteiro de Souto *pertinens, in* Bibliotheca Martins Sarmento *asservatur.*

1177

E. M. CC. X. V.

Mando ego horraca petri meum corpus ad monasterium sancti Saluatoris de Sauto. et ipsum meum casalem de rial integrum cum omnibus que ad illum pertinent in quo morauit menendus luz. et meum lectum cum almuzala et cum mea manta noua. Ad mariam pelagiz I. ouelia et I. cabra cum sua filia. ad mariam filiam de petro caluo. I. ouelia et I. capra et II. quartarios de pan. et I. arca. et I. telega de pan in quocunque anno donec habeat uirum. Mando ut petrus pelagiz teneat in uita sua ipsas casas in quibus morat. Ad petrum gunsaluiz meum abbatem I. ouelia et I. capra. Ad gafos de vimaranis et de bragaa et de barcelos singulas telegas. Ad sanctum martinum de candaosu II. morabitinos de hereditate de portela de lectoes. (2)

CXVIII

Donatio fundorum monasterio de Souto *facta. Monumentum hoc, ad ecclesiam* do Mosteiro de Souto *pertinens, in* Bibliotheca Martins Sarmento *asservatur.*

1178

Sciant presentes et futuri. quod ego Pelagius Suerij facio mandationem et testamentum ad monasterium de Sauto. pro remedio anime mee do ibi quantam hereditatem habeo in bouza siue ecclesiasticam quomodo laicalem et habet iacentiam in termino sancte marie per illam inuenire potuerint cum omni suo iure de monte in fonte et etiam mando ibi quantam hereditatem habeo in uilar. Siquis uero uenerit qui meum factum infringere uoluerit pariat ipsam hereditatem duplatam uel triplatam et cogatur reddere cui uox fuerit data D. solidos probate monete. Facta karta mandationis seu testamenti mense aprilis. E. M. CC. X. VI. Ego pelagius suerii qui hanc kartam facere iussi meis manibus roboro.

Qui presentes fuerunt Domnus godinus prior de Sauto testis. — Iohanes pelagij testis. — Pelagius menendi testis.—Pelagius pelagiz testis. —Galuan testis.—Iohanes de ponte testis. Pelagius monachus sancti stephani testis—Petrus menendi abbas sancte marie testis. — Pelagius monachus illius clericus testis.—Osorio pelagij et frater eius pelainus testis. (1)

CXIX

Testamentum Johannis Laurentii. Diploma hoc ad ecclesiam, quae dicitur do Mosteiro de Souto, *pertinens, in* Bibliotheca Martins Sarmento *conditum est.*

1178

E. M. CC. X. VI.

Hec est manda et testamentum quod ego

(1) Vejam-se as notas ao doc. n.º CVII.

(2) Vide a nota (1) ao doc. n.º CVII.—*Rial:* casal de Real em S. Torquato, que era foreiro a Souto. — *Sanctum martinum de candaosu:* a egreja parochial de S. Martinho de Candoso. — *Portela de lectoes:* a freguezia de S. Martinho de Leitões.

(1) *Bouza in termino sancte marie:* o casal da Bouça na freguezia de Santa Maria de Souto.

Veja-se a nota (1) ao doc. n.º CVII.

Iohannes Laurencius facio per manus prior Godinus de Sauto et per manus de mea mulier maria suariz. Inprimiter mando corpus meum ad monasterium de Sauto cum ipso casal de ferreirus et unum vasu de plata et meum lectum et soluat mea mulier diuida de Brachara. a sancta maria de Sauto ipsum meum quinionem de uinea. a arnoia v. morabitinos. a carbonario x. morabitinos quod metant in testamento. a uarzena I. equam. ad Brauanes ipsum meum quinionem de Sautello. ad sancta eolalia et sancti adrianj I. poldro. ad leprosos de Barzelus ipsa hereditate de nautanes. ad Burio I. modio de pan. ad leprosos de vimaranis I. quartarium de pan. ad ponte de aue de Sauto I. pedreiro unum mensem. ad leprosus de ponte I. quartarium de pan. ad leprosus de ratis I. quartarium de pan. (1)

CXX

Pactum venditionis fundi in villa quae dicitur de Fareja. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo invenitur, unde eam describendam curarimus.*

1178

In christi nomine. Ego fernandus petri uobis onega iohani et semen quam habes de fernando scriba facio kartam uenditionis perpetueque firmitatis de hereditate mea propria quam comparaui de Menendo menendiz. et de sua mulier maior iohanis in uilla quod uocitant sancti Martini de pumar faregia sub montibus ex una parte sancti Mametis et ex alia sancti siluestri discurrentibus aquis undique ad riuulum malum et intrant in auizela territorio bracara. Do atque concedo uobis et semen uestram iam supra nominatam in ipsa iam dicta uilla. scilicet in ipso conclauso qui iacet super ipsam ecclesiam de sancto Martino. et sub ipsa tua casa. duas leiras de uinea asignatas per bonos homines cum suis arboribus que circumstant et cum quarta de quinque castineiros IIos in illo conclauso et tres circa tua domo. et una ficulnea. et una mazaneira et cum introitibus et regressibus et cum aquis et deuesis qui ad illam pertinent intus et foris et totam illam hereditatem quam habuit menendo menendiz et sua mulier maior iohanis de auiorum et parentum suorum et de ganantia sub signo sancti Martini et in omnibus finibus eius pro precio quod de uobis accepi IIIes morabitinos et medium. Tantum mihi et uobis bene complacuit et de precio apud uos nichil remansit. Habeatis igitur et possideatis uos ipsam hereditatem superius nominatam libere. cum omni integritate cum introitibus et regressibus suis cum aquis et pascuis. uineis. domibus. ortis. et plantationibus cum uniuersis que ibidem ad prestitum hominum esse uidentur per ubi illam inuenire et augmentare potueritis. in cunctis temporibus seculorum. Et habeatis licentiam faciendi de illa. quecumque uobis placuerit. Siquis uero quod fieri non credimus hoc nostrum factum irrumpere uel diminuere uoluerit aut ipsam hereditatem uobis auferre uoluerit. et ego illam uobis defendere et auctorisare non potuero. aut noluero. aut uos in uice mea pariam uobis ipsam hereditatem duplatam et quantum a uobis fuerit meliorata in tali loco. et domino terre xx modios et scriptura habeat robur suum. facta karta Mense februarij Era M.ª CC.ª XVI.ª Ego fernandus petriz uobis Onega iohani et semen supra scriptam hanc kartam proprijs manibus firmiter roboro confirmo — Petrus testis — Menendus testis — Pelagius testis. fernandus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 16.

(1) *Ferreirus* : ?— *Sancta maria de sauto* : a egreja parochial de Santa Maria de Souto. — *Sautello* : casal na freguezia de Santo Thyrso de Prazins; hoje sómente conhecido um campo com o nome de Soutello. — *Sancta eolalia et sancti adriani* : talvez as egrejas parochiaes de Santa Eulalia de Barrosas e de Santo Adrião de Vizella, hoje a primeira do concelho de Louzada e a segunda do de Felgueiras. — *Ponte de aue de Sauto* : talvez a ponte de Donim sobre o Ave, nos confins da dita freguezia de Souto.

Veja-se a nota (1) ao doc. n.º CVII.

(1) *Sancti Mametis* : desconhecido. — *Sancti siluestri, riuulum malum* : veja-se a nota ao doc. n.º XX.

CXXI

Pactum partitionis fundorum in oppido Guimarães *et aliis locis. Diploma hoc, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo asservatur, unde id describendum curavimus.*

1178

In christi nomine. hoc placitum factum fuit inter me petrum de laurido et fratres meos et filios et filias fratrum meorum. de hereditate qua mater nostra domna sancia reliquit. Excepto casali de cazurranes quod pro anima eius sancto martino assignauimus. Case itaque quas ipsa in uimaranis habuit cum furno et dimidio casali de negrelos in partem domni menendi albergueiro et menendi alfonsi et orace petri consilio et mandato mariti sui martini suariz et eluire fernandi iusta considerata partitione euenerunt. et de isto medio casali et de istis domibus et de isto furno menendo alfonso et sorire (*sic*) sue. domne mafalde quartam partem euenit. Totam uero aliam hereditatem quam ipsa in maureli et in uarzela iminente supremi temporis articulo possidebat petrus de laurido et fernandus menendi hereditaria partitione tenuerunt. Quicumque igitur uel quicumque istam placiti institutionem uiolare presumserit et participationem hanc cassare conatus fuerit. D. solidos illj que uel qua inquietauerit pariat et regie potestati. CC.tos solidos persoluere cogatur. excepta consobrina nostra eluira fernandi qua absente hanc inter nos fraterne partitionis fecimus constitutionem. facto placito II.º kalendas ianuarij. Sub. E.ª M.ª CC.ª XVI.ª Nos predicti hoc placito propris manibus Roboramus — Regnante rege alfonso et filio eius Rege santio et uxore eius domna dulcia.—Pro testibus—Pelagius testis — Menendus testis — Gundisalus (?) testis — Prior petrus amarelus confirmo. Uillanus confirmo—Petros aluitiz confirmo—Johanes fafiaz—Gundisaluus eriz—Menendus gunsaluiz —Fernandus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, doc. n.º 22.

(1) *Cazurranes :* desconhecido. — *Sancto Martino :* a egreja de S. Martinho de Candoso. — *Negrelos :* hoje a freguezia do Paraiso. Veja-se a nota ao doc. n.º 1. — *Maureli :* Mouril na freguezia de Silvares. — *Uarzela :* Varziella na freguezia do Paraizo. — *Laurido :* Lourido em S. Martinho de Candoso.

CXXII

Pactum venditionis fundorum in oppido Guimarães. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo condita est, unde eam describendam curavimus.*

1179

In christi nomine. Ego menendus alfonsi facio kartam uendictionis et firmitatis uobis petro laurito auunculo meo de hereditate mea propria scilicet de octaua parte unius furni de uimaranis et de octaua parte domorum in quibus mater uestra morata est. et etiam de octaua parte medietatis unius casalis qui est in negrelus. Do itaque uobis supradictam hereditatem pro precio quod a uobis accepi uidelicet. XII. morabitinos et medio tantum mihi et uobis bene complacuit. et de precio nil apud uos remansit pro dare. habeatis itaque uos supra memoratam et faciatis de ea in uita et in morte quicquid uolueritis. Siquis amodo *(?)* uenerit uel uenero. tam de propinquis quam de extraneis qui hoc factum meum infringere uoluerit et ego uobis in concilio non potuero autorgare uel deuindicare. aut uos in uoce mea. tunc pariam uobis ipsam hereditatem dupplatam uel triplatam aut quantum a uobis fuerit meliorata facta karta uendictionis et firmitatis nonas Marcii sub era M.ª CC.ª XVII Ego igitur Menendus alfonsi uobis petro laurito auunculo meo. hanc kartam uendictionis et firmitatis proprijs manibus roboro.—Petrus testis—Pelagius testis—Johanis testis—Robertus Presbiter notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 36.

(1) *Negrelus :* veja-se a nota ao doc. n.º 1.

CXXIII

Pactum venditionis fundorum in oppido Guimarães *et in villa* do Paraizo. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo asservatur, unde eam describendam curavimus.*

1179

In christi nomine. Ego urraca petri una cum uiro meo martino suarij facimus kartam uendictionis et firmitatis uobis archidiacono petro laurito de hereditate mea propria quod ego urraca petri habui ex parte matris mee marine menendi in uimaranes scilicet de quarta parte domorum in quibus auia mea domna sancia morabatur et de quarta parte furni qui cum ipsis domibus continetur qui est coram domo petri figueiredi. Damus uobis partem nostram ipsarum domorum et ipsius furni pro precio quod a uobis accepimus scilicet XXVII morabitinos et etiam damus uobis cum ipsa supra dicta hereditate quartam partem unius casalis in negrelus que cum supradicta similiter in partem mihi euenit meam tantum nobis et uobis bene complacuit. et de precio nichil apud uos remansit in debito pro dare Habeatis itaque uos predictam hereditatem et licenciam faciendi de ea quicquid uolueritis iure perpetuo. Quod si nos uenerimus uel aliquis in uoce nostra tam de propinquis qua de extraneis qui hoc factum nostrum infringere temptauerit et nos uobis in concilio supradictam hereditatem non potuerimus auctorgare uel deuindicare tunc pariemus uobis ipsam hereditatem dupplatam uel triplatam aut quantum a uobis fuerit meliorata. facta karta uendictionis et firmitatis. sub. E.ª M.ª CC.ª XVII. III.º kalendas. iulij. Ego urraca petri una cum uiro meo martino suarij uobis archidiacono petro laurito. hanc kartam proprijs manibus roboramus — Petrus testis — Pelagius testis—Johannes testis—Rubertus Presbiter notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 25.

(1) *Negrelus:* veja-se a nota ao doc. n.º I.

CXXIV

Pactum venditionis fundi in Briteiros (Santa Leocadia). *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo condita est, unde eam describendam curavimus.*

1180

In dei nomine. Fida memorie custos est scribtura. hec enim antiqua innouat. innouata confirmat. confirmata ne posterorum diuturnitate obliuioni tradantur representat. Idcirco ego toda pelaiz facio kartam uenditionis perpetueque firmitudinis uobis petro amarelo de mea propria hereditate quam habeo in palmeira. Sub montibus fromigueiro scilicet et pedraco territorio bracarensi discurrentibus aquis ad fluuium aue. Do atque concedo uobis totam ipsam hereditatem quantamcumque habeo in ipso conclauso uestri casalis do sirgal. quod uos uallo circuistis et accepi a uobis pro precio. VII. morabitinos. tantum mihi placuit. et de precio apud uos nichil remansit. Habeatis itaque et possideatis uos et omnis posteritas uestra omnem istam hereditatem sicut iam terminata disnoscitur cum omni iure suo in cunctis temporibus seculorum et habeatis licentiam faciendi ex ea quod uobis placuerit. Quicquid etiam intra terminos uestri conclausi ad meum ius pertinet. de meo dominio sit abrasum et in uestro traditum atque confirmatum iure perhenni. Nam sicut iam supradictum est. ego toda pelaiz uobis petro amarelo istius hereditatis stabilem kartam facio cui illam sana mente et integro animo tradere curaui. perpetuo possidendam. Siquis uero quod fieri non credo. hoc meum factum irrumpere uel diminuere uoluerit non sit ei licitum. set pro sola temptatione quantum inquietauerit tantum uobis in duplo conponat et domino terre. C. marauedis. Facta karta. Mense decembrio. Era M.ª CC.ª XVIII.ª Ego toda pelaiz hanc kartam manu mea roboro. Pro testibus — Petrus testis — Pelagius testis — Gundisaluus testis — fernandus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 35.

(1) *Palmeira:* veja-se a nota ao doc. n.º XLV.—*Fromigueiro, pedraco:* Formigueiro e Pedráco; nomes de montes na freguezia de Briteiros. — *Sirgal:* o lugar do Serigal.

CXXV

Pactum venditionis fundi in Briteiros (Santa Leocadia). *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archiro invenitur, unde eam describendam curavimus.*

1180

In dei nomine. Ego petrus uilar cui ecclesie sancte marie de sauto ab heredibus et parentibus meis cura comissa est et concessa iussu et concessu coheredum meorum laurentij gomez. uidelicet et pelagij abbi et petri corona et aliorum plurimorum. facio kartam uenditionis perpetueque firmitudinis uobis petro amarelo de illa hereditate quam ex iure iam dicte ecclesie habeo in palmeira. sub montibus fromigueiro scilicet et pedraco territorio bracarensi discurrentibus aquis ad fluuium aue. Do atque concedo uobis in ipsa uilla totam illam hereditatem quantumcumque ex iure beate marie prefate ecclesie habeo in ipso conclauso uestri casalis de sirgal sicuti uos illud uallo claudere fecistis. Dedistis siquidem mihi pro precio. VIIII. morabitinos de quibus uolo trahere aliam hereditatem quam habeo inpignorata in ipsa uilla de gumianes. tantum mihi bene complacuit et de precio apud uos nichil remansit habeatis itaque et possideatis uos et omnis posteritas uestra omnem illam hereditatem sicut iam terminata dinoscitur cum omni iure suo in cunctis temporibus seculorum et habeatis licentiam faciendi ex ea quod uobis placuerit. Quicquid etiam intra terminos uestri conclausi ad ius prefate ecclesie beate marie pertinet de suo dominio sit abrasum et in uestro traditum atque confirmatum iure perhenni. Nam sicut iam supradictum est ego petrus uilar uobis petro amarelo istius hereditatis stabilem kartam facio. cui illam sana mente et integro animo tradere curaui perpetuo possidendam. Siquis uero quod fieri non credo hoc meum factum irrumpere uel diminuere uoluerit non sit ei licitum. set pro sola temptatione quantum calumpniauerit tantum uobis aut uestram uocem pulsantibus in duplo conponat. facta karta. Mense decembrio sub era M.ª CC.ª X.ª VIII. Ego petrus uilar hanc kartam propria manu roboro — Pro testibus—Pelagius testis — Menendus testis — Petrus testis —fernandus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 30.

CXXVI

Pelagius Gomes Cecus, Ecclesiae Vimaranensi fundos in Fermentões *sitos, donat. Ex libro Collegiatae Vimaranensis, quem dicunt* Livro I dos Testamentos e doações, *sumpsimus.*

1182

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis Patris videlicet et Filii et Spiritus Sancti amem. Quamquidem decet unumquemque fidelem de bonis sibi a Superno largitore collatis Dei ministros participes efficere ut per eos celestium bonorum particeps effici mereatur Idcirco ego Pelagius Gomes cognomine Cecus facio cartam testamenti et eterne firmitatis Beate Marie semper virginis vimaranensis Ecclesie et vobis Petro Amarello ejusdem Ecclesie priori utrisque successoribus vestris in perpetuum promouendis de mea propria hereditate quam habeo in Feruensa sub monte Latido territorio Bracarensi discurrente ribulo Selio, do atque concedo uobis in ipso riuulo Selio pro testamento Sancte Marie de illo molino quem vocant da Dona numinati quartam integram et de illis aliis superioribus qui vocantur do Caneiro de duobus tertiis medietatem videlicet unam tertiam integram et de alia tertia quartam integram et sic eueniunt uobis deduocim portionibus amborum molinorum quinque pertiones integras, et hoc facio pro amore quem vobiscum habeo et pro beneficio quod mihi in presenti tribuitis et ut si forte defecero secundum justam possibilitatem Ecclesie me semper contineant ab ipsa Ecclesia et adjubent quandiu vixero et totum illud quod eidem Ecclesie in testamentum offero omnibus diebus vite mee teneant et possideant et ut memoria mei apud eandem ecclesiam habeatur sempiterna post obitum vero meum sicut jam jussu meo superius terminatur Beate Marie semper virgini cum uniuersa integritate prosus et absque ullo

(1) Veja-se a nota ao documento antecedente.

impedimento relinquam habeatis itaque vos et possideatis et omnes successores vestri superiori pacto et conditione totum meum jus ipsorum molinorum cum omni integritate sicut illud inuenire potueritis cum tota aqua illorum in cunctis temporibus secullorum quidquid etiam istius hereditatis ad meum jus pertinet sicut superius sonat de meo dominio sit abrasum et in uestro traditum atque confirmatum jure peremni, nam sicut jam supra dictum est nominate hereditatis vobis Petro Amarello et Beate semper Virgini Marie stabilem testamenti cartam facio cui illam sana mente et integro animo tradere curaui perpetuo possidendam. Siquis vero quod fieri non credo hoc meum factum irrumpere vel diminuere tentauerit non sit ei licitum sed quantum calumniauerit tantum vobis aut vestram vocem pulsanti in duplo componat et domino terre centum solidos bone monete. Facta carta mense januario Era millessima ducentessima vigessima Ego Pelagius Gomes cognomine secus hanc cartam testamenti coram idoneis testibus propria manu roboro. qui presentes fuerunt et uiderunt. Pro testibus Joannes testis. Petrus testis. Martinus testis. Prior Petrus Amarellus. Domnus Rogel Presbiter. Petrus Murusia Presbiter. Guncaluus Riparia Presbiter. Petrus Bonitas diaconus. Martinus Vlbeira diaconus. Mendus Vedaria diaconus. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *L.º 1.º dos Testamentos e doações*, doc. n.º 180.

CXXVII

Pactum venditionis fundi in Prazins (Santo Thyrso). *Charta autographa, olim ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, hodie in Publico Archivo asservatur, unde eam describendam curavimus.*

1182

In christi nomine. Ego pelagius diaz facio kartam uenditionis perpetueque firmitudinis uobis domno petro amarelo de mea hereditate propria quam habeo in plazij sub monte penido territorio bracarensi discurrente arrugio uernegaa. Do atque concedo uobis in ipsa uilla totum meum ius de ipso kasale de uarzeela cum omnibus pertinentijs suis pro qua accepi a uobis in precio. VI. morabitinos. tantum mihi complacuit de precio apud uos nichil remansit. habeatis igitur et possideatis uos et omnis posteritas uestra cum omni integritate totum meum ius ipsius kasalis cum suis terminis et locis antiquis per ubi illud inuenire poteritis iure perenni et sit uobis licentia faciendi ex ea quicquid uolueritis. Siquis uero quod fieri non credo hoc meum factum irrumpere uel diminuere temptauerit non sit ei licitum. set quantum calumniauerit tantum uobis in duplo conponat. et domino terre. XX. modios. Facta karta uenditionis Mense ianuario. E.ª M.ª CC.ª XX.ª Ego pelagius diaz hanc kartam coram idoneis testibus propria manu roboro—Pro testibus—Iohanes testis—Petrus testis—Martinus testis—Granus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 11.

CXXVIII

Pactum venditionis fundi in oppido Guimarães. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo asservatur, unde eam describendam curavimus.*

1183

In dei nomine. Ego petro de aguiar cum uxore mea maria petri uobis domino Martino fernandi facimus kartam venditionis et eterne firmitudinis de ipsa nostra almuia cum sua casa que stat sub castello uimaranis iuxta casam de gunsaluo gomez et iuxta casam de petro da fonte. Vendimus uobis et concedimus ipsam almuiam cum sua casa et cum toto suo iure per

(1) *Feruensa:* o casal de Fervença na freguezia de Fermentões. — *Latido:* veja-se a nota ao doc. n.º VIII. — *Molino da Dona:* ? — *Caneiro:* lugar de Caneiros na dita freguezia.

Como já fica anteriormente dito ácerca d'outros documentos a copia foi feita no seculo XVIII.

(1) *Plazij:* a freguezia de Santo Thyrso de Prazins. Veja-se a nota ao doc. n.º XLV. — *Monte penido:* o nome de Penido é conservado n'um lugar da freguezia de Souto (Salvador), limitrophe de Prazins. — *Arrugio uernegaa:* veja-se a nota ao doc. n.º XLV. — *Varzeela:* Varziella é o nome d'um casal em Prazins; não me parece porém que possa identificar-se com o predio de que trata este documento.

ubi uos eam potueritis inuenire et augmentare pro precio quod a uobis accepimus. xviii. morabitinos. Quia tantum nobis et uobis conplacuit et de hoc precio apud uos nichil remansit. habeatis uos illam firmiter et omnis posteritas uestra cunctis temporibus seculorum. Siquis homo uenerit qui hoc factum nostrum infringere uoluerit pariat uobis ipsam almuiam duplatam et quantum a uobis fuerit meliorata. et cui uocem uestram dederitis. pectet. D. solidos bone monete. facta kartam mense aprilis sub era M.ª CC.ª XXJ. Ego petro de aguiar et uxor mea Maria petri uobis domino Martino fernandi coram bonis hominibus hanc kartam propriis manibus roboramus. pro testibus — Petrus testis Pelagius testis—Johanes testis—Petrus notuit.

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 12.

CXXIX

Pactum renditionis fundi in Mosteiro Souto. *Charta autographa, ad ecclesiam istam pertinens, in* Bibliotheca Martins Sarmento *condita est.*

1186

In dei nomine. Ego Pelagius godini una cum fratre meo fernando godini nostra spontanea uoluntate facimus uobis domno Godino petri priori sautensi et fratribus uestris kartam uenditionis et perpetue firmitudinis de hereditate nostra propria quam habemus ex parte patris nostri. Damus uobis ipsum kasalem in uilla de sauto in loco qui dicitur fadal pro pretio iusto quod a uobis accepimus C. et X. morabetinos tantum nobis et uobis bene conplacuit. et apud uos nichil de pretio remansit pro dare. Habet autem iacentia ipsa hereditas in uilla supranominata de sauto in loco nominatum de fadal subtus mons candanoso discurrentes aquas ad flumen aue. territorio brachara. Damus uobis atque concedimus ipsam supradictam hereditatem scilicet ipsum casalem de fadal cum omnibus terminis et prestationibus suis. cum terris cultis et incultis. cum aquis et defensis. et montibus et domibus. et uineis et aruoribus. per ubicumque illam inuenire potueritis sicut illam pater noster habuit. Siquis igitur uenerit tam de propinquis nostris quam de extraneis uel nos uenerimus qui hoc factum nostrum infringere uoluerit. sit excomunicatus et anathematisatus et cum iuda traditore inferni penas sustineat. et quantum quesierit in duplo pariat. et insuper mille solidos persoluat. Facta karta uenditionis. Sub E. M. CC. XX. IIII. Nos supranominati scilicet ego pelagius godinj una cum fratre meo fernando godini uobis iam predicto domno godino priorj sautensi et fratribus uestris kartam quam fieri iussimus r + + oboramus et confirmamus. Qui uiderunt et audierunt et presentes fuerunt. Ego egeas godini confirmo. Ego Petrus maurus uimaranensis confirmo. Ego Petrus uilar confirmo. Martinus uelasquiz testis. Menendus suarij testis. Fernandus testis.

Robertus notuit. (1)

CXXX

Textus hic, ex charta confirmationis regis D. Santii I extractus, eum aera infrascripta fuisse Vimarane monstrat. Nobis suppeditavit Ribeiro Dissert. Chronologicas, tomo IV, parte II, pag. 87.

1187

Facta apud Vimaranes... Januarii sub Er. 1225 anno 2.º quod cla...sus viam obiit universe carnis.

CXXXI

Donatio fundi, in Caldas de Vizella *siti, a rege D. Santio I facta. Ex Publico Archivo,* maço 12 de Foraes antigos, n.º 3, fls. 42, *hanc chartam describendam curavimus.*

1188

In dei nomine. Sciat omnes homines quod ego Sancius dei gratia portugalensis Rex una cum uxore mea Regina domna Dulcia et filiis meis Rege domno alfonso et Rege domno henrico et filiabus meis Regina domna Tarasia et Regina domna Sancia facimus cartam donationis in perpetue firmitudinis uobis Johani de cal-

(1) *Fadal:* campo pertencente ao casal da Lage na freguezia do Mosteiro de Souto.—*Mons candanoso:* desconhecido, mas provavelmente o mesmo que no doc. n.º CLVII é denominado *Ceruas.*

das et uxore uestre maiori petri de illo nostro regalengo quod iacet sub sancto michaele de caldas. et uocatur cardos. Damus itaque uobis atque concedimus illud regalengum cum suis terminis nouis et ueteribus ut illud habeatis iure hereditario in perpetuum et faciatis ex eo quiquid uobis placuerit. Et quicumque hanc nostram cartam fraugere uoluerit aut istam hereditatem auferre a uobis temptauerit sit maledictus a deo amen. facta carta mense januario jn E.ª M.ª ccxxvj. Nos supranominati Reges qui hanc cartam facere iussimus coram testibus roboramus — Qui affuerunt. Comes dominus menendus maiordomus curie confirmo. Domnus petrus alfonsi signifer regis confirmo Godimus bracarensis archiepiscopus confirmo martinus portugalensis episcopus confirmo johanes visiensis episcopus confirmo. prior uimaranensis confirmo Domnus uillanus testis aluarus martini dapifer regis testis Egas pelagii testis — Reimundus iohanis testis — Julianus notarius curie ✠. (1)

CXXXII

Pactum commutationis fundorum, inter priorem monasterii da Costa *et priorem Vimaranensem factum. Ex apographo authentico tabularii Collegiatae Vimaranensis saeculi XVIII descripsimus.*

1188

Ab antiquo inollitum et maijorum est traditione susceptum ut quid stabille et in concillis radicibus vollumus permanere literarum apiscibus nutitiae futurorum mandemus hujus videlicet rationis prospectum utilitatis que intuitu ut quod illis dumtaxat sub quorum presentia agitur constat sequentibus quoque per hac scripta nichilominus innotescat. Idcirco ego Petrus Costensis Ecclesiae Prior cum consensu aliorum canonicorum ipsius ecclesiae presenti scripto notificare et confirmari decreui quasdam commutationes quas facio vobiscum Priore Vimaranis et canonicis vestris: Do vobis quandam partem agri nostri qui vestro adjacet unde fundo vestro aptior ambitus possit peruenire et valli circuitus adaptari et dimito vobis quasdam decimas quas intra septa valli vestri jure Ecclesiae nostrae possidebamus et accipio de vobis illum medium casalem quem habetis sub nostro monasterio et illum campum qui dicitur Laureiro, hujusmodi commutatio michi et sociis meis vobis et vestris placuit fieri que collaudauerunt. Restat ergo ut si alter de nobis vel qui post decessum nostrum loco nostro substituetur aliquid de his notare uoluerit tantum in duplo alteri parte restituat quantum usurpare presumpserit. Facta carta comutationis era millessima ducentessima vigessima sexta. Nos qui eam facere jussimus coram bonis hominibus roboramus. qui presentes fuerunt Petrus Gasco Rugel Gunsaluus Mendis Villanus Judex Joannes Paes Joannes Aunirim Domnus Fafilla Petrus sobrino et alii boni homines.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro das Transacções e Escambos,* doc. n.º 29.

CXXXIII

Rex D. Sanctius I uxori et filiis permanendi in Castello Vimaranensi ex testamento facultatem permittit. Hunc textum nobis suppeditavit Ribeiro, Dissert. Chronol., tomo III, p. II, pag. 118.

1188-1189

In Dei nomine. Ego Sancius, Dei gratia, Portugalensium Rex, timens diem mortis mee, volo de universis, que mihi Divina Pietas in potestate tradidit ita ordinare, quod post obitum mem......... Adjicio ad hec, quod ubicumque contingat me mori, vel (quod absit) aliquod incurrat infortunium, quod libertatis corporis mei impediat, in quodcunque istorum quinque castrorum, videlicet, Alanquer, Montemayore, Viseo, Vimaranes, et Castello Sancte Marie, uxor mea Regina Domna D: et filie mee ad tuitionem corporum, et rerum suarum intrare voluerint, recipiantur a Militibus, qui castra tenuerint, cum ea fidelitate, cum qua tenentur corpus meum recipere. Mando etiam ut si Regina D. Dulcia, et filiee mee potuerint habere secure, et... Castellum S. Mariae, recipiantur in eo, et stent ibi quandiu stare voluerint; redeuntibus ceteris prenominatis Castellum in

(1) *Sancto michaele de caldas:* a egreja parochial de S. Miguel das Caldas de Vizella. — *Cardos:* ?

jus, et hominium Filii mei, eo tempore regnantis ....
.... (1)

CXXXIV

Este trecho, extrahido da Historia de Portugal *de A. Herculano, prova que D. Sancho I na era infra mencionada estava em Guimarães.*

1191

Dirigiu-se este (D. Sancho) a Guimarães, aonde veio o futuro genro (Affonso IX de Leão), e ahi foi celebrado o consorcio na primavera de 1191.

....

Vide *Hist. de Port.*, tomo II, pag. 61 da 4.ª edição.

CXXXV

Pactum venditionis fundi, in parochia de Sande (S. Martinho) *probabiliter siti. Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo invenitur, unde eam describendam curavimus.*

1192

In dei nomine. Ego petrus fernandiz cognomento caluus facio kartam uendicionis et perpetue firmitudinis tibi gundisaluo suerij et fratri meo petro fernandi da quinta de ipsa quintana de uilar que fuit de patre meo fernando kaluo. Et habet iacentiam in ipsa uilla iam nominata sub monte autino territorio brachare discurrentibus aquis ad riuum aue. Do uobis et concedo quintam de ipsa quintana cum quantum in se obtinet et aprestitum hominis est pro precio quod a uobis accepi XX morabitinos nouos tantum mihi et uobis conplacuit et de precio apud uos nichil remansit. Ideo abeatis eam firmiter et homnis posteritas uestra cunctis temporibus seculorum. Set si forte aliquis homo uenerit tam de mea parte quam de extranea qui hoc factum meum infringere uoluerit. pariat uobis uel uocem uestram tenenti ipsam hereditatem duplatam. et quantum a uobis fuerit melioratam et insuper. d. solidos bone monete. facta karta mense nouembrio. Sub era M.ª CC.ª XXX.ª Ego supra nominatus scilicet petrus fernandi tibi gundisaluo suerij et fratri meo petro fernandi in hac karta manus meas roboro Pro testibus — Petrus testis — Pelagius testis — Suarius testis — Petrus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 34.

CXXXVI

Pactum emphyteusis fundi in Prazins (Santo Thyrso). *Monumentum hoc, ad ecclesiam* do Mosteiro de Souto *pertinens, in* Bibliotheca Martins Sarmento *conditum est.*

1192

Noscant omnes homines tam presentes quam futuri quod ego Gaudinus petri prior de sauto una cum conuentui ipsius monasterii tibi pelagio menendiz facio firmum plazum et stabile de illo casal qui fuit de monio pelagiz qui iacet in prazii tali uidelicet pacto ut teneas illum et possideas in uita tua et edifices et plantes et ad obitum tuum cum quanto in ipso casali adpisceris et quanto in illo tenueris ad monasterium libere relinquas ac si deo uolente talem ecclesiam adipisci potueris in qua liceat tibi tuum sepelire corpus quam cito in illam habitaueris tam cito ad monasterii sauti relinquas. Et hoc facimus tibi qur es noster clientulus et etiam proin XII. morabitinos nouos nobis dedisti pro soluere casalem de portela de pignoribus. Damus illum tibi et firmiter supradicto pacto concedimus. Sed si forte ego uel aliquis de successoribus meis istum plazum tibi inrumpere uoluerit non sit licitum eis sed pro sola temptatione pariat tibi uel tuam uocem tenenti supradictum casalem in dupplo ac domno terre c.

(1) Este testamento, do qual copiamos a parte referente ao nosso proposito, não tem data; J. P. Ribeiro attribue-lhe um dos annos supra referidos, como pode ver-se no lugar citado na epigraphe.

(1) *Monte autino:* o monte Outinho a cavalleiro das freguezias de S. Clemente e S. Martinho de Sande. — *Uilar:* provavelmente o casal de Villarinho.

modios. ac si tu ad aliquam partem illum dare uel mandare uolueris et a nostro monasterio alienare. non sit licitum tibi sed supradictum casale nobis in dupplo conponas et insuper domno c. modios. facto plazo mense ianuarii. E. M. CC. XXX. libere supradicto pacto illum habeas et possideas. Ego supradictus prior una cum conuentu nostro tibi pelagius menendi hunc plazum coram idoneis testibus firmiter robor—amus. Pro testibus. Petrus testis.—Pelagius testis. — Johanes testis. — Gaudinus notuit. (1)

CXXXVII

Pactum renditionis fundi in Caldas de Vizella. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo invenitur, unde eam describendam curavimus.*

1192

In dei nomine. Ego iohane diaz et uxor mea ousenda uenegas tibi domino goesteo facimus tibi karta de hereditate nostra propria que habemus in uilla de Sauto et est quarta de ipsa que fuit de froia gunsaluiz quomodo diuidit per sanctum paulum et per senra et per romeu et rial territorio bracarensis discurrente riuulo de auizela. Damus tibi ipsam hereditatem integra per ubi illam potueris inuenire cum suis locis et terminis antiquis cum quantum in se optinet et aprestitum hominis est et accepimus de tibi precio. VIII. morabitinos et medio tantum nobis bene conplacuit et de precio non remansit pro dare. Ita ut de hodie die habeas tu illa firmiter et omnis posteritas tua usque in sempiternum. Set si aliquis homo uenerit qui hoc factum nostrum infringere uoluerit pariat tibi ipsa hereditate duplata uel triplata uel quantum fuerit meliorata et iudicato. et domino terre. c.^m^ solidos. Era M.ª CC.ª XXX.ª Ego iohane diaz et uxor mea ousenda uenegas tibi domino goesteo in hanc kartam manibus nostras roboramus — Pro testibus — Menendus testis — Petrus testis — Pelagius testis — Petrus notauit. (2)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 21.

CXXXVIII

Pactum renditionis. Charta haec, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo asservatur, unde eam describendam curavimus.

1192

In dei nomine. Ego petrus petri et uxor mea Eluira petri uobis didaci petri uimaranis priori et omni conuentui eiusdem ecclesie facimus kartam uenditionis et perpetue firmitudinis de portione nostra de ipsis brancos quos habemus in uilla vimaranis et euenerunt nobis ex parte petri gondesendi qui auus fuit de me eluira petri. Damus uobis et concedimus quantumcumque habemus in predictos brancos cum omni suo iure pro precio quod a uobis accepimus scilicet. IIIJ. morabitinos et VI solidos. Tantum nobis et uobis placuit et de precio apud uos nichil remansit. habeatis igitur porcionem nostram ipsius brancis iure hereditario. in cunctis temporibus seculorum. Si tamen aliquis uenerit. tam ex parte nostra quam aliena. qui hanc kartam infringere presumpserit. non sit ei licitum. set pro sola temptacione quantum quesierit. tantum in duplo conponat. et quantum etiam a uobis fuerint meliorati. et insuper domino terre. CCC. solidos probata monete. facta karta. uenditionis et firmitudinis mense februario. Sub E.ª M.ª CC.ª XXX. Ego petrus petri cognomine chamcio et uxor mea eluira petri uobis didaci vimaranis priori et uniuerso uestro conuentuj. hanc kartam coram idoneis testibus manibus nostris roboramus — Petrus testis — Pelagius testis — Johanes testis — Gunsaluus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 1.

---

(1) *Prazii :* a freguezia de Santo Thyrso de Prazins. Veja-se a nota (1) ao doc. n.º CVII.

(2) *Villa de sauto :* o lugar de Souto na freguezia de S. João das Caldas de Vizella. — *Sanctum Paulum :* S. Paulo, casal na referida freguezia. — *Senra :* será um campo com este nome nas proximidades de S. Paulo? — *Romeu :* será S. Romão, casal na mesma freguezia? — *Rial :* desconhecido.

(1) *Brancos :* ?

CXXXIX

Pactum venditionis domi in via, quae dicitur da Caldeirôa, *sita. Ex Publico Archivo, ubi invenitur, hanc chartam, ad Collegiatam Vimaranensem pertinentem, describendam curavimus.*

1194

In dei nomine. Ego gonsaluus gonsalui. et uxor mea dunia. tibi pelagio gonsalui et uxori tue marie martini. facimus cartam uendicionis perpetueque firmitudinis de nostra propria casa quam habemus in uimaranis in ipsa rua de caldeirom et habet iacentiam inter ipsam casam de caldeirom et inter ipsam de pelagio mozo. Damus uobis atque concedimus ipsam casam integram cum suis pertinencijs. pro precio quod a uobis accepimus. IIII. morabitinos nouos et. x. solidos tantum nobis et uobis bene conplacuit. et de precio apud uos nichil remansit. Igitur habeatis uos illam firmiter. et omnis posteritas uestra cunctis temporibus seculorum. Sed si forte aliquis homo uenerit tam de nostris quam de extraneis qui hoc nostrum factum infringere uoluerit. pariat uobis ipsam casam duplatam et quantum a uobis fuerit meliorata. et insuper domino terre. L. solidos bone monete. facta karta mense februario. Era M.ª CC.ª XXXII. Ego gunsalus gunsalui. et uxor mea dunia. tibi pelagio gunsalui et uxore tue marie martini hanc kartam. propriis manibus roboramus — Pro testibus — Petrus testis — Pelagius testis — Johanes testis — Petrus notuit.

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 2.

CXL

Pactum venditionis fundi in villa de Balazar. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo invenitur, unde eam describendam curavimus.*

1195

In nomine domini. Ego durdia suariz una cum filiis et filiabus meis. facio. kartam uenditionis et eternem firmitudinis tibi gomez pelagij et uxore tue aracunti guncaluiz et nuno menendi de hereditate mea quam habeo in velsar scilicet quantum habeo et abere debeo in ipsa quintana que fuit de matre mea munia sconcaluiz et habet iacentiam in fundo de ipsa uila superius nominata sub monte autino territorio bracare discurrentis aquis ad riuum aue do uobis atque firmiter concedo supradictam hereditatem cum quantum in se obtinet et adprestitum hominis est pro precio quod a uobis accepi XIJ morabitinos quos dedit comez pelagij in debitis de filio meo fernando lopiz et alios quinque morabitinos quos nunu menendi dedit mihi tantum nobis et uobis bene conplacuit et de precio apud uos non remansit. ideo habeatis eam firmiter et omnis posteritas uestra euo perhenni. Set siquis uenerit tam de meis quam de extraneis qui hoc meum infringere uoluerit pro solo ausu temeritatis pariat uobis uel uocem uestram tenenti ipsam hereditatem duplatam et quantum a uobis fuerit melioratam et insuper. d. solidos bone monete. Facta karta mense februario. E.ª M.ª CC.ª XXXIII. Ego durdia suariz una cum filiis et filiabus meis tibi comes pelagij et uxori tue aragunti gonsalui et nuno menendi in hac karta manus nostras roboramus Pro testibus — Petrus testis — Pelagius testis — Menendus testis — Fernandus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 3.

CXLI

Regem D. Sancium I aera infrascripta fuisse Vimarane, textus hic monstrat.

1196

Ego Sancius, Dei gratia, Portugal. Rex, una cum uxore mea, Regina D. Dulcia, et filiis, et filiabus meis............................

....

Era 1234. April. anno Regn. nostr. XI. (2)

Vide *Dissert. Chronol.*, de J. P. Ribeiro, tomo 3.º, pag. 194.

(1) *Velsar:* a freguezia de Balazar.—*Monte autino:* o monte Outinho.

(2) A. Herculano, *Hist. de Port.*, tomo II, pag. 76 da 4.ª edição, nota (3), diz que o foral d'Ermello e Ovelioa, d'onde Ribeiro extrahiu o texto supra, é datado de Guimarães.

CXLII

Inquisitio circa decimas persolvendas a praedio in villa dicta Villar d'Atão *sito. Sumpsimus ex apographo saeculi XIV?, in tabulario Collegiatae Vimaranensi asservato.*

1196

Quam multa obliuione delentur que ueritas comendat accionum series litteris assignantur ut si in posterum calumpnia emerserit scripta occurrat loquendo. Cum ecclesia sancti torquati decimas ipsius casalis qui est in extrema parte uille nuncupate uilar possideret frueretque quiete Johannes de rupela qui tunc temporis ecclesie sancti tirsi dominus preerat prefatas decimas quasi pro iure sue ecclesie occupauit ac per quinquennium et vi annis obtinuit. prior uero ecclesie sancti torquati Pelagius danielis uidelicet condolens suam ecclesiam his decimis suo tempore caruisse quas ab ea possessas inuenerat sepius per se et per amicos et litteras coram domno rege sancio super has decimas querimonia posuit qui rex utique ecclesie equitatem iusticie conpreserat iustos fidelesque homines Suerius petri qui condam iudex excitarat et iohannes fafila qui tunc iudez uimaranis permanebat ut examinando ueritatem inquirerent cui istarum ecclesiarum iure debito ipse decime obuenire deberent. Isti itaque coniurando et extorquendo ueritatem interrogauere habitantes predicte uille et senes indigenas cuicumque morantes et in quibusque ueritas poterat inuenire. Facta inquisitione et bis die statuto qua illam pro ut rex imperauerat inquisitores recitare deberent uimaranensi concilio Pelagius de ulueira qui iam tunc ecclesie sancti tirsi dominium acceperat iterum atque iterum uenire noluit. nec audire. Cumque prefatus prior suam causam cum dilatatione agitare uideret et ex alia parte moras super inquisitione facere ut erat factum regi sancio notificare curauit. Qui misit collateralem suum et dilectum inter familie sue dilectos Petrus nuniz scilicet ut predictum clericum cogeret uenire et inquisitores inquisitionem proferre. Iste utique regis iussibus obtemperans utrasque partes coegit et apud uimaranis in domo qui uia sacra dicitur concilium inquisitores coadunauit. Priore sancti torquati et Pelagio de ulueira presentibus. Prolata igitur inquisitione coram multorum testimonio ipsi inquisitores sepius dicti inuenere per plures fideles et per omines in domino coniuratos ipsius casalis decimas semper ab ecclesia sancti torquati possessas et semper nullo impediente perfrui scilicet et inuenere reuera domnum iohannem priorem ecclesie sauti circa finem sue uite dixisse quod est iuris sancti torquati a petra signata quam est in loco qui dicitur beloi. Didacus prior vimaranis et domnus uillanus auditores et iudices hujus inquisitionis fuere qui cum aliis pluribus et bonis hominibus decreuere ipsas decimas iure debito sancti torquati cedere *(?)*. Era M.ª CC.ª XXX.ª IIIJ.ª die omnium sanctorum. Pelagius testis. Petrus testis. Gunsalus testis. Dominicus testis. Nuno petri. Martinus luparia. Petrus menendi canonicus. Pelagius iohannis. Menendo fanio et suus filius. Menendus petri filius petri iohannis. Martinus petri maiordomus. Cantor uimaranis. Petrus pelagii et alii boni homines. Menendus ueeira uidit et dictauit. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Pergaminho*, n.º 11.

CXLIII

Pactum permutationis fundorum, inter priores Vimaranensem et Sautensem factum. Ex apographo authentico saeculi XVIII, in Archivo Collegiatae Vimaranensis extante, sumpsimus.

1197

Laudabile est scripturae thesaurus memoriam enim excitat et emergentibus occurrens calumniis actionum seriem inconcussa loquitur veritate: Idcirco ego Godinus Prior monasterii de Sauto simul cum omni conventu ejusdem Ecclesiae per consensum et auctoritatem heredum de Sauto scilicet Alcaidi Petri Garseae et Petri Petri et Gunçalui de Costa et alliorum vobis Didaco Vimar. Priori et totius Ecclesiae conuentui facimus cartulam cambitionis et scripturam firmitudinis de nostra hereditate quam habemus in villa et termino de Gomianes in

(1) *Villar:* o lugar de Villar d'Atão na freguezia de S. Torquato. — *Ecclesia sancti tirsi:* a egreja parochial de Santo Thyrso de Prazins. — *Beloi:* desconhecido.

loco qui dicitur Ribullo de mollinos subtus monte latido et sancti Jacobi discurrentibus aquis in sellio territorio Bracarae scilicet de ipso casali qui fuit de Petro Petri de Penço per consessum sui fillii Martini Petri et de allio casale quem habemus in villa et termino de Lauredo ipsum videlicet qui fuit de Goldregodo lus et nepotum suorum et Gunçalui lus et Santiae lus et Flabilae lus et filliorum suorum: damus et concedimus vobis et Ecclesiae de Vimar. preditos duos casalles in Gomianes et in Lauredo cum omni jure eorum et cum suis pertinentiis in villis et in montibus et in aquis ubicumque jura eorum invenire et augmentare potueritis cum quanto in se obtinent et adperfectum hominis est et hoc facimus quia accepimus a vobis et ab Ecclesiae Sanctae Mariae de Vimar. alios duos casalles in villa de Sauto ipsos videlicet qui fuerunt de Vermudo Rubeo et habent jacentiam in loco qui dicitur Ulbeira. Istae cambitiones et istae equallitates utriusque partis fuerunt factae per Didacum Vimar. Priorem et per Domnum Villanum et per Domnum Gomes da Rochella et per Suerium Petri quos Domnus Rex Santius perfecit et ellegit coequatores istarum hereditatum: Isti siquidem inuenerunt et decreuerunt istas cambitiones utiles et equalles utrique Ecclesiae. Igitur ex hodierno die et tempore abrenuntiamus et dimitimus vobis et Ecclesiae Sanctae Mariae de Vimar. istas prenominatas hereditates ut habeatis et possideatis eas jure hereditario cunctis temporibus secullorum. Quicumque Prior tam Vimar. quam de Sauto vel quecumque persona istas cambitiones utriusque Ecclesiae infringere presumpserit vel in aliquo detrimentum fecerit pariat istas hereditates duplatas cui ille qui injuriam passus fuerit suam vocem dederit. Facta cartulla cambitionis et scriptura firmitudinis mense februarii. era millessima ducentessima tregessima quinta. Ego Godinus Petri Prior monasterii de Sauto simul cum omni conuentui ejusdem Ecclesiae hanc cartullam et hanc scripturam coram multorum testimonio roboramus et confirmamus. Petrus testis. Joannes testis. Pellagius testis confirmo. Alcaide Petrus Garseae confirmo. Petrus Petri confirmo. Gunçaluus Gonçalui de Costa confirmo et omnes heredes de Sauto confirmant. Lutius canonicus de Sauto confirmo. Pellagius canonicus confirmo. Petrus Suerii confirmo. Capellanus confirmo. Joannes Pelagii canonicus confirmo. Nunus canonicus confirmo. Pellagius Mendi confirmo et omnes canonici monasterii de Sauto confirmant. Romanus qui notauit. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro das Transacções e Escambos*, doc. n.º 54.

CXLIV

Pactum venditionis agri in oppido Guimarães. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo condita est, unde eam describendam curavimus.*

1197

In dei nomine. Ego pedrelio et uxor mea maria mendiz tibi gunsaluo arias et uxor tue domne uelida facimus kartam uenditionis et eterne firmitudinis de uno nostro campo quem habemus in uimaranis et iacet inter uestrum et inter ipsum de petro pelagij. Damus uobis atque concedimus supradictum campum integrum cum omni sua prestancia. pro precio quod a uobis accepimus III morabitinos et x solidos tantum nobis et uobis conplacuit et de precio apud uos nichil remansit. habeatis itaque illum firmiter et omnis posteritas uestra cunctis temporibus seculorum. Set si fort aliquis uenerit tam de nostris quam de extraneis qui hoc factum nostrum infringere uoluerit pariat uobis uel uocem uestram tenentibus supradictum campum duplatum et quantum a uobis fuerit melioratus et cui uestram uocem dederitis. c. solidos bone monete. facta karta. mense april E.ª M.ª CC.ª XXXV. Ego pedrelio et uxor mea maria mendiz tibi gunsaluo arias et uxori tue domna uelida hanc kartam proprijs manibus roboramus—Pro testibus—Petrus testis—Suerins testis—Gunsaluus testis—Martinus testis—Menendus notuit.

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 5.

(1) *Gomianes:* a freguezia de Gominhães.—*Ribullo de mollinos:* desconhecido; o regato que atravessa a freguezia tem hoje o nome de Gateira, e perto d'elle ha uma propriedade denominada de Moinhos.—*Monte latido:* veja-se a nota ao doc. n.º VIII.—*Sancti Jacobi:* o monte de S. Thiago; veja-se a nota ao doc. n.º LXXXVIII.—*Lauredo:* o lugar de Louredo em S. Lourenço de Selho.—*Villa de Sauto:* a freguezia do Mosteiro de Souto. *Ulbeira:* nome de campo na quinta do Barral da dita freguezia.

CXLV

Pactum permutationis fundorum in Costa *et* S. Torquato. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo asservatur, unde eam describendam curavimus.*

1197

In christi nomine. Ego iohanis guilelme una cum uxore mea maria petri et sorore eius formosa petri tibi fratri meo martino petri facimus kartam de ipsa hereditatem quam habemus in a costa per nominata cantoni. damus tibi quam habemus in loco per nominato de ipsa carraria que uadit supra domum de tirouuel usque ad uilar quantum ibi habemus et usque ad uimaranes. Damus tibi atque concedimus super nominatam hereditatem per ubi potueris inuenire. Et tu das nobis quantum habes in palaçiolo et in sancto torquato et ipsam uineam quam uocant de quinteiro. Et hoc pactum facimus inter nos ut tu non uenias ad istam hereditatem quam nobis das nec nos ad illam quam tibi damus. Quod si forte aliquis uenerit ex parte nostra siue ex tua qui hoc pactum nostrum uoluerit infringere sit maledictus et excomunicatus et cum iuda in inferno dampnatus. et insuper pariat regi terre. mille solidos. et hereditatem duplatam. facta karta. mense nouembris. E.ª M.ª CC.ª XXX.ª V.ª Nos supradicti qui eam facere iussimus coram bonis hominibus roboramus. Qui presentes fuerunt. Gunsaluus sarriano. Petrus iudex. Domnus mourom. Menendus guilelme. Petrus de costa — Menendus testis—Petrus testis—Pelagius testis —Martinus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 3, doc. n.º 25.

(1) *Cantoni :* o lugar da Cantonha na freguezia da Costa. — *Uilar :* o lugar de Villar na mesma freguezia. — *Palaciolo :* talvez o lugar do Paço em S. Torquato.

CXLVI

Pactum venditionis fundi in Mosteiro de Souto. *Charta autographa, ad ecclesiam Salvatoris* do Mosteiro de Souto *pertinens, in* Bibliotheca Martins Sarmento *condita est.*

1199

In dei nomine. hec est karta venditionis et firmitudinis quam ego Eluira fromariguiz vna cum filio meo Pelagio tibi prior Godino petri de sauto insimul cum fratribus tuis facimus de hereditate nostra propria quam habemus in villa sancti petri in loco predicto vbi vocitant penido. Damus vobis atque concedimus ipsam supradictam hereditatem de monte in fonte per ubique illam potueritis inuenire cum quantum in se obtinet et adprestitum hominis est. Pro qua accepimus de vobis in precio III. morabitinos. tantum nobis et vobis complacuit. ac de precio nichil remansit pro dare. Habeatis vos illam firmiter et faciatis ex ea quocquod volueritis. Siquis tamen venerit qui hoc factum nostrum infringere uoluerit et nos uel nostram uocem pulsanti noluerit uel non potuerit defendere eam vobis pariat uel ipsam hereditatem duplatam uel triplatam et domno terre c. solidos probate monete. Facta karta mense iunio. E. M. CC. XXX. VII. Nos qui hoc facere iussimus coram bonis hominibus manus nostras robor+ +amus. Pro testibv—s. Petrus—testis.—Johanes—testis.— Pelagius— testis.—Romanus qui notuit. (1)

(1) *Uilla sancti petri :* o lugar de S. Pedro na freguezia do Mosteiro de Souto.—*Penido :* lugar na mesma freguezia.

Veja-se a nota n.º (1) ao doc. n.º CVII.

CXLVII

Pactum venditionis domi in loco incerto. Ex Publico Archivo, ubi haec charta autographa invenitur, eam describendam curavimus.

1199

In christi nomine. Ego maior diaz. tibi pelagio morgadiz facio karta uenditionis et perpetue firmitudinis de omni meo portione de ipsa

casa quod iacet ante ipsa de iohane mauro et ante ipsa de martino stephaniz et euenit mihi ex parte matris mee do tibi atque concedo. pro precio quod a te accepi. iij. morabitinos tantum mihi et tibi bene conplacuit. et de hoc precio apud te nichil remansit. habeas tu illam firmiter cunctis temporibus seculorum Sed si aliquis homo uenerit tam de meis quam de extraneis. qui hoc pactum infringere uoluerit pariat uobis ipsa casa duplata uel quantum tibi fuerit meliorata. et insuper cui uocem tuam dederis. cc. solidos. facta karta mense decembris. Era M.ª cc.ª xxx.ª vii.ª Ego maior diaz tibi pelagio morgadiz. hanc karta coram idoneis cum manibus Roboro — Petrus testis — Johanes testis — Menendus testis — Vicentius notuit.

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 2, n.º 7.

CXLVIII

Pactum renditionis fundi in villa de Infias. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo condita est, unde eam describendam curavimus.*

1201

In christi nomine. Ego gunsaluo garcia et Ego Eluira garcia una cum marito meo Gunsaluo alfonso tibi Petro iohani et uxori tue Marie iohani facimus kartam uendicionis perpetue firmitudinis de hereditate nostra propria quam habemus in ipsa uilla de enfias in termino de caldas. uidelicet uendimus uobis quantum ibi euenit in ipso casale quod fuit de petro *soltam (?)* nobis ex parte patris nostri. et quantum ibi euenit a tila nostra chamua gunsaluiz et quantum ibi euenit de auunculo nostro arteiro et quantum ibi euenit de auuncula nostra ausenda lauzana. damus uobis atque concedimus ipsa supradicta hereditate omnes ipsos porciones. quos supra sunt scriptos de monte in fonte per ubicumque potueritis inuenire eos pro precio quod a uobis accepimus. vi. morabitinos. Tantum nobis et uobis placuit et totum precium nobis dedistis. Habeatis ipsam supradictam hereditate et omnis posteritas uestra in perpetuum. Si forte aliquis homo uenerit tam de nostris quam de extraneis qui hanc kartam irrumpere presumpserit pariat uobis omnes ipsos porciones quos supra sunt scriptos duplatos uel quantos fuerint melioratos et in super cui uocem uestram dederitis. cccc. solidos. bone monete. facta karta mense aprilis E.ª M.ª cc.ª xxx. viiij. Nos supra scripti tibi Petro iohani et uxori tue Marie iohani. hanc kartam manibus nostris Roboramus. Petrus testis — Johanes testis — Gunsaluus testis — Vincentius notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 12, n.º 31.

CXLIX

Epistola Innocentii Papae III, Priori Sancti Torquati scripta, de obedientia archiepiscopo Bracharensi praestanda. Ex perantiquo libro regestorum Sedis Bracharensis, qui titulum Livro das Cadêas *prae se fert, hausimus.*

1201

Innocencius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis Priori et Capitulo sancti torquati Bracarensis diocesis salutem et apostolicam. Cum non liceat a capite membra discedere non sufficiamus admirari quod sicut referente venerabili fratre nostro Bracarensi archiepiscopo nostris est auribus intimatum cum ecclesia uestra in ipsius sit diocesi constituta. uos nullum exemptionis priuilegium pretendentes obedire sibi tanquam episcopo uestro contumaciter recusantes. Cum igitur crimen ariolandi *(?)* sit repugnare. ac scelus ydolatrie nolle adquiescere substinere nollentes quod subditi prelatis suis non obediant ut tenentur de comuni sanctorum consilio per apostolica uobis scripta mandamus et in uirtute obedientie distincte precipimus quatenus prefato archiepiscopo et ecclesie bracarensi obedientiam et reuerentiam debitam sicut alii clerici sue diocesis faciunt de cetero sine contraditione qualibet impendatis. non obstante prescriptione que locum in tali casu nequit habere. alioquin sententiam quam idem in uos uel ecclesiarum uestrarum propter hoc rationabiliter tulerit ratam habebimus et faciemus autore domino inuiolabiliter obseruari. Data laterani viii.º kalendas maij. Pontificatus nostri anno quarto.

Vide *Livro das Cadêas*, doc. n.º 25.

(1) *Enfias* : a freguezia de Santa Maria de Infias.

CL

Pactum venditionis domi in ria Sapateira *sitae. Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo asservatur, unde eam describendam curavimus.*

1201

In dei nomine. Ego Odorio menendiz una cum filio meo Petro odoriz tibi Johani petriz et tibi petro gunsaluiz et uxori tue Sancie nuniz fatio kartam uenditionis et perpetue firmitudinis de ipsa casa quam habemus in vimaranis in rua zapateira et habet iacenciam inter casam de Orraca et inter ipsa de canonicis sancte Marie que scilicet euenit nobis ex parte Odorij uizosi vendimus illam uobis cum omni suo iure et prestancia. Pro precio quod a uobis accepimus. xx. morabitinos tantum nobis et uobis placuit. et totum precium nobis dedistis. Habeatis uos illam et omnis uestra posteritas in perpetuum. Si nos aut aliquis ex nostris uel extraneis hanc nominatam domum uobis inquietare uoluerit aut illam kartam infringere presumpserit pariat uobis uel uocem uestram tenenti istam domum duplatam et quantum a uobis fuerit meliorata et in super cui uocem uestram dederitis—cc—solidos bone monete. facta karta Mense Junij E.ª M.ª CC.ª XXXVIIII. Ego Odorius menendiz una cum filio meo Petro odoriz tibi iohani et tibi Petro gunsaluo et uxori tue istam cartam coram bonis testibus roboro — Petrus testis—Johanes testis Pelagius testis—Menendus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 12, n.º 22.

CLI

Pactum venditionis domi in oppido Guimarães. *Ex apographo authentico saeculi XVIII sumpsimus.*

1201

In Christi nomine. Ego Petrus Gunçalvi, et uxor mea Santia Nunni et Joannes Petri vobis Priori Vimar. et ejusdem Ecclesiae canonicis facimus cartam venditionis perpetuaeque firmitudinis de ipsa casa quam habemus in Vimar. in rua Sapateira, et habet jacentiam inter casam de Domna Vrraca et inter ipsam de canonicis Sanctae Mariae, scilicet que evenit eis ex parte Odori Visosi. Vendimus vobis ipsam casam cum omni suo jure et prestancia et pro pretio quod a vobis accepimus decem et octo maravitinorum tantum nobis et uobis placuit et de pretio apud vos non remansit: habeatis igitur vos illam firmiter, et omnes successores vestri in perpetuum sed si forte aliquis homo venerit tam de nostra parte qui hoc nostrum factum infringere presumpserit non sit ei licitum sed pro solla tentatione pareat vobis ipsam casam duplatam et quantum a vobis fuerit meliorata, et insuper cui vocem vestram dederitis trecentos solidos bonae monetae. Facta carta mense junii Era millessima ducentessima tregessima nona: Nos supranominati vobis Priori, et canonicis Ecclesiae Vim. hanc cartam coram idoneis testibus propriis manibus roboramus. Pro testibus.....

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Contractos, Posses e Compras*, fl. 268.

CLII

Pactum venditionis fundi in Villa Nova de Sande. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo condita est, unde eam describendam curavimus.*

1202

In dei nomine. Ego maria menendi simul cum omnibus filijs et filiabus meis tibi gondisaluo suerij facimus kartam uendicionis perpetueque firmitudinis de hereditate nostra quam habemus in uilla noua sub monte auto territorio bracharae discurrentibus aquis ad riuum aue. Et habet iacenciam in ipsa hereditate que fuit de domno Sesnando damus tibi atque firmiter concedimus quantum ibi habemus atque habere debemus cum ipso campo de supra deuesa de ripa aue habeas eam de monte in fonte pro precio quod ate accepimus xv morabitinos et medium tantum nobis et tibi bene conplacuit et de precio apud te non remansit. Ideo habeas eam firmiter et omnis posteritas tua euo per enni. Set si forte aliquis uenerit tam de nostra

(1) *Rua zapateira:* veja-se a nota ao doc. n.º CIV.

parte quam de extranea qui hoc factum nostrum infringere uoluerit quod pariat tibi ipsam hereditatem duplatam et quantum ate fuerit melioratam et insuper cui uocem tuam dederis c.m— marauedis facta karta Mense februario. Sub E.a M.a cc xxxx nos supranominati tibi gondisaluo suerij. hanc kartam manibus nostris roboramus—Pro testibus—Petrus testis—Johanes testis—Menendus testis—fernandus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 12, n.º 39.

CLIII

Pactum renditionis fundi in Costa. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archiro asserratur, unde eam describendam curarimus.*

1202

In dei nomine. Ego petrus cantoni una cum filijs meis petro petriz et lopa petriz et dominico petriz et Martino petriz tibi Martino de Costa facimus kartam uendicionis perpetueque firmitudinis de nostra hereditate quam habemus in uilla de costa — in loco qui dicitur cantoni uidelicet quantum habemus ab ecclesia Sancti Mametis usque ad fluuium Merdarij. Vendimus tibi atque concedimus totam ipsam hereditatem de Monte in fontem per ubicumque illam potueris inuenire cum omni suo iure ita pignoratam secundum solutam pro precio quod ate accepimus — cxv — morabitinos tantum nobis et tibi conplacuit et de precio apud te nichil remansit. habeas ipsam hereditatem firmiter et cui illam dimiseris in perpetuum. Set si aliquis homo uenerit uel uenerimus tam de nostris quam de extraneis qui hoc nostrum factum infringere uoluerit pariat tibi ipsam hereditatem duplatam et quanto a te fuerit meliorata et in super uocem tuam tenenti. D. solidos probate monete. facta karta Mense ianuarij E.a M.a cc.a xxxx. Nos supranominati qui hanc kartam iussimus facere propriis manibus Roboramus — Petrus testis—Pelagius testis—Gunsaluus testis—Petrus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 12, n.º 22.

(1) *Villa noua:* a freguezia de Villa Nova de Sande. — *Monte auto:* o monte denominado Montouto, que limita a dita freguezia com a de Brito.

(1) *Villa de costa:* a freguezia da Costa.—*Cantoni:* o lugar da Cantonha. — *Ecclesia Sancti Mametis:* não ha vestigios da egreja de S. Mamede; o lugar assim denominado fica no extremo da freguezia da Costa, na vertente sudeste da serra de Santa Catharina e proximo da capella d'esta denominação. — *Fluuium merdarij:* veja-se a nota ao doc. n.º XCIII.

CLIV

Textus hic Regem D. Sancium I aera infrascripta fuisse Vimarane monstrat.

1202

In dei nomine. Hec est carta de foro quam iussi fieri, Ego Sancius dei gratia Port. Rex una cum filio meo Rege domno Alfonso, et cum aliis filiis et filiabus meis vobis septem populatoribus de sancta Marta et aliis septem populatoribus de Bidoedo, tam presentibus quam futuris..............................

....

Facta fuit hec carta apud Vimaranes mensse junio Era M.a cc.a xxxx.a: anno regni nostri x.º VII.º..................................

Vide *Port. Mon. Hist., Leges et Consuetudines,* pag. 522.

CLV

Pactum permutationis domorum in oppido Guimarães. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archiro condita est, unde eam describendam curarimus.*

1203

Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod Ego Pelagius pelagij cognomine Ferrarius una cum uxore mea Maria petri uobis domno Didaco priorj et capitulo vimaranis facio plazum siue kartam firmitudinis de medietate ipsius case que est in rua forgia de qua uos habetis *aliam* medietatem ex

parte fratris mei Petri pelagij et habet iacentiam ante casam johanis saluato*ris do uobis istam* meam medietatem pro alia uestra medietatem quam mihi datis tali pacto quod habeam illam et possideam totam integram tantum in uita mea. Et post mortem meam. habeatis uos tam meam medietatem quam uestram liberam. Siquis tamen uenerit uel uenero tam de meis quam de extraneis qui hoc factum nostrum irrumpere presumpserit quantum quesierit. tantum uobis in duplo conponat et insuper cui uocem uestram dederitis. d. solidos probate menete facto plazo. siue karta mense augusti E.ª M.ª CC.ª XXXXI. Ego supranominatus cum supradictam uxore mea uobis predicto priori et capitulo vimaranis hoc plazum. siue kartam manibus meis roboro. Pro testibus — Gunsaluus testis — Petrus testis — Johanes testis — Martinus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 5, n.º 245.

CLVI

1204

A carta regia dirigida por D. Sancho I ao concelho de Lisboa é datada de *Guimarães* no mez d'agosto da era de 1242. (2)

Vide *Elementos para a historia do municipio de Lisboa*, por E. F. d'Oliveira, tomo 1, pag. 1.

CLVII

Pactum venditionis domi in oppido Guimarães. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo asservatur, unde eam describendam curavimus.*

1206

In christi nomine. Ego Maria paaiz simul cum Marito meo petro mendiz tibi Dominico petri facimus kartam uendicionis perpetueque firmitudinis. de ipsa casa quam habemus in rua ferreira preter ipsa tenda. que iacet cum illa et habet iacenciam. ante ipsas casas de Menendo albergueiro et de alia parte iusta ipsa casa de pelagio petri. Vendimus tibi ipsam casam preter ipsam tendam quicum illa iacet. pro precio quod ate accepimus XXI. morabitinos medium. Tantum nobis et tibi placuit et de precio apud te nichil remansit. Habeas eam firmiter et omnis posteritas tua in perpetuum. Si aliquis homo uenerit tam ex parte nostra quam extrhanea qui hoc factum irrumpere presunpsserit pariat tibi ipsam casam duplatam. et quantum ate fuerit meliorata. et cui uocem uestram dederitis. d. solidos. bone monete. facta karta. mense Maij. E.ª M.ª CC.ª XXXX. IIII. Nos supranominati tibi Dominico petri. hanc kartam manibus nostris Roboramus — Petrus testis — Johanes testis — Pelagius testis — Vincentuis notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 12, n.º 32.

CLVIII

Rex D. Sancius I, villam de Taboadello *D. Roderico Fernandiz, donat. Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo extat, unde eam describendam curavimus.*

1206

In dei nomine. Hec est carta donationis et perpetue firmitudinis quam iussi fieri. Ego Sancius dei gratia portugalensis Rex una cum filio meo Rege domno alfonso et cum ceteris filiis et filiabus meis. Vobis domno Roderico fernandiz de illa nostra uilla que uocatur Tauoadelo. et est in termino de uimaranis et tenuit illam pro prestimonio. quidam homo noster villanus. Damus uobis ipsam uillam et iure hereditario habendam concedimus in perpetuum et mandamus ut faciatis de ea quicquid uobis placuerit vos. et successores cuncti uestri. Et hoc fe-

(1) O documento original está muito manchado; as palavras em italico, que se lêem n'uma copia authentica do seculo XVIII, existente no Archivo da Collegiada, *Livro 1.º dos Testamentos e Doações, doc. n.º 245,* não podem ler-se no original.

(2) Não foi encontrado este documento na Torre do Tombo, e d'aqui o motivo por que não damos o texto original.

(1) *Rua ferreira:* a rua da Ferraria, hoje a rua de S. Paio.

cimus pro multo et bono seruicio quod nobis fecistis et facitis. Quicumque igitur hoc factum nostrum uobis integram obseruauerit sit benedictus a deo amen. facta fuit hec carta apud troncosum mense Julio. E.ª M.ª CC.ª XXXX.ª IIII. Nos Reges nominati qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus. Qui affuerunt. Domnus Gunsaluus menendiz. Domnus Martinus fernandiz. Domnus iohanes fernandiz. Domnus Lopus alfonsi. Nunus midiz. Petrus nuniz testis. Domnus Garsia menendiz. Domnus ualascus menendiz. Domnus suarius diaz. Petrus gomez testis. Johanes reimondi testis. Suarius suarii testis. Julianus curie cacellarius.

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 5.

CLIX

1207

No mez d'abril da Era de 1245 el-rei D. Sancho I fez doação das herdades de Villa Nova das Infantes e Golães a D. Martinho Sanchez e D. Urraca Sanchez, filhos que tinha tido de D. Maria Ayres, como se prova por um documento, que existiu no Cartorio do extincto Mosteiro de Santo Thyrso, gaveta das doações n.º 7.

Vide *Dissert. Chronol.*, por J. P. Ribeiro, tomo III, 1.ª parte, pag. 208; e *Elucidario*, de Viterbo, Supp. v. Cabedal. (1)

CLX

Pactum venditionis fundi in villa de Fareja. Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo condita est, unde eam describendam curavimus.

1207

In dei nomine. Ego menendus iohanis una cum filias meas marina menediz et onega menendiz. Vobis Johanes fernandiz et petrus fernandiz una cum sorores uestras facimus kartam uenditionis perpetue que firmitudinis de nostra hereditate propria quam habemus in uilla Sancti martini de faresia sub monte sancti pauli discurrentibus aquis ad riuulum malum. Damus uobis istam hereditatem atque concedimus per ubicumque eam inuenire potueritis cum montibus et fontibus et cum exitibus et regressibus et cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est pro precio quod a uobis accepimus. VIII. solidos Tantum nobis et uobis placuit et de precio apud uos non remansit. Habeatis igitur uos illam firmiter et omnis posteritas. uestra post uos in cunctis temporibus seculorum. Siquis uero uenerit qui hoc nostrum factum infringere uoluerit quantum de predicta hereditate a uestro iure alienare uoluerit tantum uobis uel uestram uocem tenenti in duplo conponat et insuper domino terre. XXX. solidos. bone monete. facta karta Mense iunij sub E.ª M.ª CC.ª XXXX.ª V.ª Nos prefati uobis iohanis fernandiz et petrus fernandiz una cum sorores uestras coram idoneis testibus hanc kartam nostris manibus roboramus. — Pro testibus petrus testis. Pelagius testis. Gunsalus testis. Menendus garsia confirma. fernandinus confirma. Menendus martiniz confirma. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 12, n.º 17.

(1) Não publicamos este doc. por não ter sido encontrado na Torre do Tombo.

E' ensejo opportuno para n'este lugar referirmos um documento, que por lapso omittimos na primeira parte, relativo á freguezia de Villa Nova das Infantas. J. P. Ribeiro, *Dissert. Chronol.*, tomo III, pag. 148, indica a doação e escambo entre a Infanta D. Sancha, irmã de D. Affonso Henriques, e a dita Egreja, feito em 1162, ao qual se refere no tomo II, pag. 109, e que é datado d'esta maneira: *XII. Kal. Februarii in era 1200, quando dedicata fuit Ecclesia Sancte Marie de Villa Nova a Domno Johanne Bracarensi Archiepiscopo summa cum celebritate atque leticie.*

(1) *Monte sancti pauli*: desconhecido. — *Riuulum malum*: veja-se a nota ao doc. n.º XX.

CLXI

Pactum renditionis agri et domus in oppido Guimarães. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archiro asserratur, unde eam describendam curarimus.*

1207

In christi nomine. Ego Ladroni simul cum soprinis meis filijs de tramazi tibi Godino canbito et uxori tue Maiori martiniz et tibi petro petriz et uxori tue Eluire petri facimus kartam uendicionis perpetueque firmitudinis de medietate de ipso canpo de sub rego et de super rego. et de medietate de ipsa casa que ibi stat. et habet iacenciam in preposto quomodo diuidit cum ipsos canpos que fuerunt de johane queimado. videlicet uendimus uobis medietatem de ipsa casa et de ipso canpo cum suo molino. pro precio quod a uobis accepimus. IIIJ. morabitinos. Tantum nobis et uobis placuit et de precio apud uos nichil remansit. habeatis ipsam hereditatem et omnis posteritas uestra in perpetuum. Si aliquis uenerit qui hoc factum irrumpere uoluerit pariat uobis ipsam hereditatem duplatam et quantum fuerit meliorata. et cui uocem uestram dederitis C. marauedis facta karta mense Setenbris. E.ª M.ª CC.ª XXXXV. Nos supranominnati uobis iam dictis hanc kartam manibus nostris. Roboramus. Petrus testis. Pelagius testis. Johanes testis. Vincencius notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 12, n.º 3.

CLXII

Charta haec regem D. Sancium I aera infrascripta fuisse Vimarane monstrat. Ex apographo authentico saeculi XVIII descripsimus.

1209

Sancius dei gratia Portugali Rex uniuersis de regno suo ad quos litere iste peruenirent salutem: sciatis quod ego mando firmiter de omnibus petrariis qui stant in pontibus de Penna Macor et de omnibus illis qui stant super ipsas pontes ut sint cautati ipsi et domos et hereditates eorum. et mando ut non respondeant de aliqua calumnia nisi ante me; mando etiam ut nullus sit in toto meo regno qui eis audeat malefacere et quicumque eis malefecerit pectauit centum morauitinos et erit meus inimicus; preterea mando Raymundo de Caldis ut si aliquis eis malefecerit aut in suas hereditates ipse faciat eis totum emendari et si hoc non fecerit credat quod de domo sua faciam ego eis totum emendari, et ipse faciat eis integrari de toto suo directo sicut ei dixerit Prior Vimaranis. facta fuit hec carta apud Vimaranes quarta calendas Junii era mil e duzentos e carenta e sete. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Privilegios,* tomo 1.º, fl. 3 v.º).

CLXIII

Rex D. Sancius I canonicis Ecclesiae Vimaranensis immunitates donat. Ex apographo authentico saeculi XVIII sumpsimus.

1210

Sanctius Dei gratia Portugalliae Rex concillio Vimaran. et vniuersis ad quoscumque scriptura ista pervenerit salutem. Sciatis quod ego pro amore Dei et Beatae Virginis Mariae et pro remitione peccatorum meorum et ad petitionem Domni Petri Bracaren. ellecti mando et firmiter concedo canoncis Vimaran. ut nunquam ipsi, neque sui seruientes de domibus suis pectent vocem neque calumpniam, et ut semper sint inde liberi et securi in perpetuum do eis istam meam cartam quae fuit facta apud Sanctarem tertio Calendas januarii Era millessima ducentessima quadragessima octaua.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro I dos Privilegios*, fl. 4, 157 v.º, 158 v.º (2)

---

(1) *Preposto:* casa e quinta em Guimarães.

(1) A 7 de maio d'este anno, 1209, já D. Sancho I estava em Guimarães, segundo escreve a *Monarchia Lusitana*, tomo 4.º, fl. 56 v.º e 57.

(2) A copia d'este documento é triplicada, como se vê da indicação das folhas do Livro em que elle se encontra. Algumas variantes existem nas copias; abstemos-nos de as apontar, salvo a indicação do dia em que foi lavrado; na de fl. 4 lê-se *quarto* e nas outras *tertio Calendas;* a numeração da era está em portuguez na referida copia: mil e duzentos e carenta e oito.

CLXIV

Cartas regias de protecção e immunidades concedidas por D. Sancho I ao mosteiro da Costa. Não têm data e porisso as inserimos n'este lugar, 1211, ultimo anno do reinado d'este rei.

El Rey dom Sancho o primeiro a vos dom gomçalo mendez meu fiel vasalo saude e graça sabee que o moesteiro da costa he meu e o fez meu padre e o amaua muito E em quanto ele viueo nunca hy quis filho ou filha ou outro homem por erdeiro senam a sy mesmo E eu semelhauell faço E agora os prioll me dise que os vosos mordomos queriam e pediam a penna de morte de seus homens e eses homens de monte longuo nem os homens de sua casa nom devem peitar a dita penna de calunya por que a sua erdade de montelomguo e de sam gymyr he homrrada e liure de todo o foro asy esa que lhes eu dey como esa que elles hy amte tinhao e nom emtra em elas moordomo asy como me diseram o alcaide Dom pero garcia e o juiz e pero perez e Eu per muitas vezes Encomendey a ese alcajde que emparase todalas demandas do moesteiro per direyto onde vos Roguo e mando que facaees a ele emtregar seus homens de quamto lhes tomaram E numca a eles nesa erdade nem em outras suas erdades seja ousados tomar lhe mamtimento porque eses ham neçessidade nese moesteiro Item me dise que os vosos moordomos de celorico embargauam sua erdade a quall comprara de martim pyres de çida Rodrigo e vos bem sabees que por ese martim pirez vos mandey minha carta que lhe quitaua e leyxaua todo foro de sua erdade por Roguo de mynha filha a Rainha dona tarejja porque lhe fezera serviço em o Reino de liam e a nos aprouue E por tamto mando ao prior e aos conegos de samta maria da costa que das erdades que ouueram em os dias de meu padre e meus nom Respondam delas senom a mym por que meu pay por muitas vezes deu a mym e a minha jeeração bemção que sempre teuesemos Em nosas mãos e defendesemos ese moesteiro em tal maneira que nunca em Diamte a ordem desfaleça E por amor desto vos mando se me amaees que ponhaees mão sobre o moesteiro e sobre seus homens por tall que numca a mym venha queyxume e querela mas amtes tenha suas erdades e todo seu direito asy como o teue nos dias de meu padre el Rey dom afonso e R. gomez de Rupela a todolos preytos e demandas tenha voz do moesteiro por tall que nenhuma cousa perca de seu direito se ele auia quanto tem e mande ao meu porteiro de guimaraes tirar os meus emcoutos a saber pennas daquelles que contra esto vierem E por tamto vos dou esta mynha carta aberta que nenhum seja tão ousado vyr contra ela. & De mym Rey Dom samcho o primeiro a vos Dom vylano saude eu comety e emcarreguey a pero saluadores o moesteiro de samta marinha da costa pera que com sua mão o teuese e defendese mas por em outros meus negoceos ser muito occupado Emcomendouos o dito moesteiro com suas pertemças que asy o tenhaees e o defemdaees comtra os fidalguos e meus moordomos e comtra todolos homeens do mundo quee em nenhum seja liçito que alguum mall hy faça nem das cousa do moesteiro alguuma cousa demenuir e per tamto eu comcedo que o dito moesteiro perfeitamente estee asy como em os dias de meu padre de boa memorea estaua e a nenhuum seja liçito e de nouo ponha nele e em suas cousas Emposisam nem a Requeira polo quall vos o tende em vosa mão que daquy avante nam seja theuudo o prioll desse mesmo moesteiro a mym vyr ou alguum de seus conegos sobre ysto a mym emviar. & El Rey dom sancho o primeiro per graça de deus Rey de puurtugall a vos dom gill vasquez e a pero pirez juiz de monte lomguo saude bem sabees que o juiz tirou Jnquiriçam da erdade de samta marinha da costa a quall tinha em momte lomguo E achoua liure E agora o prior me emviou dizer que os mordomos de dom Gill vasquez fazem hy muitos males. E porem mando firmemente que facaees estar sua erdade asy Jnteira que os mordomos de dom gill vasques nom façam hy alguum mall e que nunca daquy avamte me venha por yso queixume nem querela e vos sabees que a erdade de samta marinha da costa toda he mynha. E mando que o juiz a tenha asy emparada em maneira que nom posa hy alguem alguum mall fazer E mando a dom gill que defemda os seus moordomos que nom façam mall na erdade da costa.

Vide Arch. da T. do T., *Chancellaria de D. Manuel,* Livro 16, fl. 87 v.º

CLXV

Pactum venditionis domi in oppido Guimarães. *Ex apographo authentico saeculi XVIII descripsimus.*

1211

In Dei nomine. Ego Elvira Nunis una cum viro meo Suerio Petri, et ego Egeas Petri tibi capitullo Santae Mariae de Vimar. facimus cartam venditionis et firmitatis de tota ipsa casa quae jacet in rua Zapateira inter casam quae fuit de Mendo fromariguis et inter ipsam vestram casam: Vendimus vobis illam cum suo introito, et exitu, et cum omni jure illius pro pretio quod a vobis accepimus sex marauitinorum tantum nobis et vobis complacuit, et de pretio apud vos nichil remansit: habeatis vos illam firmiter et omnes vestri successores jure hereditario in perpetuum; Si aliquis homo venerit tam de nostra parte quam de extranea venerit qui hanc casam inquietauerit vel istam cartam irrumpere presumpserit pro solla tentatione pariat vobis uel vocem vestram tenenti illam duplatam, et quantum fuerit melliorata et insuper cui vocem vestram dederitis pectat ducentos solidos bonae monetae. Facta carta mense marcii Era millessima ducentessima quadragessima nona. Ego Elvira Nunnis cum viro meo Suerio Petri, et ego Egeas Petri tibi capitullo Sanctae Mariae de Vimar. istam cartam roboramus pro testibus. Petrus testis. Pellagius testis. Mendus testis. Joannes notauit.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *L.º dos Cont., Posses e Comp.*, fl. 266 v.º

CLXVI

Testamentum Ferdinandi Dias. Ex apographo authentico saeculi XVIII sumpsimus.

1211

In Dei nomine. Ego Fernandus Dias facio istam mandam. Inprimo meum corpus Sanctae Mariae de Vimar. et mando Sanctae Mariae de Vimar. quintam partem de hereditate de Freitas quam sortitus sum cum meis fratribus, et alliae quator quintae remaneant meis filliis, et filiabus talli pacto ut mei filli non vendant, nec subpignorent sed cum unus illorum obirit pars ejus remaneat Ecclesiae Sanctae Mariae de Vimar. et similliter portio omnium meorum filliorum et filliarum cum singulariter obierint singullariter remaneat Ecclesiae jam dictae. Ita quod omnibus meis filliis et filliabus mortuis Ecclesiae Sanctae Mariae de Vimar. habeat totam perfactam hereditatem integram jure hereditario in perpetuum, et mei fillii. et filliae non habeant potestatem relinquendi suis filliis sed ego mando quod post mortem illorum remaneat tota ipsa hereditas Ecclesiae Sanctae Mariae de Vimar. et mando meis fratribus, et sororibus totam meam portionem de omnibus hereditatibus quas ego, et mei fratres, et sorores adhuc debemus partiri in terra de Galecia, et mando eidem Ecclesiae pro meo anniuersario viginti marauitinos. Hoc fuit mense marcii era millessima ducentessima quadragessima nona presentibus. Petrus testis. Pellagius testis. Gunçaluus testis.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro 2.º dos Testamentos e Doações*, doc. n.º 111.

CLXVII

Pactum venditionis fundorum ad satisfaciendum anniversarium pro rege D. Alphonso II in Ecclesia Vimaranensi. Ex charta in tabulario Collegiatae Vimaranensis asservata descripsimus.

1211

In dei nomine. Ego Martinus fernandi. et uxor mea Maria roderici. et Ego Gunsaluus fernandi et uxor mea Maria roderici. uobis Priori domno Didaco. et omni capitulo Vimaranensi. Facimus kartam vendicionis. et perpetue firmitudinis. de hereditatibus nostris quas habemus in uilla Miranci territorio Portugalensi. discurrentibus aquis ad mare. Vendimus uobis in predicta uilla uidelicet VIII.º casales. et III. quiniones de alio casali factis tantum VIII.º quinionibus de eo. cum omnibus suis terminis. et pertinentiis. et cum omni iure illorum de montibus in fontes. per ubicumque illud inuenire et augmentare potueritis. hoc facimus pro precio quod a uobis accepimus. scilicet. DCC. et L.ª morabitinos. quos domnus Rex alfonsus filius Regis Sancii. et uxor eius Regina domna Vrraca. dederunt ecclesie Vimaranensi. adhuc ipsis uiuentibus pro suo anniuersario. Tantum

nobis et uobis conplacuit. et de precio apud nichil remansit. Damus uobis atque concedimus supradictas hereditates. ut uos et omnes uestri sucessores illas habeatis sicut prescriptum est iure hereditario in perpetuum. Sed si forte aliquis homo uenerit tam ex nostra parte. quam extranea qui istas hereditates. uel partem illarum inquietauerit. et hanc kartam. irrumpere presumpserit. pro sola temptacione pariat uobis. uel uestris successoribus iam dictas hereditates duplatas. et triplatas. et quantum fuerint meliorate. et insuper cui uocem uestram dederitis. mille morabitinos. probate monete. Facta. karta. quinto kalendas. Septembris. E.ª M.ª CC.ª XXXX.ª VIIII.ª Nos fratres predicti scilicet Martinus fernandi. et Gunsaluus fernandi. cum prenominatis nostris uxoribus. uobis Priori domno Didaco. et uniuerso capitulo Vimaranensi. istam kartam. propriis manibus coram idoneis testibus roboramus. Actum fuit hoc Vimaran. regnante Rege alfonso filio Regis Sancii. et uxore eius Regina domna Vrraca. Et accepimus pro reuora. v. morabitinos. Tunc temporis domnus Martinus fernandi erat maiordomus curie Regis. et de sub manu eius Petrus iohannis. et Domnus Iulianus cancellarius—domnus Petrus electus Bracarensis—domnus Godinus decanus —domnus Petrus cantor—domnus Petrus magister scolarum.

Qui presentes fuerunt Suerius petri iudex Vimaran. Gomecius de rupella. Johannes petri uerua. Johannes petri uillanus. Pelagius de rupella. Godinus pelagiz cambitu. Martinus menendi gasco maiordomus. Et alii multi boni homines.

Pro testibus. Ihoannes testis. Menendus testis. Pelagius testis. Petrus notuit.

Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod Martinus fernandi. et Gunsaluus fernandi simul cum uxoribus nostris damus uobis Priori domno Didaco. et Capitulo Vimaran. totam hereditatem quam habemus in mooquin. quod senper defendamus uobis hereditates de miranci per istas. Et si forte hereditates de miranci uobis defendere non potuerimus. habeatis et possideatis istas de mooquin. donec completum senper sit quod in uestra karta resonat.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Pergaminho* n.º 12.

CLXVIII

Donatio domus Ecclesiae Vimaranensi facta. Charta autographa, ad Collegiatam pertinens, in Publico Archivo condita est, unde eam describendam curavimus.

1211

In dei nomine. Ego Maria petriz una cum filiis meis. Johane pelaiz et Ousenda pelaiz uobis Priori domno Didaco et Capitulo vimaranis facimus kartam de ipsa casa quam habemus in ipsa rua de domna Eluira menendi iuxta ipsam suam quintanam scilicet ipsam casam quam tenuit Ousenda liceira inpignore pro XIIJ morabitinos de nobis et in morte sua mandaui uobi ipsas tredecim morabitinos *ueteres (?)* pro aniuersario suo Nos uero facimus tale pactum uobiscum quod Ego Maria petriz teneam ipsam casam in uita mea et post mortem meam relinquam illam uobis liberam in pace sine ulla contradicione. Siquis uero contra hanc kartam nostram uenerit qui eam infringere uoluerit pariat uobis ipsam casam duplatam et quantum a uobis fuerit meliorata. et cui uocem uestram dederitis pectet. D. solidos bone monete. facta karta Mense setembris. Eª M.ª CC.ª XXXX.ª VIIII.ª Nos supranominati hanc kartam propriis manibus roboramus — Pro testibus. Johanis testis. Mendus testis. Pelagius testis. Petrus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 9.

CLXIX

Regem D. Alphonsum II aera infrascripta fuisse Vimarane textus hic monstrat.

1212

Ego Alfonsus dei gratia Port. Rex, una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filio nostro infante domno Sancio et filia nostra infante domna Alionore hanc cartam roboro et confirmo, et inuiolabiliter obseruari precipio. Et hoc fuit factum apud Vimaranes VIª die Junii. Era

(1) *Rua de domna Eluira menendi:* desconhecida.

M.º cc.º l.º Domnus Martinus fernandiz maiordomus curie conf. Julianus çancellarius curie domini Regis. Et ista cartam *(confirmação do foral do Castello de S. Christoram)* non erat sigillata nec tenebat signa.

Vide *Port. Mon. Hist., Leges et consuet.*, pag. 552.

CLXX

Pactum renditionis domus in oppido Guimarães. *Ex apographo authentico saeculi XVIII descripsimus.*

1213

In dei nomine. Ego Maria petri simul cum filiis meis Joanne Pelagii et Ausenda Pelagii vobis domno Didaco vimaranis priori et uniuerso Capitulo vestro facimus cartam venditionis et eternae firmitudinis de nostra casa propria quam habemus in vimaranis et est ista inter quintanam quae fuit de domna Elvira Menendi et inter quintanam quae fuit de Elvira Gaga vendimus vobis et concedimus ipsam casam scilicet in qua solebat morare Ausenda Vieira cum omni suo jure pro pretio quod a vobis accepimus duodecim morabitinorum et medium quod de vestris anniuersariis habebatis in deposito: tali pacto quod ego Maria Petri habeam illam et possideat tantummodo in uita mea et post mortem meam vobis illam liberam omni contraditione remota dimittam. tantum nobis et vobis bene complacuit et de pretio in debito pro dare apud vos nichil remansit habeatis illam firmiter vos et omnes successores vestri per supradictum pactum cunctis temporibus seculorum. Siquis tamen venerit vel venerimus qui hoc factum nostrum irrumpere presumpserit quantum quesierit tantum in duplo componat et pro sola tentatione pectet vobis vel vocem vestram tenenti quingentos solidos probatae monetae. Facta carta mense junio sub era millessima ducentessima quinquagessima prima. Ego Maria Petri simul cum supranominatis filiis meis vobis Domno Didaco priori vimaranensi et universitati totius Capituli vestri hanc cartam coram idoneis testibus propriis manibus roboramus. Petrus testis. Joanes testis. Gunçaluus testis. Martinus notauit.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Contractos, Posses e Compras*, fl. 269 v.º

CLXXI

Ex antiquo libro regestorum Sedis Bracharensis Liber Fidei *sic dicto, descripsimus.*

1213

De obedientia. processione. et procuratione danda de monasterio de Costa archiepiscopo Bracarensi.

Stephanus dei pacientia bracarensis archiepiscopus et uniuersum Capitulum eiusdem ecclesie. Martinus prior et conuentus monasterii sancte marine de Costa. diocesis Bracarensis. Omnibus presentibus et futuris ad quos huius pagine scriptura peruenerit salutem in domino. Cum inter Stephanum archiepiscopum et Capitulum bracarense ex una parte et nos Martinum priorem et conuentum sancte marine de Costa. ex alia. super obedientia. processione. procuratione. mortuariis. et quibusdam aliis ad archiepiscopalem iurisdictionem pertinentibus questio uerteretur. accidit quod nobis priori et conuentui supradictis dominus Papa in uirtute obedientie precepit litteris destinatis. ut ex quo monasterium nostrum exemptionis priuilegium non habebat. non obstante prescriptione temporis que in tali casu locum nequit habere. memorato archiepiscopo et ecclesie bracarensi obedientiam et reuerentiam quemadmodum sue diocesis faciunt sine contradictione aliqua impendere curaremus ad quod ostendendum in posterum per dictas domini Pape litteras de uerbo ad uerbum ut inferius patet. scripsimus in rescripto. Innocencius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis Vimaranis. et de Costa. et sancti Torquati prioribus Bracarensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum non liceat a capite membra discedere. nos sufficimus admirari. quod sicut referente uenerabili fratre nostro Bracarensi archiepiscopo nostris est auribus intimatum cum ecclesie uestre in ipsius sint diocese constitute. uos nullum exemptionis priuilegium pretendentes obedire sibi tamquam archiepiscopo uestro contumaciter recusatis. Cum igitur crimen ariolandi *(?)* sit repugnare. ac scelus ydolatrie nolle adquiescere sustinere nolentes ut subditi prelatis suis non obediant ut tenentur discretioni uestre per apostolica scripta mandamus et in uirtute obedientie precipimus quatinus prefato archiepis-

copo et ecclesie bracarensi obedientiam et reuerentiam debitam sicut alii clerici sue diocesis faciunt de cetero sine contradictione aliqua impendatis. non obstante prescriptione temporis que locum in tali casu nequit habere. alioquin sententiam quam idem archiepiscopus in uos uel ecclesias uestras propter hoc rationabiliter tulerit ratam habebimus et faciemus auctoritate nostra appellatione remota inuiolabiliter obseruari. Data Laterani v nonas maij pontificatus nostri anno sexto decimo. Nos igitur scientes pro certo quod per huiusmodi lites et contentiones fraterna caritas grauem patitur lesionem et partes nimiis grauantur laboribus et expensis in ecclesiis et personarum maximum periculum et grauamen atque inter nos cupientes pacem et concordiam reformari. obedientiam ad iurisdictionem metropolitanam expectantem in processionem absolute ac sine omni contradictione cum debita reuerentia persoluimus et de cetero sine contradictione aliqua persoluemus uobis domno S. archiepiscopo et successoribus uestris canonice intrantibus nomine et in loco bracarensis ecclesie sub obedientie debito uobis in uirtute prestiti sacramenti firmiter promittentes quod in iusticia et correctione et in uocatione ad sinodum ecclesie bracarensis nec non in aliis omnibus ad iurisdictionem eiusdem ecclesie pertinentibus uobis et cunctis successoribus uestris canonicum ingressum habentibus uniuersum obedientie debitum fideliter et deuote in perpetuum exsoluemus. Causa uero que inter uos et nos super aliis uertitur bonorum uirorum scilicet Martini prioris et regularis canonici de nandin. domni Stephani. et Petri menendi. canonicorum regularium dicti monasterii de Costa. fernandi regmundi de Sausa. et johannis capellani bracarensis archiepiscopi de comuni consensu comisimus terminandam iurantes corporaliter ad sancta dei euangelia nos archiepiscopus et canonici bracarenses ad instar aliorum monasteriorum consimilium que in diocesi bracarensi continentur prescrutati sumus et considerabimus diligenter prior et conuentus supranominati ut quicquid prefati v^{e} uiri iudicio uel arbitrio siue compositione statuerint inter nos inuiolauiliter obseruari. Nos igitur v^{e} uiri quorum nomina superius sunt expressa suscipientes onus arbitrii. possibilitatem dicti monasterii de Costa et iura in quibus tenetur ecclesie bracarensi ad instar aliorum monasterium consimilium que in dicta diocesi continentur prescrutati sumus et considerabimus diligenter ideoque arbitrando et componendo statuimus et sentencialiter diffinimus uobis priori et conuentui sub pena periurij mandantes. ut uos et successores uestri semel in anno cum uos uisitauerit dictus archiepiscopus eidem et successoribus eius procurationem soluatis in perpetuum isto modo que in subsequentibus declaratur. Inprimis cc^{os} panes quos faciatis fieri de duobus quartariis tritici per mensuram id est per taligam de Vimarane que dicitur quarta et si non crescat ipsa quarta siue decrescat in Vimarane ista que modo currit ibi sub era M.^{a} CC.^{a} I.^{a} semper maneat in statu eiusdem quantitatis in qua nunc est in ista era predicta ita quod unum exemplar istius mensure in petra uel in ligno seruetur expressum in testimonium apud ecclesiam bracarensem et alius apud monasterium supradictum et VI^{ex} quartarios anone per eamdem mensuram et VI^{ex} puzales de uino per quartam de Vimarane condicione mensure uini seruata secundum quod de mensura panis superius est expressum. Duos porcos bonos qui nec sint obtimi nec minus boni. V^{ex} arietes similiter bonos. XX^{ti} gallinas. IIII^{or} anseres uel IIII^{or} lectones aut IIII^{or} capriolos iuxta diuersitatem temporis. quarte unius libre piperis. C.^{m} oua. I.^{o} restem ceparum. et alia aliorum. In diebus uero in quibus non uescuntur carnibus III.^{or} morabitinadas piscium cum aparamento olei. si dies ieiunii hoc poposcerit uel cum butiro in ea quantitate que superius est expressum. Duas libras cere. alia uero minora que ad aparamentum ciborum pertinent secundum quod ratio exegerit conferentur. Nos uero iam dictus archiepiscopus relaxamus penitus omnes foros et omnes exaciones quos et quas officiales predecessorum nostrorum exigere consueuerant et nichil ex hiis omnino a predicto monasterio eiisdem officialibus pro debito persoluatur. De mortuariis autem arbitrando et conponendo sentencialiter diffinimus hoc modo uidelicet et sub pena periurij per uobis in uingentes *(?)* quod monasterium prelibatum soluat terciam partem omnium mortuariarum illarum que receperit de Castello. et de toto burgo de uimarane et bracara. et de aliis consimilibus locis. mortuarias uero rusticorum que de parrochiis aliarum ecclesiarum tocius diocesis. et de adegania. et tota sua parrochia receperit monasterium prelibatum integras habeat in pace. nec ex hiis quicquam ecclesia bracarensis un-

quam persoluere teneatur. hiis omnibus in pace ut superius diximus persoluatis. Statuimus et sentencialiter diffinimus ne monasterium predictum in aliis grauetur ab ecclesia bracarensi. Verum qum ad maioris roboris firmitatem disposueramus hoc instrumentum sigillorum nostrorum munimine roborare. formidantes ne sigilla cerea consumerentur nimia uetustate. ideoque instrumentum hoc suspectum a posteris haberetur ac propter hoc contingeret illud in dubium reuocari. fecimus fieri duas cartas consimiles et eiusdem tenoris per omnia indiuisas per continuum alphabetum testium et subscriptioni utriusque partis personarum firmitudine roboratas. Facta conpositionis firmitudinis perpetue. VII.º Idus Septembris. regnante rege Alfonso secundo. Sub E.ª M.ª CC.ª L.ª I.ª Ego Stefanus bracarensis archiepiscopus huic pacto assencio et confirmo. Ego Godinus decanus bracarensis assentio et confirmo. Ego Petrus bracarensis Cantor assentio et confirmo. Ego magister iohannes bracarensis presbiter et canonicus assentio et confirmo. Ego Vermudus diaconus assentio et confirmo. Ego johannes pelagij capellanus assencio et confirmo. Ego Suerius pelagij diaconus assentio et confirmo. Ego laurencius nuniz assencio et confirmo. Ego martinus suerij subdiacono assencio et confirmo. Ego Siluester pelagij diacono assencio et confirmo. Ego Siluester petri subdiacono assentio et confirmo. Ego Pelagius diaconus assencio et confirmo. Ego M. diaconus assencio et confirmo. Ego Didacus subdiaconus assencio et confirmo. Ego Vicencius iohannis subdiaconus assencio et confirmo. Ego Suerius subdiaconus assentio et confirmo. Ego Petrus pelagij diaconus assentio et confirmo. Ego martinus prior de Costa assentio huic pacto et confirmo. Ego Petrus presbiter et ipsius ecclesie canonicus assencio et confirmo. Ego Stephanus presbiter canonicus ipsius ecclesie assencio et confirmo. Ego Pelagius presbiter canonicus ipsius ecclesie assencio et confirmo. Ego Petrus presbiter canonicus ipsius ecclesie assencio et confirmo. Ego Pelagius presbiter canonicus ipsius ecclesie assentio et confirmo. Ego Petrus presbiter canonicus ipsius ecclesie assencio et confirmo. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Z.

Vide *Liber Fidei,* doc. n.º 883.

CLXXII

Reginae D. Urracae Vimaranensi Priori legatum. Hunc textum nobis suppeditavit Historia Genealogica, Provas, tomo I, pag. 37.

1214

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. Ego Regina Portugaliae Dona Urraca timens diem mortis meae fatio testamentum..

....

Mando... Priori Vimaranensis cem morabitinos.....................................

....

Facto testamento apud Colimbriam undecimo septimo Calendas Julii Era milesima ducentesima quinquagesima secunda.

CLXXIII

Pactum venditionis domi in oppido Guimarães. *Ex apographo authentico saeculi XVIII hausimus.*

1214

In Dei nomine. Haec est carta venditionis et firmitudinis quam jussi facere ego Fermosa Joannis una cum fillio meo Menendo Suerii vobis Domno Didaco Priori Vimar. et toti capitullo de una nostra domo cum una figueira, et cum suo exido quam hauemus in Vimar. et habet jacentiam in rua Sanctae Mariae sirca ecclesiam Sancti Jacobi, et de allia parte circa casam quae fuit Joannis de Rochella vendimus vobis ipsam domum cum ipsa figueira, et cum suo eixido, et cum omni suo jure pro pretio quod de vobis accepimus scilicet nouem marauitinos quia nobis et vobis tantum placuit, et de pretio apud vos nichil remansit pro dare habeatis igitur ex hac die ipsam domum cum omni suo jure semper firmiter, et qui vobis placuerit sed si fort aliquis venerit vel nos venerimus tam de nostris parentibus quam de extraneis qui hoc factum nostrum irrumpere voluerit quantum inquisierit tantum in duplum componat, et quantum fuerit mellioratum, et cui vocem vestram dederitis pectet illi quingentos solidos. Facta carta feria tertia duodecima die Augusti Ego Fermosa Joannis, et meus fillius Menendus Suerii supra nominati qui hanc car-

tam facere jussimus coram bonis hominibus nostris manibus roboramus qui presentes fuerunt Martinus Martinz tabellio Vimar. notauit Deus est veritas et qui diligit veritatem diligit eum et Deus illum. Istud est signum. Actum fuit in Vimar. Era millessima ducentessima quinquagessima secunda.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Contractos, Posses e Compras*, fl. 267.

CLXXIV

Ex antiquo libro regestorum Sedis Bracharensis Liber Fdei, *sic dicto, descripsimus.*

1214

De obedientia. processione. et procuratione de monasterio sancti torquati archiepiscopo Bracarensi.

Stephanus dei pacientia bracarensis ecclesie archiepiscopus et uniuersum capitulum eiusdem ecclesie. Martinus prior et conuentus monasterii sancti torquati. diocesis Bracarensis. Omnibus presentibus et futuris ad quos huius pagine scriptura peruenerit salutem in domino. Cum inter nos Stephanum archiepiscopum et capitulum bracarense ex una parte et nos Martinum priorem et çonuentum sancti torquati. ex alia. super obedientia. processione. procuratione. mortuariis. et quibusdam aliis ad archiepiscopalem iurisdicionem pertinentibus questio uerteretur. accidit quod nobis priori et conuentui supradictis dominus Papa in uirtute obedientie precepit litteris destinatis. ut ex quo monasterium nostrum exemptionis priuilegium non habebat. non obstante prescriptione temporis que in tali casu locum nequit habere. memorato archiepiscopo et ecclesie bracarensi obedientiam et reuerentiam quemadmodum alii sue diocesis faciunt sine contradictione aliqua impendere curaremus ad quod ostendendum in posterum per dictas domini Pape litteras de uerbo ad uerbum ut inferius patet. scripsimus in rescripto. Innocencius seruus seruorum dei. Dilectis filiis Vimaranis. et de Costa. et sancti torquati prioribus Bracarensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum non liceat a capite membra discedere. nos sufficimus admirari. quod sicut referente uenerabili fratre nostro Bracarensi archiepiscopo nostris est auribus intimatum cum ecclesie uestre in ipsius sint diocese constitute. uos nullum exemptionis priuilegium pretendentes obedire sibi tamquam episcopo uestro contumaciter recusatis. Cum igitur crimen ariolandi *(?)* sit repugnare. ac scelus ydolatrie nolle adquiescere sustinere nollentes ut subditi prelatis suis non obediant ut tenentur discretioni uestre per apostolica scripta mandamus et in virtute obedientie precipimus quatinus prefato archiepiscopo et ecclesie bracarensi obedientiam et reuerentiam debitam sicut alii clerici sue diocesis faciunt de cetero sine contradictione aliqua impendatis. non obstante prescriptione que locum in tali casu nequit habere. alioquin sententiam quam idem archiepiscopus in uos uel ecclesias uestras propter hoc rationabiliter tulerit ratam habebimus et faciemus auctoritate nostra appellatione remota inuiolabiliter observari. Data Laterani v nonas maij pontificatus nostri anno xvi°. Nos igitur scientes pro certo quod per huiusmodi lites et contentiones fraterna caritas grauem patitur lesionem et partes nimiis grauantur laboribus et expensis in ecclesiarum et personarum nostrarum maximum periculum et grauamen atque inter nos cupientes pacem et concordia reformari. obedientiam ad iurisdictionem metropolitanam expectantem in processionem absolute ac sine omni contradictione cum debita reuerentia persoluimus et de cetero sine contradictione aliqua persoluemus uobis domno S. archiepiscopo et successoribus uestris canonice intrantibus nomine et in loco bracarensis ecclesie sub obedientie debito uobis in uirtute prestiti sacramenti firmiter promittentes quod in iusticia et correctione et in uocatione ad sinodum ecclesie bracarensis nec non in aliis omnibus ad iurisdictionem eiusdem ecclesie pertinentibus uobis et cunctis successoribus uestris canonicum ingressum habentibus uniuersum obedientie debitum fideliter et deuote in perpetuum exsoluemus. Causam uero que inter uos et nos super aliis uertitur bonorum uirorum scilicet M. abbatis sancti tirsi. et. M. prioris de Costa. et Magister J. canonici bracarensis arbitrio de comuni consensu comisimus terminandam iurantes corporaliter ad sancta dei euangelia nos archiepiscopus et canonici bracarenses. Prior et conuentus monasterii sancti torquati ut quicquid tres uiri iudicio uel arbitrio siue compositione statuerint inuiolabiliter obser-

uemus. Nos igitur tres uiri quorum nomina sunt expressa suscipientes onus arbitrii. possibilitatem dicti monasterii sancti torquati et iura in quibus tenetur ecclesie bracarensi ad instar aliorum monasteriorum consimilium que sub bracarensi ecclesia continentur prescrutati sumus et considerabimus diligenter ideoque arbitrando et conponendo statuimus et sencialiter diffinimus uobis priori et conuentui sub pena periurij mandantes. ut uos et subccessores uestri semel in anno cum uos uisitauerit dictus archiepiscopus eidem et successoribus eius pro uitationem soluatis in perpetuum isto modo que in subsequentibus declaratur. Inprimis CL.ª panes quos faciatis fieri de tribus sextariis tritici per mensuram et per taligam de Vimarane que dicitur quarta et si decrescat ipsa quarta siue crescat in uimarane ista que modo currit ibi sub era M.ª CC.ª L.ª IIª semper maneat in statu eiusdem quantitatis in quo nunc est in ista era. ita quod unum exemplar istius mensure in petra uel in ligno seruetur expressum in testimonium apud ecclesiam bracarensem et aliud apud monasterium supradictum et sex quartarios annone per eandem mensuram. et. I. modium uini per quartam de Vimarane conditione uini seruata secundum quod de mensura panis superius est expressum. Duos porcos qui nec sint obtimi nec minus boni. IIII^{or} arietes. XX^{ti} gallinas. III. anseres. uel III. lectones. aut III. edos iuxta diuersitatem temporis. quartam unius libri piperis. LXª oua. I. alquiere de manteiga. I. restem ceparum et aliarum aliorum. In diebus uero in quo non uescuntur carnibus. III. morabitinadas piscium cum apparamento olei. si dies ieiunii penes domnum archiepiscopum hoc poposcerit uel com butiro in ea quantitate que superius est expressa. et. I.ª libram cere. alia uero minora que ad paramentum ciborum pertinent secundum quod ratio exegerit conferatur. Ego uero iam dictus archiepiscopus relaxo penitus omnes foros et omnes exaciones quos et quas officiales predecessorum meorum exigere consueuerant ex nichil ex hiis omnino a predicto monasterio eisdem officialibus pro debito persoluatur. hoc autem quod de procuratione relaxauimus fecimus propter tenuitatem ipsius monasterii sub hac tamen conditione quod si per dei gratiam ipsum monasterium ad pinguiorem fortunam quam nunc sit contigerit deuenire procuratio more aliorum monasteriorum Bracarensi archiepiscopo ab ipso monasterio persoluatur. De mortuariis autem et de omnibus aliis rebus sub pena periurij utriusque partis sentencialiter diffinimus. partibus in uingentes *(?)* quatinus consuetudines que usque nunc sunt seruata. uidelicet. de mortuariis. et de datiua et de rejcepcione archiepiscopi bracarensis quando tercia feria. VI.ª X.ª et aliis uicibus propter necessitatem preter alia supradicta que ad obedientiam et subiectionem episcopalem pertinent secundum quod in eis exprimitur que continetur in premissis ante quam de procuratione mentio habeatur firmam seruetur illesam. hiis omnibus ut supra diximus. in pace persolutis. statuimus et sentencialiter diffinimus sub pena periurij supradicta ne monasterium supradictum in aliis grauetur ab ecclesia bracarensi nec ipsum monasterium sub pena periurij aliquid de supradictis possit subtrahere uel denegare ecclesie bracarensi. Verum qum ad maioris roboris firmitatem disposueramus hoc instrumentum sigillorum nostrorum munimine roborare. formidantes ne sigilla cerea consumerentur nimia uetustate. ideoque instrumentum hoc a posteris haberetur suspectum hac propter hoc contingeret illud in dubium reuocari. fecimus fieri duas cartas consimiles et eiusdem tenoris per omnia et diuisas per continuum alfabetum testium et subscriptionum utriusque partis personarum firmitudine roboratas. Facta conpositione firmitudinis perpetue XVIIII^{o}. kalendas decembris. Quod autem de pinguiori fortuna superius diximus intelligimus quod si tanta adquiesierit monasterium quod sine magno sui dapmno possit dare procurationem plenariam. eam det. alias autem non teneatur nisi ad illam que superius exprimitur. Ego Stephanus bracarensis archiepiscopus confirmo et subscribo. Ego Godinus bracarensis decanus confirmo et subscribo. Ego Petrus Petri bracarensis cantor confirmo et subscribo. Ego micahel magister scolarum bracarensis confirmo et subscribo. Ego magister iohannes bracarensis canonicus confirmo et subscribo. Ego Suerius bracarensis archidiaconus confirmo et subscribo. Ego Garsia archidiaconus confirmo et subscribo. Ego martinus prior sancti torquati confirmo et subscribo. Ego romanus sancti torquati confirmo et subscribo. Ego Pelagius canonicus confirmo et subscribo. Ego Pelagius pelagij canonicus sancti torquati confirmo et subscribo. Ego Pelagius petri canonicus sancti torquati confirmo et

subscribo. Ego menendus canonicus sancti torquati confirmo et subscribo. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Z.

Vide *Liber Fidei*, doc. n.º 882.

CLXXV

Pactum venditionis furni in oppido Guimarães. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo asservatur, unde eam describendam curavimus.*

1215

In dei nomine. hec est karta uendicionis et firmitudinis quam iussi facere. Ego Pelagius petriz. vobis domno Egidio De octaua de toto ipso forno de vimaranis qui habet iacentiam in Rua noua. Vendo tibi octauam de ipso forno que mihi euenit ex patre meo et matre mea pro precio quod de te accepi scilicet. xvj. morabitinos. Quia mihi et tibi tam placuit et de precio nichil remansit. habeas igitur ex hac die octauam de ipso forno senper firmiter et qui tibi placuerit. Set si forte aliquis uenerit uel ego uenero qui hoc meum factum irrumpere uoluerit. Conponat tibi ipsam octauam duplatam et quantum fuerit meliorata et cuj uocem tuam dederis. pectet illj. D. solidos Et si ego in concilio auctorizare noluero uel non potuero. similiter faciam. facta karta apud Vimaranis. xijº. die februarij. E.ª M.ª CC.ª L.ª IIIª per manus Martinj martiniz primi Tabellionis Vimaranis. hoc signum apponentis. Deus est ueritas et qui diligit ueritatem diligit deum et deus illum + Ego Pelagius petriz supranominatus qui hanc kartam facere iussi coram bonis hominibus meis manibus roboro. Qui uiderunt. Rodericus. Petrus feo. Dominicus martinj. pro testibus. Petrus — Pelagius — Johanes — testis. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 12, n.º 29.

(1) *Rua noua:* talvez a rua que mais tarde se denominou Rua Nova do Muro e hoje Rua Nova do Commercio.

CLXXVI

Pactum venditionis fundi in oppido Guimarães *infra Castellum. Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo asservatur, unde eam describendam curavimus.*

1215

In dei nomine. hec est karta uenditionis et firmitudinis quam iussimus facere. Ego Didacus didacj et vxor mea Maria iohanis tibi Durano martinj de una almonia cum omni suo iure quam habemus sub Castello Vimaranis circa casam que fuit de Petro de fonte et ipsa almonia fuit de Petro aguiar et dedit illam nobis domnus Martinus fernandj uester pater. Vendimus tibi ipsam almoniam cum sua casa et cum omnj suo iure pro precio quod de te accepimus scilicet. c. morabitinos qui nobis et tibi tam placuit et de precio apud te nichil remansit. habeas igitur ex hac die ipsam almoniam cum sua casa semper firmiter et qui tibi placuerit. Sed si forte aliquis uenerit uel nos uenerimus tam de nostris parentibus quam de extraneis qui hoc nostrum factum irrumpere uoluerit quantum inquisierit tantum in duplum conponat et quantum fuerit melioratum et cuj uocem tuam dederis. d. solidos. Et si nos in concilio auctorizare noluerimus uel non potuerimus similiter faciamus. facta karta apud Vimaranis IIIJ.º kalendas Junij E.ª M.ª CC.ª L. III.ª per manus Martinj Martinj tabellionis hoc signum apponentis. Deus est ueritas et qui diligit ueritatem diligit deum et deus illum +. Ego Didacus didacj et vxor mea Maria iohanis supranominnatj qui hanc kartam facere iussimus coram bonis hominibus nostris manibus roboramus. Qui presentes fuerunt — Suerius garsia — Johanes dominici — Petrus monocus de auezam. Suerius petri — Dominicus suerij testis — Petrus Pelais Johanes testis.

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 12, n.º 15.

CLXXVII

Innocentius Papa III immunitatis chartam, a Rege D. Sancio I canonicis Vimaranensibus datam, confirmat. Ex apographo authentico saeculi XVIII sumpsimus.

1215

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filliis canonicis Vimaran. salutem et appostolicam benedictionem. Sacrosanta Romana Ecclesia deuotos et humilles fillios ex asuetae pietatis officio propentius diligere consueuit, et ne prauorum hominum mollestiis agitentur eos tamquam pia mater suae protectionis munimine confouere, qua proter dilecti in Domino filliis vestris justis postullationibus grato concurrentes assensu libertates et immunitates quas vobis et seruientibus domorum uestrarum clarae memoriae Sanctius Portugalliae Rex concessit sicut vobis pie ac prouide sunt ab eodem Rege concessae ac ipsius Regis auctentico quod presentibus ad cautellam inseri fecimus continetur vobis et per vos Ecclesiae vestrae autoritate appostollica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Tenor autem auctentici prefacti tallis est. (1)..........

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc actentare presumpsserit indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Paulli appostollorum ejus se nouerit incurssum. Dat Viterbii decimo tertio Callendas Jullii Pontificatus nostri Anno septimo decimo.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro I dos Privilegios*, fl. 157.

(1) Segue-se o doc. n.º CLXIII, que fica a pag. 116.

CLXXVIII

Testamentum Tarasiae Petri et Ecclesiae Bracharensi octavae partis do Couto de Lanhas *triumque Ecclesiarum ibi sitaram donatio. Ex antiquo libro regestorum Sedis Bracharensis* Liber Fidei, *sic dicto, descripsimus.*

1216

In christi nomine in era M.ª CC.ª L.ª IIII. Ego Tarasia petri. Petri petri et Urrace Gomecii filia timens diem mortis mee ad honorem Dei et salutem anime mee de hereditate mea propria que mihi prouenit ex parte patris et matris mee facio testamentum et de corpore meo. In primis mando corpus meum sepelire in ecclesia bracarensi et do ibi pro remedio anime mee quintam partem totius hereditatis que mihi prouenit ex parte patris et matris mee ut fiat particeps orationum Archiepiscoporum et canonicorum ipsius ecclesie bracarensis et ut per fratres meos uel per successores eorum non possit immutari uel irritari seu perturbari de his que ego hic do ecclesie bracarensi pro remedio anime mee siue de his que in plaso cum archiepiscopo et canonicis pro ut continetur in implazamento inferius adnotato scilicet totum remaneat firmum et stabile: mando post mortem meam omnibus fratribus et sororibus meis medietatem duorum casalium quos habeo circa monasterium de Requiam cum fratre meo Vicentio petri per medium cum quanto ad ipsos casales pertinet supradictos de Requiam et sic aparto et heredito eos ibi ut numquam possint uenire contra testamentum neque contra plazum meum quod tale est. In christi nomine. Ego Tarasia petri. Petri siluestri et Urrace Gomecioniz filia propter multa debita quibus teneor obligata et propter necessitatem paupertatis utpote quare de rebus meis non possum commode sustentari facio plasum et pactum domno Stephano bracarensi archiepiscopo et uobis G. decano ac uniuerso eiusdem Sedis capitulo de tota mea hereditate quam nunc habeo ex parte patris et matris mee. excepta quinta parte quam superius uobis mandaui et dedi pro remedio anime mee et excepta hereditate quam habeo per medium cum fratre meo Vincentio petri in uilla de Requiam quam hereditatem fratribus et sororibus meis post mortem meam mando et ibi eos aparto et heredito. Hec autem

hereditas quam uobis inplaso est in uilla que dicitur Portella in illa quintana que fuit patris mei et est in summitate uallis de Peelio Pelagii martini et est prenominata ipsa hereditas quam ego ibi habeo medietas totius hereditatis et totius quintane et turris quam ibi habuit pater meus et mater mea et totius Cauti cum omnibus terminis suis nouis et ueteribus et cum defensis. pratis et riuulis et montibus et fontibus et exitibus et regressibus per ubicumque illam potueritis inuenire. medietas etiam integra duarum ecclesiarum que ibi sunt. uidelicet sancte Marie et sancte marine. quam tenuit clericus qui uocabatur Piquemol. sunt autem in predicta medietate nouem casales integri et preter ipsos casales est medietas terrenorum qui non sunt casales sed possunt inde fieri duo casales. Habeo etiam medietatem unius casalis et dimidii in cauto de Layas de Vermuim et octauam partem ipsius cauti et semiliter octauam partem trium ecclesiarum que ibi sunt. uidelicet sancte marie quam tenet Suerius arie filius de Pechi arie. et sancti pelagii quam tenuit Gonsaluus uermuiz. et sancti uicentii quam tenuit Pelagius martini. hanc autem etiam supradictam hereditatem et cautos et ecclesias uobis do concedo atque inplazo pro ducentis morabitinis quos statim mihi dedistis de quibus soluerem debita quibus tenebar et toto tempore uite mee in uilla de Bracara detis mihi tantam portionem quanta datur uni ex canonicis de pane et uino et denariis et domos ubi honeste possim habitare et ut detis mihi hereditatem uestram secundum quod mihi et uobis placuerit quam teneam toto tempore uite mee de qua fructus omnes percipiam et uobis liberam post mortem meam cum que in ea inuenta fuerit dimitam et ut faciatis mihi post mortem meam et Siluestrem petri cognato meo et canonico uestro in perpetuum anniuersarium quod anniuersarium debet fieri de medietate canonicorum tantum et non de medietate archiepiscopi et debet esse trium aureorum. Sciendum autem quod omnes supradictas hereditates et cautos et ecclesias tam illas quas implazi quam quintam partem quam pro anima mea mandaui et dedi ecclesie bracarensi statim trado et dono et in dominio ipsius ecclesie transfero iure perpetuo possidendas ita quod ab hac die in antea semper inde habeat ecclesia bracarensis mea iura et totam utilitatem ipsarum et faciat de eis quidquid uoluerit omne per euum. Si autem ego predicta Tarasia petri contra hoc factum uenero pectem ecclesie bracarensi uel ei qui uocem suam pulsauerit mille morabitinos publice monete et ipsum factum remaneat firmum et stabile. Similiter si archiepiscopus et capitulum contra predicta que mihi debent adimplere uenerint uel ei qui uocem meam pulsauerit pectent mihi similiter mille morabitinos nihil aliud mihi correxerint et pactum istud remaneat firmum et stabile et si aliquis alius siue de propinquis meis siue de extraneis contra hoc factum uenire tenptauerit aut illud irrumpere uoluerit pectet ecclesie bracarensi quantum quesierit duplatum uel triplatum et insuper mille morabitinos publice monete facto isto nichilominus in suo robore permanente. Si uero ego uobis autorgare non potuero aut uos in uoce mea deuindicare non potueritis non teneamini mihi ad supradicta que in plazo continentur scilicet me semper cum omnibus meis defendatis et manuteneatis pro posse uestro. Ad hec sciendum quod totam supradictam hereditatem, cautos et ecclesias siue quas mandat domna Tarasia pro anima sua siue quas implazat debent diuidere archiepiscopus et capitulum per medium inter se equaliter et archiepiscopus dedit medietatem supradictorum ducentorum morabitorum domne Tarasie et medietatem hereditatis quam ipsa debet tenere in uita sua sicut superius continetur et capitulum dedit aliam medietatem aureorum et hereditatis eodem modo debent facere de pensione domorum in quibus ipsa habitauerit. De porcione uero quam ipsa cotidie debet percipere dum in uilla fuerit ita positum est ab hac die superius scripta usque ad tres annos completos debent eam dare canonici ipsi domne integre ita ut archiepiscopus nichil inde soluat elapso uero trienio debet ex tunc dare archiepiscopus medietatem ipsi domine portionis et canonici aliam medietatem et propter hoc archiepiscopus debet bona fide laborare ut totum istud defendat et enparet ad opus sui et canonicorum et hoc debet facere in propriis expensis. Facta charta testamenti et emplazamenti pridie Idus Augusti sub Era M.ª CC.ª L.ª IIII. Qui presentes fuerunt predictus Archiepiscopus Stephanus. Domnus G. decanus et uniuersum capitulum. Alfonsus Ooriz. Domnus Petrus fernandi de uilla coua. Domnus Petrus onorici monachus de Randufi. Egeas Guimariz. Ego supradicta Tarasia et nos Archiepiscopus et capitulum supradictum

hanc chartam propriis manibus roboro uobis Domno Stephano Bracarensi Archiepiscopo et capitulo. Facta charta per manum Petri pelagii primi tabellionis Bracarensis ciuitatis. (1)

Vide *Liber Fidei,* doc. n.º 888.

CLXXIX

Pactum compositionis inter Archiepiscopum et Capitulum Ecclesiae Bracharensis et Ecclesiam Vimaranensem factum. Ex apographo authentico saeculi XVIII descripsimus.

1216

In nomine Domini amen. Quoniam fragilis est mortallium memoria utpote in nudo et lubrico constituta ideo necessarium fuit scripturae remedium propter ea quae quotidie obliviscantur et ad oblivionis tendunt interitum. Hac itaque pagina in perpetuum vallitura notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod cum inter Archiepiscupum Dominum S. et Cappitullum Bracharensem ex una parte, et D. Priorem, et canonicos, et Porssionarios Vimaranenses ex altera super subjetione, et aliis juribus Diocaesano Episcupo debitis restitutione, et quarundam oblatorum, et quibusdam aliis in nostris scilicet et F. Zamorensis, et Astorien. Archidiaconorum judicum a Domino Papa Innocentio bonae memoriae delegatorum presentia questio verteretur placuit partibus dictam controvertiam per compositionem amicabilliter terminari que in hunc modum processit ut Bracharensis Archiepiscupus liberam et absolutam habeat et exerceat jurisdictionem in Priore et Ecclesia Vimaranensi siquam habet de jure in aliquo suo sufraganeo Episcupo et ejus Ecclesia hoc addito quod ipsi Priori possit dare cedendi licentiam si ad alium locum se transferre vellit, et quod possit eum amovere vel suspendere in perpetuum si causa exigeret observato ordine juditiario: in canonicis vero et porcionariis illam habeat jurisditionem Archiepiscupus et illis casibus eam exerceat quam habet de jure et in quibus casibus eam exercet in canonicis et portionariis alicujus Ecclesiae suae sufraganeae cathedralis. Prior vero jurisditionem habeat in canonicis suis et portionariis quam habet Episcupus Diocaesamus in suis canonicis hoc excepto quod de gravioribus, quae depositionem vel suspentionem perpetuam exigunt cognoscat Archiepiscopus, et non Prior. In aliis autem clericis et lacis Vimaran. jurisditio quam hactenus habuit eidem Archiepiscupus non denegetur. Vocatus autem Prior Vimaranensis ad sinodum veniat Bracharam semel in anno colocandus in loco honorabili secundum providentiam Domini Archiepiscupi. Preterea procurationem canonicam quae ratione visitationis debetur semel in anno dicto Archiepiscupo exhibebit idem Prior in obtentione Archiepiscupi permanente utrum vellit hospitari intus in claustro vel in domo Prioris cum dictam procurationem receperit. Item quator capellae scillicet Ecclesia Sancti Pellagii, Santi Michaelis de Castello, Sante Eolaliae de Foramondães, Sancti Michaelis de Crexemir sint liberae a prestatione census, et respiciant plenarie Priori Vimaran. Pro duabus autem Capellis scilicet Santi Vincentii de Mascotellos Santi Petri de Azurei exsolvat Prior in Kallendis Maji sex aureos annuatim et non amplius. Hoc adjecto quod Ecclesia Vimaran. soluat tertiam partem de omnibus eidem rellitis in ultima voluntate ab omnibus ilis, qui non fuerint de Villa Vimaran. si autem civis Bracharen. apud Ecclesiam Vimaran. elejerit sepulturam vel aliquid eidem relliquerit medietas remaneat apud Ecclesiam Bracharen. et e converso idem juris servetur justa si Vimaran. Burgensis sepulturam elejerit apud Ecclesiam Bracharensem vel aliquid eidem legaverit. Promissum fuit etiam ex parte Prioris Vimaran. quod cum Burguensis Vimaranensis volluerit facere testamentum clerici Vimaran. qui presentes fuerint ortabuntur eum ut alliquid rellinquat tamquam matri suae Ecclesiae Bracharen. In Ecclesiis autem aliis extra Burgum in quibus Vimaran. Ecclesia jus obtinet patronatus habeat Archiepiscupus jura sua secundum quod hactenus habuit, et Prior presentet clericos in eis, et Archiepiscupus confirmet vel ejus Vicarius. Super restitutionem autem ablatorum facienda Priori et fa-

(1) *Peelio:* o rio Pelle. — *Cauto de Layas de Vermuim:* antigo Couto, que comprehendia as freguezias de Lanhas, hoje extincta, Airão e Oleiros.—*Sancte marie:* a egreja de Santa Maria d'Airão.—*Sancti pelagii:* a egreja de S. Paio de Lanhas, sede da freguezia hoje incorporada na antecedente, onde ha os casaes de S. Paio e de Lanhas. — *Sancti uicentii:* a egreja de S. Vicente d'Oleiros.

ctoribus suis et Ecclesiae Vimaran. ab Archiepiscupo hoc placuit inter partes ut Archiepiscupus interrogetur ut bona fide dicat verum, et ea quae recognoverit ad se pervenisse vel sua culpa fuisse deperdita restituat. Super his vero de quibus responderit sic bona fide dico quod haec non pervenerunt ad me nec perierunt culpa mea stetur verbo Archiepiscupi, ut non teneatur de eis. De aliis vero de quibus dubitaverit Archiepiscupus stetur juramento Prioris et Chantoris et Gundissalvus Gunssalvi canonici Vimaran. ita quod jurent in veritate sic esse. Siqua vero dicentur ad homines Archiepiscupi pervenisse vel eorum culpa deperisse exhibeat justitiam Archiepiscupus de hominibus illis. Actum fuit etiam ut canonici et alii clerici Vimaranenses tam factores Archiepiscupi quam Prioris ad prebendas et omnia beneficia sua quae tam in Ecclcsia Vimaran. quam alibi habebant restituerentur. Preterea actum est ut injuriae utrinque illatae remiterentur statim que presentes id humilliter impleverunt. Pro his autem quae superius scripta sunt ad implendis et observandis prestitit utraque pars in nostris manibus super sacra evangelia juramentum. Preterea actum fuit ut si Burguenses Vimaranenses in questione quam dicunt se habere contra Archiepiscupum Bracharensem non potuerint per se, vel per communes amicos concordare Prior et canonici Vimaran. sine offenssa Archiepiscupi jubent eos ita tamen quod in causa ipsa aliquam malitiam non procurent. Insuper de voluntati communi utranque partem ad hanc compositionem firmiter observandam pennes prefactos judices potestas cohercendi remansit. Facta fuit ista compositio ita apud Beneventum in Ecclesia Santi Petri sub era millessima ducentessima quinquegessima quarta mense octobris decimo Kallendas novembris, quae ut perpetuum robur obtineat eam sigillis nostris et Domini Archiepiscupi et Prioris Cappitullorum suorum facimus communiri.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Padroados*, fl. 265 v.º

CLXXX

Pactum compositionis de jure patronatus in Ecclesia de Ribas. *Ex apographo authentico saeculi XVIII descripsimus.*

1217

In nomine Domini nostri Jezus Christi amem. Notum sit omnibus tam presentibus quam posteris quod cum orta fuisset controuersia inter Domnum Didacum Priorem et capitullum Vimar. ex una parte, et Petrum Petri Perllatum Sancti Saluatoris de Ripis, et omnes clericos, et patronos ejusdem Ecclesiae ex altera super jure patronatus, et super jure elligendi Perllatum, et presentandi confirmandum in eadem Ecclesia quod idem Prior, et Capitullum dicebant ad se de jure pertinere, et etiam super quator casalibus, quae idem Prior, et Capitullum dicebant similiter ad eos de jure spectare ratione plasi quod fatum fuerat inter eos, et Domnam Ausindam Nunnis nobillem feminam, et etiam rationis longissimi temporis quo cuncta quae predicta sunt in pace possederant, et illis usi fuerant, et ex parte altera a jam dictis Perllato, clericis, et patronis omnibus proponeretur contra jam dictos Priorem, et Capitullum Vimar. quod predita femina non posset illis de jam dictis jure patronatus, et casallibus plasum facere quoniam eadem femina de predictis prius illis plasum fecerat: cumque hujusmodi negotium coram P., et A. Archidiaconum Aurien. a Domino Papa Ignocencio tercio santae memoriae judicibus delegatis Domino Aurienti Episcupo tertio cum judice se ex causa legitime excusante fuisset diutius ventillatum ita quod lite contestata idem dellegati receptionem testium ab utraque parte faciendam Cantori Magistro S., et A. coris canonicis Bracharensis subdellegacent intreuentum tandem Domini S. Brachar. Archiepiscupi eorundem que subdellegatorum re adhuc integra, et dubia existente de beneplacito utriusque partis tallis fuit inter eos amicabillis compositio uel transatio cellebrata, et in scriptis redacta, et per alphabetum in duas cartas diuisa quarum una perpetuo in Vimarensi Ecclesia seruari debet, et alia in Ecclesia de Ripis in memoriam posterorum. Renuntiauerunt utique predicti Prior et capitullum Vimar. juri patronatus siue juri elligendi Perllatum, et presentandi confirmandum quod a longis retro temporibus se dicebant ha-

buisse in predicta Ecclesia ratione plasi quod fecerant cum prefacta femina nomine A., et ex parte altera prefacti P. Petri Perllatus Sancti Saluatoris de Ripis et omnes clerici et patroni ejusdem Ecclesiae renuntiauerunt omni actioni, et juri quod se dicebant habere in prefactis quator casalibus quod simmilliter dicebant se habere ratione plasi quod dicebant se fecisse cum eadem femina priusquam Prior, et capitullum Vimar. Renuntiauerunt etiam omnibus literis, et instrumentis super hoc habitis, et habendis hoc excepto quod de illis casalibus prefacta Ecclesia haberet tantum decimas Deo debitas sicut eas habere hactenus consueuit Sed si forte de cetero predicti Prior, et Capitullum alliquam grangiam uel culturam, siue viniam uel arbores propis hominibus uel sumptibus de nouo plantauerint ibidem, uel fecerint nullas inde decimas predictae Ecclesiae soluere teneantur hanc itaque compositionem taliter factam utraque pars jurauit se perpetuo firmiter seruaturam; et si ex alterutra parte contra hoc ventum fuerit pectet alteri parti uel ei cui vocem suam dederit quingentos aureos puri auri compositione nichilominus in suo robore permanente. Facta fuit hec compositio apud Bracharam per manum Petri Pellagii publici taballionis et in scriptis redata Regnante Rege Domno Alffonso secundo, et Domno Sthephano existente Archiepiscupo atque presente multisque canonicis Bracharensis, et Vimaranensis aliisque clericis, et laicis presentibus quorum quedam nomina sunt inferius adnotata Era millessima ducentessima quinquessima quinta mense maij. Qui presentes fuerunt ex parte Ecclesiae de Ripis hii sunt. Vellascus Martini. Rodericus Martini. Martinus Gomesi. Martinus Joannis. Fernandus Mendi. Martinus Mendi. Martinus Mendi. Egeas Petri. Petrus Pexerius. Petrus Garciae. Mendus Petri procurator. alliorum multorum. Petrus testis. Joannes testis. Pellagius testis. Milites clerici et laici, et bonorum hominum; ex parte Vimar. Prior cum capitullo suo uniuerso. Gomesius de Rupella. Joannes Petri. Joannes Fernandi. Judex Domnus Ramirus. Pretor Domnus Martinus. Gunçalui laici Vimar. Archidiaconus magister Siluester. Magister Joannes thesaurarius. Capellanus Gartia Petri. Domnus Rubertus. Archidiaconus Martinus Martini Brachar. canonici.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *L.º das Transacções e Escambos,* fl. 189.

CLXXXI

Textus hic Regem D. Alfonsum II aera infrascripta fuisse Vimarane monstrat. (1)

1217

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Hec est carta de foro quam iussi fieri Ego Alfonsus dei gratia Port. Rex una cum vxore mea Regina domna Vrraca, et filiis meis Infantibus domno Sancio, et domno Alfonso, et domna Alionor, vobis populatoribus de Contrasta tam presentibus quam futuris ....

....

Facta fuit hec carta apud Vimaranes, XI.ª die Augusti Era M.ª CC.ª L.ª V.ª ....

Vide *Port. Mon. Hist., Leges et Consuet.,* pag. 570.

CLXXXII

Rex D. Alphonsus II Ecclesiae Vimaranensi immunitatem concedit. Ex apographo authentico saeculi XVIII hausimus.

1217

Affonsus Dei gratia Portugaliae Rex uniuersis de regno suo ad quos litere iste peruenerint salutem. sciatis quod auus meus excellentissime memorie Rex Donus Alfonsus fuit patronus ecclesie Sancte Marie de Vimaran. et multum amauit ipsam ecclesiam et Priorem et canonicos ipsius et amparauit et manu tenuit illos cum omnibus causis quas jam dicta ecclesia habebat in suo regno, et similiter Pater meus Rex Domnus Sancius fuit inde Patronus et multum dilexit ipsam et Priorem et canonicos ejusdem et amparauit illos cum suis causis quas in suo regno habebat ipsa ecclesia et similiter ego sum inde Patronus et amo multum ipsam ecclesiam et Priorem et Canonicos ipsius. et habeo grandem voluntatem amparandi illos cum totis suis causis quod supradicta ecclesia habet in meo regno. unde sciatis quod recipio

(1) A confirmação do foral de Ponte do Lima tambem foi feita em Guimarães pelo mesmo Rei e no mesmo mez e era acima referida, como se vê no vol. *Leg. et Consuet* citado, pag. 365.

in mea comenda et sub mea protectione ecclesiam Vimaran. et Priorem et Canonicos ipsius ecclesie cum suis hominibus et cum suis hereditatibus et cum quanto Vimaran. Ecclesia habet in toto meo regno. et pono talle cauptum omnibus illis qui ibi eis malefecerint pectauit michi quingentos marauitinos et eis emendauit ad plenum damnum quod illis fecerit, et insuper habebitur pro meo inimico. et ut illis melius possint amparare se et suas causas dedi eis istam meam cartam apertam meo plumbeo sigillo munitam. et fuit facta apud Vimaran. sexto die setembris rege mandante, era mil duzentos sincoenta e sinco.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro I dos Privilegios,* fl. 4 v.º).

CLXXXIII

Pactum venditionis domi in oppido Guimarães. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo condita est, unde eam describendam curavimus.*

1217

In dei nomine. hec est karta uendicionis et firmitudinis quam iussimus facere. Ego Domna Aragunti et filius meis Martinus petriz. Vobis Petro laurentij et uestro *socro (?)* johani petriz. De ipsa domo quam habemus in Vimaranis et habet iacenciam in rua de Gatis. inter domum de domna Dordia et ante fornum johanis petriz. Vendimus uobis ipsam domum cum suo Campo pro precio quod de uobis accepimus scilicet xxiij morabitinos. Quia nobis et uobis tantum placuit et de precio nichil remansit. habeatis igitur ex hac die ipsam domum cum suo Campo semper firmiter et qui uobis placuerit. Set si forte aliquis uenerit uel nos uenerimus qui hoc nostrum factum irrumpere uoluerit conponat uobis ipsam domum cum suo campo duplatam et quantum fuerit meliorata et cui uocem uestra dederitis pectet illi. d. solidos Et si nos in consilio auctorizare noluerimus uel non potuerimus similiter faciamus. facta karta apud vimaranis—xº—kalendas januarij. E.ª M.ª CC.ª L.ª V.ª per manus Martinj martiniz primi Tabellionis Vimaranis hoc signum apponentis. Deus est ueritas et qui diligit ueritatem diligit deum et deus illum +. Nos supranominatj qui hanc kartam facere iussimus coram bonis hominibus nostris manibus roboramus. Qui uiderunt fernandus petriz. Gunsaluus iohanis. Menendus palumbario pro testibus. Petrus johanes Johanes testis. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.,* maço 12, n.º 46.

CLXXXIV

D. Alphonsus II anniversarium in Ecclesia Vimaranensi fundat pro anima Gunsalvi Gunsalviz. Textum nobis suppeditavit Historia Genealogica, Provas, tomo 1.º, pag. 34.

1218

Ego Alphonsus Dei gratia Portugaliae Rex notum esse volo vniversis ad quos praesens scriptura pervenerit, quia illos morabitinos de Povos, quos ad opus Gunsalum Gunsaluiz feceram conservari volo dare Ecclesiae S.te Mariae de Vimaranis, ut inde sibi in quolibet anno faciant anniversarium, et si antequam morabitinos ipsos ibidem memori contingerit, dedi in mandatis meo Mayordomo, in meo cancelario, et illi qui tenuerit quartum librum de Recabedo mei Regni et meo Capelano, ut ipsi dent ibi pro suo anniversario, et propterea precepi fieri IIII quator cartas meo sigilo plumbeo munitas quarum tenet singulas omnes supra escripta quae fuerint facta apud Ulixbonam mense maii Era M. CC. LVI per mandatum meum.

CLXXXV

Textus hic Regem D. Alphonsum II aera infrascripta fuisse Vimaranem monstrat.

1218

A. dei gratia Portugalensis Rex. Vniversis de regno suo ad quos littere iste peruenerint, salutem..............................
....

(1) *Rua de gatis:* rua de Gatos, nome ainda hoje dado vulgarmente á rua de D. João I.

fuit facta apud Vimaranes, per mandatum meum, x.ª die Julii Era M.ª CC.ª L.ª UI.ª (1)

Vide *Port. Mon. Hist., Leges et Consuet.*, pag. 579.

CLXXXVI

Textus hi Regem D. Alphonsum II aera infrascripta fuisse Vimarane monstrant.

1219

Ego Alfonsus II^us^ dei gratia Port. Rex, una cum uxore mea Regina domna Vrraca, et filiis nostris infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domno Fernando et domna Alionor, roboro et confirmo uobis populatoribus de Marmelar cartam illam de foro................

....

Que fuit facta apud Vimarane III die aprilis. Sub Era M.ª CC.ª L.ª VII.ª..................

Vide *Port. Mon. Hist., Leges et Consuet.*, pag. 490.

*

Ego Alfonsus II.^us^ dei gratia Portugalensis Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca, et filiis nostris Infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domno Fernando et domna Alionor, roboro et confirmo uobis populatoribus de Bragancia cartam illam................

....

que fuit facta apud Vimarane IIII die Julii Era M.ª CC.ª L.ª VII.ª (2)......................

Vide *Ibidem*, pag. 464.

(1) Um outro exemplar do diploma de que extrahimos este texto, *Foral de Avis*, é datado de Coimbra.

(2) Dous outros exemplares d'este diploma são datados no mez d'abril.

CLXXXVII

Rex D. Alphonsus II donationem fundi in S. Miguel das Caldas *siti confirmat. Ex Publico Archivo chartam hanc describendam curavimus.*

1219

Ego alfonsus secundus dei gratia portugalie Rex una cum uxore mea Regina domna vrraca et filiis nostris infantibus domno Sancio et domno Alfonso. et domno fernando et domna alionor cartam illam cuius tenor in hac carta uerbo ad uerbum continetur, quam pater meus bone memorie Rex domnus Sancius fecit et concessit. Johani de caldas et uxori sue maiori petri de illo regalengo quod iacet sub sancto michaele de caldas. et uocatur cardos. roboro et confirmo. tibi maiori petriz et cunctis successoribus tuis. et donationem ipsam. firmam et ratam habeo quemadmodum dictus pater meus illam fecit. Et ut hec mea concessio et confirmatio in perpetuum firmum robur obtineant hanc cartam fieri precepi et meo sigillo plumbeo conmuniri. que fuit facta apud vimaranes XIIIJ die maij E.ª M.ª CC.ª L VIJ. Nos supra nominati qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa apponi fecimus — Qui affuerunt. Domnus martinus iohanis signifer domni regis confirmo Domnus petrus iohanis maiordomus curie confirmo Domnus Gundisaluus menediz confirmo Domnus Egidius ualasquis confirmo Domnus Rodericus menendiz confirmo Domnus Garsia menendiz confirmo Domnus valascus menendiz confirmo Domnus Petrus garsie confirmo Domnus martinus petri confirmo Domnus pontius alfonsi confirmo. Domnus Lopus alfonsi confirmo Domnus Sancius braccarensis archiepiscopus confirmo Domnus martinus portugalensis episcopus confirmo Domnus petrus colimbriensis episcopus confirmo Domnus suarius Vlixbonensis episcopus confirmo Domnus sancius Elborensis episcopus confirmo. Domnus pelagius Lamecensis episcopus confirmo Domnus bartholomeus visiensis episcopus confirmo. Domnus martinus Egitaniensis episcopus confirmo magister petrus cantor portugalensis testis vincencius menendiz testis. Petrus garsie testis. martinus petri testis petrus petri testis Johani-

nus testis Gunsaluus menendi cancellarius. Dominicus petri scripsit. (1)

Vide Arch. da T. do T., maço 12 de *Foraes antigos*, n.º 3, fl. 42.

CLXXXVIII

Pactum venditionis fundi in loco dicto Asperandei. Ex apographo authentico saeculi XVIII descripsimus.

1219

In christi nomine. Haec est carta venditionis et perpetuae firmitudinis quam jussimus facere ego Dordia Sarraris et Aragunta Sarraris vobis Domno Didaco Priori Vimar. et ejusdem capitullo de nostra hereditate propria quam habemus in Asperandei ex parte patris nostri, et matris nostrae, scilicet ex parte patris nostri duas octauas, et nostrum quenionem qui nobis pertinet de Maria Sarraris sorore nostra et ex parte matris nostrae scilicet duas septimas, et nostrum quenionem qui nobis pertinet ex parte Didaci Sarraris. Vendimus vobis ipsam hereditatem de monte in fontem per ubi illam potueritis inuenire pro pretio quod a vobis accepimus humdecim marauitinos cum sua robora de illis marauitinis quos Rex Domnus Alffonsus dedit Priori, et capitullo pro anniuersario Gunçalvi Gunçalvis tantum nobis et vobis placuit, et de pretio apud vos nichil remansit: habeatis igitur ex hac die ipsam hereditatem semper firmiter, et qui vobis placuerit. Sed si alliquis venerit vel nos venerimus qui hoc nostrum factum irrumpere volluerit componat vobis ipsam hereditatem duplatam, et quantum a vobis fuerit melliorata, et cui vocem vestram dederitis pectet illi quingentos solidos, et si nos in concillio autorisare nolluerimus vel nom potuerimus similliter faciamus. Facta carta apud Vimar. octauo die Augusti era millessima ducentessima quinquagessima septima per manus Martini Mendis mandante Martino Martinz primo taballione Vimar. hoc signum apponentis. Deus est veritas et qui diligit veritatem diligit Deum et Deus illum. + Nos supra nominatim qui hanc cartam facere jussimus coram bonis hominibus nostris manibus roboramus; qui viderunt Gomesius de Rochella. Joannes Petri. Martinus Pellagii. pro testibus Petrus. Paullus. Joannes testes. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *L.º dos Cont.*, *Posses e Comp.*, fl. 283 v.º

CLXXXIX

Pactum venditionis fundi in parochiis Sancti Pelagii de Guimarães *et Sancti Petri* de Azurey.

1219

In Dei nomine. Haec est carta venditionis... jussi facere Ego Godinus Pellagii Cambitus vobis Domno Didaco Priori Vimar. et ejusdem Ecclesiae capitullo et cunctis successoribus... de ipso casalli quem ganauit socer meus Martinus Petri de Petro Julliani scilicet in Sezufe, et de alia hereditate quam Ego Godinus Pellagii comparaui, et ganaui cum uxore mea Mayori Martinis tanquam de illa quam sine uxore mea comparaui scilicet in freguezia Sancti Pellagii et Sancti Petri de Azurei in preposto, et in Sezufe, et ubicumque eam inueneritis in istis terminis tam ingenuam quam regallengam: Vendo vobis totam ipsam hereditatem tam ingenuam quam regallengam per ubi eam potueritis inuenire de monte in fontem pro pretio quod a uobis accepi quadraginta marauitinos tantum michi, et vobis placuit, et de pretio apud vos nichil remansit; Habeatis igitur ex hac die ipsam hereditatem semper firmiter. Sed si aliquis homo venerit tam de filiis meis quam de extraneis qui hoc meum factum irrumpere volluerit componat vobis ipsam hereditatem du-

---

(1) *Cardos:* desconhecido. Será o lugar denominado Cardoso nas proximidades da egreja parochial de S. Miguel das Caldas?

Este documento é um registo, sendo provavel que no original estivesse simplesmente um S. na assignatura dos confirmantes arcebispo de Braga e bispos d'Evora e Lisboa, que n'esta epocha eram respectivamente *Stephanus* e *Suerius* e não *Sancius* como interpretou o copista.

(1) *Asperandei:* Esplendens, lugar da freguezia de Guardizella.

platam, et quantum fuerit melliorata et cui vocem vestram dederitis pectet illi mille solidos. Concedio etiam e mando firmiter quod si alliquis ex filliis meis voluerit venire contra hanc hereditatem quam vobis vendo vos veniatis ad omnia bona mea quae odie possideo, et filli mei vel allii qui habuerint ista bona mea defendant vobis supradictam hereditatem sciendum est quod nos comparauimus hanc hereditatem in marauitinis quos Rex Domnus Alffonsus dedit uobis pro anniuersario Gunçalui Gunçalui. Facta carta apud Vimar. octaua die augusti, era millessima ducentessima quinquagessima septima per manus Martini Mendis mandante Martino Martinis primo tabellione Vimar. hoc signum apponentis Deus est veritas, et qui diligit veritatem diligit Deum, et Deus illum. Ego supranominatus Godinus Pellagii qui hanc cartam facere jussi coram bonis hominibus meis manibus roboro. Nos fillii venditoris Elvira Godinis, et Marcus Martinis, Laurentius Gualter, et Petrus Godinis, et Tharasia Godinis hanc cartam concessimus, et propis manibus roboramus. qui viderunt Menendus Martinis, Gunçaluus Gunçaluis, Martinus Martinis, Pellagius Ozoris, pro testibus. Petrus. Paullus. Joannes testes. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Contractos, Posses e Compras*, fl. 281 v.º

CXC

Cartas regias de protecção e immunidades concedidas ao mosteiro da Costa.

1219

El Rey dom Afonso per graça de deus Rey de puurtugal ao alcaide E a gomçalo de Rupela e ao juiz de guimaraes e tabaliam saude.

Sabede que o prioll da costa me fez quejxume dos moordomos De faão que lhe demandauam foro das casas que sam feitas em sua erdade onde eu me marauilho por que vos sofres porque gomçalo de Rupela e fernam fernandez meu porteiro de faão me diseram que o foro de fão todo he huum ho quall foro tem hy minhas erdades tall tem as suas E o prior todo foro e seruiço de seus homeens tem jnteiro e nenhuma cousa nom tem hij os meus moordomos per direito nem deuem dauer e por tamto vos mando que o prior e os seus homeens quanto proueito poderem aver ou fazer em sua erdade façam e nenhum nom seja ousado Inpidilos. E mando que eyra nom façam na erdade do prior comtra sua vomtade e tambem mando a vos alcaide e a gomçalo de Rupela que vades a sousa e a monte lomguo e a barrosas e a outros lugares que vos diser o prior e Reçebede esas erdades sob mynha defemsam e sob meu couto e emparo por que por cartas uelhas que o prioll tem de meus avoos e de meu padre me mostrou e acheij esas sobreditas por liures e omrradas e Isemtas dos comcelhos sem foro e por esas julgues ao moesteiro e o tinhaees asy emparado e defeso que contra os fidalgos e caualleiros e comtra moordomos e porteiros e todos homeens que nenhum hij mall posa faser e se alguum tam ousado por que hy mall faça vos tiray loguo pera mijm o meu emcouto E emuiay me loguo vosa carta e Eu emmendarey todo que nunca daquij avante me venha queijxume. Dada em coinbra deyo decimo kalendas de janeiro el Reij o mandou polos juizes.

Dom afonso per graça de deus Reij de puurtugall ao alcaide e a gomçalo de Rupela e ao juiz de guimaraes e a todos de meu Reino aos que esta carta for mostrada saude vos sabedes que o meu avoo da muito eicelente memorea el Reij dom afonso padroeiro do moesteiro da costa e sabees que muito amou ese moesteiro e o emparou e o teue sob sua pertençom e seo prior e conegos de meu moesteiro com todalas suas que o prior e conegos e moesteiro tinham e semelhauelmente meu padre da nobre memoria Reij dom sancho foy jso mesmo padroeiro e amou e emparou ese moesteiro e o prior e conegos com todalas suas cousas as quaees tinham em seu Regnno e sabe que eu semelhauelmente sam tambem padroeiro pollo quall sam obrigado de o amar e emparar o sobre dito moesteiro da costa e o prior e conegos do mesmo moesteiro e os defender com todas suas cousas que em meu Reino tem onde sabe que eu Reçebo em mynha emcomenda e sob mynha

---

(1) *Sancti Pellagii et Azurei*: as freguezias de S. Paio de Guimarães e S. Pedro d'Azurey, limitrophes.— *Preposto*: veja-se a nota ao doc. n.º CLXI. — *Sesufe*: veja-se a nota ao doc. n.º LXXXV.

Defensam Ese moesteiro da costa e prior e conegos do mesmo moesteiro com seus homeens e com todas suas erdades e com quanto tem em meu Regnno E ponhò hy tall emcouto e penna que quallquer que lhes mall fezer ou aos seus homeens ou Em todlas outras suas cousas peijtara a mym quinhentos marauidis e a eles emmendara em cheo o dapnno que a eles fezerem e sobre todos sera avido por meu jmiguo e sabede que o prioll me fez queyxume dos moordomos de momte llomguo e de gomçalo samchez que lhe demanda Regemgos negados e o prioll me dise que numca foram perdidos em os dias de meu padre E eu me marauilho porque Rasam vos sofres taees cousas por que vos bem sabees que quamto tem o moesteiro todo he meu pollo quall vos mando que asy destas cousas como das outras que vos diser o prior vaades ao Registo e jmquiriçam que mandeij *sabeer* ? polos boons homeens E em que maneira achardes E asy fazeye estar ho moesteiro emtregue de todo o seu direito asy como ja mais melhor esteue em dias de meu padre E tambem vos diguo que o prior me mostrou cartas seladas de meu paij que as erdades de momte llomguo era liure e sem foro e vasco martins e pero pirez que foy juiz diseram dyamte mym que esa erdade era omrrada e nam emtrauam hy moordomo nem peitaua penna alguuma de direito por calunea a saber por maleficio que cometese asy como samge E armas e dom payo prelado de sam geenz que he homem velho açerca de çemto annos E garçia mouro caualleiro per mandado do senhor Rey dom samcho enquereram sobre esa erdade E acharam na por liure pola quall cousa Eu el Rey dom afonso mando que sempre seja liure firmemente mando ao alcaide e justiça de guimaraes e a gomçalo de Rupela e ao juiz que eles tomem em emcomenda ese moesteiro com quanto tem e o tenham asy todo emparado e defeso que nom posa hy alguem mall fazer em tall maneira que se me nom venham por jso agrauar. E se hy alguum mall fezer mando que eses polo meu porteiro de guimarães façam sacar o meu emcouto e ao prior todo danno emmendar E mais vos diguo que por esta mynha carta e polas que tem de meu padre seladas julges o moesteiro e sabee que tenho de vos gram queixume por que sofres aos cavaleiros tomar em suas erdades pam nem outra cousa comtra vomtade do prior e pera ver em que maneira o fazees por meu mandado dej esta carta mynha aberta a ese moesteiro que foy feyta em guimarães terçeo calendas de setembro per mandado del Rey era de mill e ij^c l b ij.

CXCI

Charta D. Alphonsi II de hereditate non regalenga in Asorey. *Ex Publico Archivo describendam curavimus.*

1219

Alffonsus dej gratia portugalie Rex Vniuerssis de Regno suo ad quod litere iste peruenerint salutem noueritis que cum ego fecissem inquiri omnes Regalengos apud vimaren. accepit Tarasie petri quandam partem de suo baçello quare dictum fuerat mihi quod erat meum Regalengum jpsam uero dixit quare in diebus patris mey jam fuerat inquisita jpsa hereditas et inuenerit quam non erat Regalenga set erat sua libera. et quod ista inquisicio facta fuerat per domnum didacum priorem vimaren. et per suarium petri judicem et per nunum petri et per bernardum simeonis Et quare constitit michi per dictum priorem et per suarium petri et per valascum martini que de mandato patris mei dixerat priori et alijs supra nominatis quod illam inquisicionem facerent de illo canpo quod aliter illa hereditas fuerat inquisita et quod inuenerant eam liberam et non Regalengam dimisi ei ipsam hereditatem sicut diuidit per quendam lapidem qui ibi stat descendendo uerssus riuulum ipsum de Esorey Et conçedo quod habeat ipsam hereditatem liberam et in pace. Et mando quod nullus inpediat ei illam. Et propter hoc dedi ei istam meam cartam apertam meo sigillo plunbeo munitam que fuit facta apud vimaren. Vltima dia Septembris per mandatum meum. Era millesima ducentesima septima qui presentes fuerunt domnus p. iohanis maiordomus curie domnus Gonsallus menendj cancellarius petrus garssie Repositarius fernandus petri caballarius petrus saluatoris domnus matheus johanes dominici. Dominicus

petri magister saluator magister johanes raolis magister villelmus. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Chancellaria de D. Diniz*, L.º III, fl. 159.

CXCII

Charta donationis fundi in oppido Guimarães. *Ex Publico Archivo describendam curavimus.*

1219

In dei nomine. hec est carta donationis et perpetue firmitudinis quam iussi fieri Ego Alfonsus dei gratia portugalie Rex una cum uxore mea Regina domna vrraca et filiis nostris infantibus domno Sancius et domno alfonsus et domno fernando et domna alionor tibi Gunsaluo petri meo falconario de uno nostro terreno quod habuimus in vimaranes circa nostram carnecariam Ipsum terrenum tibi et cunctis successoribus tuis concedimus iure hereditario in perpetuum habendum atque possidendum. Et condimus ut faciatis de illo quidquid uobis placuerit tamquam de uestra propria hereditate. hoc autem facimus pro amore dei et beate uirginis marie et pro multo seruicio quod tu Gunsalue petri nobis fecisti et facis Quicumque igitur hoc factum nostrum tibi et successoribus tuis integram obseruauerit sit benedictum a deo amen. Qui uero illud infringere attemptauerit iram dei omnipotentis incurrat. et quidquid ipse fecerit successor eius totum in irritum deducat. facta fuit hec carta mense februarii apud vimaranes. E.ª M.ª CC.ª LVIJ. Nos supranominati qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa apponi fecimus Qui affuerunt — Domnus martinus iohanis signifer domni regis. confirmo Domnus petrus johanis maiordomus curie confirmo Domnus Gunsalus menendiz confirmo Domnus Rodericus menendiz confirmo Domnus Garsia menenendiz confirmo Domnus valascus menendiz confirmo Domnus petrus garsie confirmo Domnus martinus petri confirmo. Domnus Egidius ualasquiz confirmo Domnus pontius alfonsi confirmo Domnus Sancius bracarensis archiepiscopus confirmo. Domnus martinus portugalensis episcopus confirmo. Domnus petrus Colimbriensis episcopus confirmo—Domnus Sancius Vlixbonensis episcopus confirmo—Domnus Sancius Elborensis episcopus confirmo—Domnus petrus Lamecensis episcopus confirmo—Domnus bartholameus visiensis episcopus confirmo Domnus martinus Egitaniensis episcopus confirmo magister pelagius cantor portugalensis testis vincentius menendiz testis—martinus petri testis—petrus petri testis—petrus garsie testis—Johaninus testis—Suerius Stephani testis—Gunsaluus menendiz cancellarius—Dominicus petri scripsit. (1)

Vide Arch. da T. do T., maço 12 de *Foraes Antigos*, n.º 3, fl. 42.

(1) Este documento acha-se inserido n'uma Carta de confirmação de D. Diniz, dada em Lisboa a 13 de agosto da Era de 1362 (Ch. 1324). N'esta confirmação se declara ser passado pelo avô d'este Rei, D. Affonso. A data é pois Era de 1257 e não 1207 como por equivoco se lê.

Riuulum de Esorey: regato do Bom Nome, que passa sob a ponte de Santa Luzia.

CXCIII

Vimaranenses pro rege D. Alphonso II adversus Archiepiscopum Bracharensem pugnant. Ex Bulla Honorii III Papae hunc textum, qui nobis suppeditavit Monarchia Lusitana, tomo 4.º, pag. 269, *descripsimus.*

1219

Honorius, etc. Illustri Regi Portugaliae.... Sed quod graviter ferimus... non solum... verum... contra praedictum Archiepiscopum... et ad Ecclesiam suam sathanae satellites, videlicet S. Suareij. M. Gunsalui milites R. Iudicem. M. Stephani, et J. Petri, et concilium Vimaren. destinans cellaria, et alia bona eius post appellationem ad Sedem Apostolicam interpositam, per eos non sine nota forsitan sacrilegij occupasti. Propter quod, et in eos idem Archiepiscopus excomunicationis sententiam promulgauit. Nec his contentus ut ex ascendente superbia tua.... Ejusdem Archiepiscopi vineas, et arbores non solum succidi sed eradicari faciens et comburi....................

(1) Por lapso este documento não foi paginado no lugar d'ordem, que lhe cabia n'este anno—1219.

Veja-se o segundo periodo da nota ao doc. numero CLXXXVII.

. . . .
Datum Laterani xj. Calend. jan. Pontificatus nostri anno quinto, etc. (1)

CXCIV

Inquisitiones Regis D. Alphonsi II.

1220

HEC SUNT INQUISITIONES DE REGALENGIS DE TERMINO VIMARANENSI ET DE ALIIS JUDICATIBUS INFERIUS SCRIPTIS, QUAS FECERUNT ABBAS SANCTI TIRSI, ABBAS POLUMBARII, ET PRIOR VIMARANENSIS, ET PRIOR DE COSTA, ET PRIOR SANCTI TORQUATI, ET GOMECIUS DE RUPELLA, ET MAGISTER MENENDUS FRATER COSTENSIS, ET JUDEX RAMIRUS PETRI, ET JOHANNES PETRI VILLANUS, ET FERNANDUS DOMINICI, ET MARTINUS STEPHANI, ET TABELLIO MARTINUS MARTINI, PER MANDATUM DOMINI REGIS ALFONSI, FILII DOMINI REGIS SANCII, ET FUERUNT FACTE IN MENSE AUGUSTI SUB ERA M.ª CC.ª L.ª VIII.ª (2)

(1) Esta bulla dada em 1221 relata os factos passados em 1219 conforme se pode verificar na *Hist. de Port.*, por A. Herculano, tomo II, pag. 227 da 4.ª edição.

(2) Esta rubrica inicial é conservada na segunda e terceira divisão das Inquirições, sendo omittida na quarta, com as seguintes modificações: na segunda em vez de **Regalengis** lê-se: **Foris**, na terceira é a mesma palavra substituida pelas seguintes: **ecclesiis Archiepiscopatus Bracharensis, de quibus dominus Rex est patronus vel non.**

Collocamos as freguezias pela ordem alphabetica dos appellidos por que hoje são conhecidas e em cada freguezia quanto lhe diz respeito e pela ordem das quatro divisões em que se encontra nos *Port. Mon. Hist.*, a saber: — Reguengos — Foros — Padroados — Bens das Ordens —, que respectivamente vão designadas no texto com os numeros 1, 2, 3 e 4.

Os nomes actuaes precedem em normando cada uma das freguezias.

As freguezias até á de Xisto, inclusive, estão descriptas no termo de Guimarães e n'elle comprehendidas.

Na 2.ª, 3.ª e 4.ª divisão omittimos os nomes das testemunhas, que depozeram; vão inscriptas na primeira e, sendo sempre as mesmas, é inutil a repetição dos nomes.

Julgamos este plano que adoptamos de maior facilidade para a consulta dos estudiosos.

Abbação — S. Christovão d'

1 — De parrochia Sancti Christofori de Avezam. Gomez Garcie prelatus, et Arbote, Martinus Menendi, Petrus Grilo, Pelagius Johannis, laici, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi duo casalia, et est unum depopulatum, et dant inde terciam partem panis et medium vini: et dant de uno directuras. Habet eciam ibi quasdam leiras, de quibus dant terciam. — Interrogati si aliquid ibi erat negatum domino Regi, dixerunt: non.

2 — jurati dixerunt quod dominus Rex non habet ibi nullum forum, preter vocem et calumpniam quod pectant ei.

3 — jurati dixerunt quod dominus Rex nón est patronus istius ecclesie.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et j. casale. Et habet ibi Hospital de Lezia j. casale. Et ecclesia Sancti Georgii habet ibi quosdam campos.

Vide *Port. Mon. Hist.*, *Inquisitiones*, pag. 1, 75, 169 e 211.

Abbação — S. Thomé d'

1 — De parrochia Sancti Thome de Avezam. Petrus monacus prelatus, et Fernandus Gomiz, Petrus Fernandi, Johannes de Carvalio, Gunsalvus Menendi, Pelagius Cuviliana, Petrus Gomez, Petrus Gunsalvi, Pelagius Maurus, Gunsalvus (1), laici, jurati dixerunt quod Rex habet ibi vj. casalia, et est inde unum depopulatum, et dant terciam panis et medium vini: pro directuris singulos bragales et singulas spatulas et singulos cabritos. Habet eciam ibi aliud casale, quod tenet Rodericus Suerii, et dant terciam panis et medium vini: pro directuris ij. bragalia. Sunt eciam ibi quidam castinarii unde dant ij. franganos. Habet eciam ibi alias leiras, de quibus dant terciam panis. Et de alia leira, quam tenet hereditas Hospitalis, dant unam teeigam de pane et quarta de vino. — Interrogati si aliquid ibi erat negatum domino Regi, dixerunt: non.

2 — jurati dixerunt quod de iiij.or casalibus et de una cervizaria, quod dominus Rex ibi habet, dant ibi pro foro ij. ij. frangaos et iiij. iiij. cubitos de bracali Maiordomo, preter de cervi-

(1) Nas restantes divisões lê-se Gunsalvinus.

zaria, quod non dant ipsos iiij. cubitos, et pectant vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et j. casale. Et Monasterium Sancte Crucis de Colimbrie iij. casalia minus tercia. Et Hospital ij. casas unde dant vj. cubitos de bracali. Et Sancta Eufemia de Fiiz j. casale medium.

Vide *Ibidem,* pag. 1, 75, 169 e 211.

Agrella — Santa Christina d'

1 — De Sancta Christina de Agrela. Petrus Fafiaz abbas, Pelagius Menendi, Martinus Pelagii, Cativus, Petrus Calvus, Petrus Gomez, Johannes Johannis, Menendus Gomez, Petrus Johannis, Michael Venegas, Menendus Deveso, jurati dixerunt quod dominus Rex habet iiij^{or}. leiras regalengas, et dant inde terciam. Et de aliis Regalengis qui jacent in Monte de Lauredo dant sextam in porcione.

2 — jurati dixerunt quod de ista collatione dant Regi pro censuria: de casali de Cidi x. taligas per stiva. De hereditate de Quintas ij quartarios et almude. De Luzo Sueriz et de Chiquas v. taligas. De hereditate de Donas ij. quartarios. De hereditate de Petro Pitao j. sextarium. De Guntinos iij. taligas. De Joanne Pivida j. taligam. De Ansuros j. sextarium, et pro fugaza j. taligam. De Gueleiros iij. taligas. Pelagius Sueriz cum suis fratribus taligam minus tercia. De casali de Menendo cativo vij. taligas. Ex habet ibi duas focarias unde dant ij. spatulas, et si habuerint capras dabunt ij. cabritos, et lectones similiter, et j. taligam per quaira pro fugaza, et est ibi pausa Maiordomis. De Alvito Ramiriz xj. taligas per stiva. Cativus et Maria Vermuiz iij. quartarios per stiva, et. j. taligam per quaira pro fugaza. De hereditate de Guntiriguiz v. taligas per stiva et j. taligam per quaira pro fugaza. De casali de Outeiro iij. quartarios per stiva et j. taligam per quaira pro fugaza. De Petro Diaz de Erosa iij. almudes. Pelagius Malus j. almude. Taravelas j. almude. De hereditate Sancti Juliani v. almudes. De Avoin iij. alqueires. De hereditate do Carreiro de Petro de Eiz et de Godino Luz iij. sextarios. De una figueira et de casa j. taligam. De Petro Ooriguiz de Castelanis j. taligam. De quodam castinario j. frangao x. ovos pro terradigo. De quadam leira de Oudenga j. gallinam x. ovos. De Guntirigos quot focos ibi fuerint tantas spatulas debent dare, et tantos cabritos si habuerint capras, et tantos lectones si porcas habuerint. De Mamelas j. taligam per stiva. De hereditate de Petro Gilmiriz j. taligam per quaira pro fugaza. De Petro Fafiaz et de Cativo j. taligam per quaira pro fugaza. De casali de Alvito Ramiriz j. taligam per quaira pro fugaza. De hereditate de Mamelas j. spatulam et cabritum et lectom. De hereditate de Cativo j. spatulam et cabritum et lectom. De hereditate de Outeiro similiter. De hereditate de Ausenda similiter. De hereditate de Petro Gomiz j. gallinam et cabrito et lectom. Et in ipsis casalibus unde dant censuriam, quot focos ibi fecerint de omnibus debent dare singulas spatulas, et singulos cabritos si habuerint capras, et singulos lectones si habuerint porcas, preter duos formales de casalibus qui fuerunt de Godino Luz et de Alvito Ramiriz. De hereditate de Donas dant pro fossadeira j. bracale medium. Et de Taravelas j. bracale, et vocem et calumpniam. Et ista villa habet pro foro quod nullus debet ibi comparare nec gaanare hereditatem nisi dominus Rex et forarii qui ibi sunt.

3 — jurati dixerunt quod dominus Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et habet ibi Hospital quasdam leiras. Et fratres Elbore j. quintana que erat regalenga.

Vide *Ibidem,* pag. 5, 78, 171 e 213. (1)

Aldão — S. Mamede d'

1 — De heremita Sancti Mametis de Aldam. Johannes Vimaranes cappelanus, Pelagius Petri, Johannes Pelagii, Menendus Filius, Menendus Ovequiz, Petrus molneiro, et Pelagius Pelagiz, jurati dixerunt quod Rex habet ibi ij. casalia, et est inde unum heremum, et dant de illis terciam panis et medium vini; et de uno dant pro directuris j. lenzo, et j. sextarium de tritico per quaira, et ij. capones, et spatulam cum castaneis, et cabritum et caseum, et tenet illud filius de Johannes Didaci de Frectas; et de alio dant spatulam et cabritum, et tenet illud Stephanus Menendiz de Monte Nigro. Habet ibi eciam Rex campos et vineas, unde dant

---

(1) Esta freguezia pertence hoje ao concelho de Fafe.

terciam panis et medium vini, et bonas devesas regalengas.

2 — jurati dixerunt quod in ista collatione pectant Regi vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus, sed Sancta Maria de Vimaranes.

4 — jurati dixerunt quod ista heremita habet unam parvam senariam. Ecclesia Sancte Marie Vimaranensis habet ibi j. casale.

Vide *Ibidem*, pag. 14, 84, 173 e 216.

Arões — Santa Christina d'

1 — De Sancta Christina de Aronis. Pelagius Vilar abbas, Petrus Menendiz, Petrus Petri, Gunsalvus Pelagii, Johannes Martiniz, Garcia Menendiz, Johannes Ordoniz, Petrus Pilitarii, Johannes Gunsalvi, Johannes Johannis, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi ij. casalia, et dant inde terciam panis et lini, et medium vini; et pro directuris ij. spatulas cum j. sextario de centeno, et j. quarta de vino, et ij. cestas de castaneis, et j. bracale, et iiij. gallinas cum xxx. ovos, et ij. cabritos, et ij. taligas de fugacis. Habet ibi Rex quasdam leiras, unde dant terciam panis; et pro directuris j. gallina, v. ovos. Et istud tenet domnus Duram.

2 — jurati dixerunt quod de ista collatione dant Regi pro fossadeira ix. cubitos minus ij. quintas de viij. cubitos, et j. quadrazil, et j. almude de vino. Et pectant vocem et calumpniam et dant luctosam.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et iij. casalia. Et Hospital j. casale.

Vide *Ibidem*, pag. 11, 83, 172 e 215. (1)

Arões — S. Romão d'

1 — De Sancto Romano de Aronis. Gomecius Martiniz abbas, Petrus Johannis, Bragal, Petrus Pelagii, Pelagius Pelagii, Petrus Menendi, Johannes Pelagii, Petrus Petri, Petrus Menendiz, jurati dixerunt quod Rex habet ibi quosdam Regalengos, unde dant terciam.

2 — jurati dixerunt quod in ista collatione sunt ij. casalia in Requexo et unus in Ferreiros, unde dant Regi iij. spatulas, et iij. cabritos, et tres taligas de centeo pro fogaciis, et singulos dies de domaa pro geira; et dant pro fossadeira v. bracales de viij. cubitos, et terciam de j. cubito. De hereditate de Martino Gunsalvi de Nogueira j. bracale. De casali de domno Alvino, quod jacet super casal de Nogueira, j. bracale et j. quadrazil. De hereditate de Petro Menendi et de Nuno Menendi de Astrufaes j. bracale. De hereditate de Gunsalvo Pelagiz et de suis germanis de Oleiros j. quadrazil minus terciam. De hereditate de Petro Menendiz de Sobaco cum sua germanitate dant Maiordomo ij. quadraziles minus tercia. Et herdadores debent dare luctosam. Et pectant ibi vocem et calumpniam. Et Prestamarius debet pausare in casa sui Maiordomi.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et xij. casalia. Et Monasterium de Refloriis habet ibi v. casalia. Et Hospital iij. casalia. Monasterium de Caramaris j. casale. Monasterium de Palumbeiro nonam partem unius casalis. Sancta Maria Vimaranensis ij. casalia.

Vide *Ibidem*, pag. 11, 83, 172 e 215. (1)

Atães — Santa Maria d'

1 — De Sancta Maria de Atanes. Martinus Menendiz abbas, Petrus Gunsalvi, Johannes Pelagii, Menendus Sueriz, Menendus Johannis, Dominicus, Martinus Gunsalvi, Johannes Menendiz, Menendus Martiniz, Johannes Gomiz, jurati dixerunt quod de ista collatione dant Regi pro fossadeira iiij. bracales et j. cubitum quarta, et viij. denarios. Et habet ibi Rex vocem et calumpniam cum monasterio de Costa per medietatem.

2 — jurati dixerunt quod Rex habet ibi quandam parvam vineam, et laborant illam de ista ecclesia: dant inde medium vini. Et est ibi alia leira regalenga, de qua dant terciam.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et Monasterium de Costa habet ibi xij. casalia et alias entradas.

Vide *Ibidem*, pag. 14, 85, 174 e 216.

---

(1) Esta freguezia pertence hoje ao concelho de Fafe.

(1) Esta freguezia pertence hoje ao concelho de Fafe.

Azurey — S. Pedro d'

1 — De Sancto Petro de Asorei. Petrus Petri capellanus, Peainus, Domnus Laurencius, Petrus Menendiz, Johannes Pelagii, Domnus Dominicus, Pelagius Menendiz, Pelagius Petri, Johannes Martini, Johannes Petri, Johannes Menendiz, Didacus Petri, Menendus Menendiz, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi in Asorei v. casalia, et tenet inde unum Gomecius de Rupella in prestimonio, et pretor Vimaranensis tenet alios iij. casalia quia sunt prestimonium de castello Vimaranensi. Et de uno ex istis casalibus, qui habet Bernaldus Simoiz, dant pro directuris ij. bracales, et pro fugacis j. sextarium tritici, et spatulam cum vino et castaneis, et j. capom, x. ovos, et j. frangao, et cordeirum album, et caseum cum manteiga et cum ovis, et lectom si habuerit illum. Et de casali qui tenet Gomecius de Rochela dant pro directuris ij. bracales, et pro fugacis iij. almudes tritici, et spatulam cum vino, et cordeirum album, et caseum cum manteiga et cum ovis, et lectonem, et ij. capones cum xx. ovis, et pernam de carneiro. Et de casali de Patecaras dant spatulam. Et de casali de Gradinas dant spatulam cum vino et castaneis, et cabrito et lectom. Et de Quintana dominus Rex Alfonsus, avus istius Regis, fecit cartam Menendo Malo ut habuisset illam per forum de Creiximir, et postea accepit ipsam Quintanam et misit eam in Regalengo. Et Maior Menendi, filia ipsius Menendi Mali, fuit ad dominum Regem Sancium, et ostendit ei cartam quam fecerat pater suus dominus Rex Alfonsus, et octorgavit ei terciam ipsius Quintane, quia tantum etat suam portionem, et dat inde terciam de j. spatula et de cabrito; et de aliis duabus partibus dant ij. bracales, et ij. capones, xx. ova, et j. sextarium tritici, et spatulam cum vino, et cordeirum album, et caseum cum ovis et cum manteiga, et lectom. Habet ibi eciam unum casale, et dicit prior Vimaranensis quod dominus Rex Sancius dedit illum Sancte Marie de Vimaranes pro illuminare inde unam lampadam ante altare pro sua anima. Habet ibi eciam Rex alios campos, unde dant terciam panis. Et unus campus, qui est de termino de Cezil, dat illum Maiordomus cui vult pro sua offretione, et dant inde terciam panis. In Pausada habet Rex unum casale, et dant inde terciam panis et medium vini; et pro directura j. bracale, et caponem, x. ova, et pro fugaça vj. denarios, et spatulam, et cabritum, et caseum, et lectom. Habet eciam ibi alios Regalengos, unde dant terciam panis et medium vini, et bonas devesas regalengas. In Cezil habet eciam Rex iij. casalia, et dant inde terciam panis et vini, et in paucis locis medium vini; et dant pro directuris singulos solidos pro bracalibus, et singulos capones cum x. x. ovis, et pro fugacis vj. vj. denarios, et singulas spatulas, et de duobus ij. cordeiros albos, et de altero unum cabritum, et quocienscunque peperit porca dabit lecticam, et singulos caseos. Habet eciam ibi bonas devesas regalengas. Et istum Regalengum de Cezil et de Pausada tenet magister Menendus in prestimonio.

2 — jurati dixerunt quod de ista collatione dant Regi de casali de Pausada et de casalibus de Cezil singulos quartarios de pane et singulos puzales de vino pro eiradigo, et dant luctosam, et ducunt panem et vinum ad cellarium domini sui in Vimaranis. Et de vinea de Moreira dant j. puzalem pro eiradiga. Et de campo de Lagona et de Pumarelo dant j. quartarium pro eiradigo. Et in casali qui tenet Gomez de Rochella debent facere boronas pro a canibus domini Regis, et quando eas fecerint debent eis dare portionem de domo Regis. Et pectant ibi vocem et calumpniam. Et de omnibus casalibus regalenguis qui sunt in ista collatione dant inde unusquisque singulos dies ebdomade pro geira, et dant luctosam.

3 — jurati dixerunt quod dominus Rex non est patronus, sed ecclesia Sancte Marie Vimaranensis.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et ecclesia Sancte Marie Vimaranensis habet ibi vij. casalia. Et Monasterium de Costa j. casale. Sanctus Jacobus medium casale.

Vide *Ibidem*, pag. 9, 82, 172 e 215.

Balazar — Salvador de

1 — De Sancto Salvatore de Belsare et de Sancta Maria de Pausada. Johannes Petri, Gunsalvus Petri prelati, Pelagius Pelagii, Martinus Menendiz, Petrus Menendiz, Petrus Pelagii, Johannes Petri, Gunsalvus Pelagii, Martinus Laurentii, Dominicus Gunsalvi, jurati propter freeguisias quod habebant insimul dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

2 — jurati propter friguisias quas habebant

insimul dixerunt quod dominus Rex habet ibi vocem et calumpniam. Et in uno casali quod habet ibi monasterium de Loomar debet Prestamarius pausare.

3 — jurati dixerunt quod non est patronus. Et hoc juraverunt propter quod habebant freguisias insimul.

4 — jurati propter friiguizias quas habebant insimul, dixerunt quod iste ecclesie habent senarias. Et Monasterium de Loomar habet ibi j. casale. Et Monasterium de Sandi iij. casalia medium, et unam granchiam. Ecclesia de Villa Nova iij. casalia et senaras de vineis. Sancta Christina j. casale. Hospital ij. casalia quarta.

Vide *Ibidem*, pag. 3, 77, 170 e 212. (1)

Barco — S. Claudio do

1 — De Sancto Croio de Ripa Ave. Pelagius monacus abbas, Petrus Pelagiz, Pelagius Fromariguiz, Petrus Osevis, Arteirus, Johannes Fromariguiz, Johannes Johannis, Petrus Menendiz, Menendus Fromariguiz, Benedictus, jurati dixerunt quod dominus Rex non habet ibi Regalengum.

2 — jurati dixerunt quod de ista collatione dant Regi pro fossadeira: de casali de Suerio Longo v. cubitos. De hereditate de Petro Oseviz quartam de bracali. De hereditate de Petro Diaz medium bracale. De hereditate de Petro Eitaz j. cubitum, et vocem et calumpniam. Et hospital gaanavit ibi quandam entradam, unde aufert vocem et calumpniam Regi.

3 — jurati dixerunt quod non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et iij. casalia. Et Hospital quandam entradam unde dant ei j. sextarium de pane, et j. bracale, et capom, x. ovos. Monasterium de Sauto j. casale. Et Monasterium de Arnoia j. casale.

Vide *Ibidem*, pag. 4, 77, 171 e 213.

Briteiros — Santo Estevão de

1 — De Sancto Stephano de Ripa Ave. Domnus Godinus abbas, Petrus Martiniz, Petrus Petri, Johannes Pelagii, Domnus Stephanus, Domnus Dominicus, Menendus Martiniz, Johannes Petri, Pelagius Pelagii, Menendino, Johannes Martiniz, Menendus Menendiz, jurati dixerunt quod in ista collatione pectant Regi vocem et calumpniam.

2 — jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et j. casale. Et Monasterium de Sauto habet ibi viiij. casalia. Sancta Christina de Longos j. casale. Monasterium de Sandi j. casale. Et Monasterium de Fontarcada j. casale.

Vide *Ibidem*, pag. 15, 85, 174 e 217.

Briteiros — Santa Leocadia de

1 — De Sancta Leocadia de Palmeira. Pelagius monacus abbas, Pelagius Gomiz, Petrus Calvus, Martinus Petri, Pelagius Petri, Petrus Pelagiz, Amberte, Martinus Menendiz, Simeon, Pelagius Martiniz, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

2 — jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi vocem et calumpniam. Et de hereditate que fuit de Petro Johannis dabant pro fossadeira iij. cubitos, et domna Marina Gomecii comparavit illam minus ij. nonas, et tollit inde fossadeira.

3 — jurati dixerunt quod dominus Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et fratres Templi j. casale. Hospital j. casale quarta. Monasterium de Sandi ij. casalia et j. vineam. Et Monasterium de Tiviaes iiij. casalia. Sancta Maria de Vimaranes ij. casalia. Santa Maria de Sauto j. casale. Ecclesia Bracarensis j. casale. Monasterium de Vilar j. casale. Sancta Christina iiij. casalia tercia.

Vide *Ibidem*, pag. 4, 77, 170 e 213.

Briteiros — Salvador de

1 — De Sancto Salvatore de Briteiros. Martinus Menendiz abbas, Godinus Rodriguiz, Johannes Menendiz, Menendus Menendiz, Egas Menendiz, Martinus Menendiz, Gunsalvus Arias, Pelagius Gunsalviz, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi unum casale, quod te-

(1) A freguezia de Pousada está incorporada na de Balazar; no local em que, segundo a tradição, existiu a sua egreja parochial está erecta uma capella dedicada a Nossa Senhora das Neves.

net Johannes Anriguiz: tamen dixit ipse Johannes Anriguiz quod habet illum per cartam.

2 — jurati dixerunt quod dant Regi pro fossadeira de Ventosela iij. cubitos et medium, et vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista eeclesia habet senarias et decima de uno casali. Et Hospital habet ibi j. casale. Et fratres Templi medium casale minus quinta.

Vide *Ibidem*, pag. 4, 77, 171 e 213.

Brito — S. João de

1 — De Sancto Johanne de Brito. Martinus Pelagii abbas, Johannes Menendiz, Petrus Pelagii, Martinus Diaz, Johannes Pelagii, Dominicus, Petrus Palia, Petrus Petri, Gunsalvus Menendiz, Johannes Petri, Martinus Menendiz, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi in Lauredo xj. casalia, et dant inde terciam panis et medium vini, et est inde unus depopulatus. Et de istis decem casalibus depopulatis *(sic)* dant pro directuris singulos lenzos de pane de bracali, et singulos capones, et ij. ij. gallinas cum x. ovis, et singulas taligas tritici pro fugacis, et singulas spatulas cum vino et castaneis, et singulos cordeiros albos, et singulos cabritos, et singulas quartas de vino, et singulos caseos cum x. ovis, et qui habuerit porcam, quantas vices peperit, dabit tantas lectigas. Et de casali depopulato dant pro directura j. morabitinum. Habet eciam dominus Rex in Brito viij°. casalia, et dant inde, de v. casalibus, terciam tritici et centeni, et medium alterius panis, et medium vini; et pro directuris singulos bracales, et singulos porcos de viij. viij. cubitos de bracali, et singulos capones, et singulos frangaos cum x. ovis, et singulos cordarios albos, et singulos sextarios tritici pro fugacis, et singulas spatulas cum vino et castaneis, et singulos caseos cum x. x. ovis. Et de altero casali de Petro Cieiram dant unum modium de pane et medium vini; et pro directuris unum quartarium tritici, et j. quartarium de centeno, et unum sextarium de leguminibus, et j. bracale, et ij. capones, xx. ova, et spatulam cum vino et cum castaneis, et j. porco de viij. cubitos, et j. cordarium album, et caseum, x. ovos. Et de casali de Pardelhas dant terciam tritici et centeni, et medium alterius panis, et de legumiis; et pro directuris j. bracale, et caponem, x. ova, et unum porcum de viij. cubitos, et j. sextarium de tritico, et spatulam cum vino et castaneis, et cabritum, et caseum, x. ovos. Et de altero casali depopulato dant terciam tritici et centeni, et medium alterius panis; et pro directuris medium morabitinum. Et de Quintana de Paazaoo dant terciam tritici et centeni, et medium alius panis, et medium vini, et spatulam, et almude tritici, et capom, x. ovos: et est ibi pausa domini terre. Habet ibi quodam molinum, quod dat Maiordomus pro sua offrecione. Et totum istud tenet Stephanus Soariz in prestimonio.

2 — jurati dixerunt quod de ista collatione dant Regi de hereditate de Quintana unam spatulam cum vino et j. almude tritici. Et de quebradas de Brito iiij. capones, xl. ovos, et j. bracale. Et de quodam molino ij. cubitos. Et de altero molino iij. cubitos. Et de casali de Ordonio de uno campo iij. cubitos medium. Et Maiordomus de Laureiro debet dare Domino terre da entrada iiij. morabitinos, et pro meitiga viij. morabitinos, et j. capra pro ad azores, et pro fugacia j. almude tritici, et vj. calazas de carne de porco coctas et adubadas, et j. cabritum adubadum. Et dant de quodam campo j. solidum, et de alio iij. denarios, et de alio de Avelaido j. quartam de vino. Et de herdadores pro fossadeira v. bracales medium. Et de hereditate de Gunsalvo Pelagiz et de Petro Zorro et de Pelagio de Oleiros dant pro foro iij. almudes tritici et iij. spatulas. Et de quebradas x. capones, c. ovos. Et de quodam campo j. quartam de vino. Et de vj. casalibus regalenguis de Brito dant pedidam Maiordomis. Et Maiordomus de Brito dat pro almeitiga unum porcum, et unum carneirum, et viij. gallinas, ij. capones, et iij. almudes tritici, et iij. taligas de centeo, et j. almude de manteiga, et pectant vocem et calumpniam. Et totum istud tenet Stephanus Sueriz in prestimonio. Et de casali de Suerio Ooriz, et de Menendo Laureiro, et de Martino Ordoniz debent esse Maiordomos de terra et de pane.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et x. casalia medium. Habet ibi Hospital j. casale. Et Sancta Maria de Vimaranes ij. casalia. Et Monasterium de Ulveira vj. casalia. Ecclesia de Villa Nova ij. casalia medium.

Vide *Ibidem*, pag. 5, 79, 171 e 214.

Cahide — Santa Christina de

1 — De Sancta Christina de Caidi. Domnus Vilidus abbas, Pelagius Suariz, Petrus Puzal, Suerius Menendiz, Petrus Martiniz, Johannes Menendiz, Pelagius Martiniz, Menendus Martiniz, Petrus Pelagii, Martinus Petri, jurati dixerunt quod Rex habet ibi medios de duobus casalibus, et dant inde terciam panis et medium vini; et pro directuris medias de ij. spatulis, et medios bracales, et medios de duobus cabritis, et medios de ij. franganis et de xv. ovis.

2 — jurati dixerunt quod de ista collatione dant Regi pro fossadeira ij. bracales et v. cubitos et medium, et iij. denarios, et mediam de voce et de calumpnia.

3 — jurati dixerunt quod dominus Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et Monasterium de Costa habet ibi iiij. casalia, et unam bonam vineam, et mediam partem de voce et de calumpnia et de fossadeira de ista collatione. Et Hospital habet ibi medium casale. Et Monasterium de Sauto j. casale. Et Sancta Maria Vimaranensis ij. casalia medium. Et ecclesia de Villa Cova j. casale.

Vide *Ibidem*, pag. 10, 82, 172 e 215. (1)

Caldas de Vizella — S. João das

1 — De parrochia Sancti Johannis de Caldis. Johannes Petri prelatus, Domnus Facundus, Pelagius Pelagiz, Gunsalvus Menendiz, Petrus Petri, Martinus Menendiz, Laurentius Pelagiz, jurati dixerunt quod non erat ibi aliquod Regalengum.

2 — jurati dixerunt quodo Rex non habet ibi ullum forum.

3 — jurati dixerunt quod est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et Monasterium de Vilarino habet ibi j. casale medium et bona senarea de vinea.

Vide *Ibidem*, pag. 2, 75, 169 e 211.

Caldas de Vizella — S. Miguel das

1 — De parrochia Sancti Michaelis de Caldis. Magister Martinus prelatus, et Gunsalvus Menendi, Dominicus Menendi, Didacus Garcie, Martinus Pelagii, Gunsalvus de Ulvar, Petrus Pelagii, Dominicus Gunsalvi, Gunsalvus Valasquiz (non potuimus magis habere), jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi xxiiij. casalia, et dant terciam panis et vini. Et est talis consuetudo: quot focos ibi fecerint, tot directuras debent dare, tales videlicet: qui habuerit porcum debet dare spatulam, et si non habuerit dabit unum solidum: et si habuerit capras et genuerint dabit cabritum: si habuerit oves et genuerint dabit agnum: si habuerit porcam et genuerit dabit lecticam: si habuerit vaccam et genuerit dabit caseum: si venerit Rex dabunt ei singulas gallinas una vice in anno.— Interrogati si aliquid ibi erat negatum domino Regi, dixerunt: non.

2 — jurati dixerunt quod Rex...

3 — jurati dixerunt quod Rex est patronus cum quibusdam aliis.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et ij. casalia. Et Monasterium de Vilarino habet ibi iiij. casalia. Et Hospital j. casale. Et Monasterium de Palumbeiro j. casale. Et Sanctus Johannes de Caldis sextam de uno casali.

Vide *Ibidem*, pag. 1, 75, 169 e 211.

Caldellas — S. Thomé de

1 — De Sancto Thome de Caldellis. Petrus Martiniz capellanus, Martinus Petri, Gunsalvus Petri, Suerius Sanchiz, Petrus Johannis, Petrus Menendi, Gomecius Petri, Martinus Menendiz, Suerius Gunsalvi, Menendus Petri, jurati dixerunt qu̇od dominus Rex habet ibi quosdam Regalengos, de quibus dant terciam panis, et prestamarius dat illos cui vult pro sua offretione. Et istud Regalengum tenet Petrus Petri de Arguzaes, et vocem et calumpniam.

2 — jurati dixerunt quod in ista collatione dant Regi pro fossadeira ij. bracales iij. cubitus, et pectant vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus, sed ecclesia Sancte Maria Vimaranensis.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et mediam de uno casali. Et Santa Maria de Villa Nova habet ibi mediam de uno casali. Et Monasterium de Sandi v. casalia.

Vide *Ibidem*, pag. 11, 83, 173 e 215.

(1) Esta freguezia está hoje incorporada na de Atães.

Calvos — S. Lourenço de

1 — De Sancto Laurencio de Calvis. Petrus Garcie abbas, Fernandus Pelagii presbiter, Petrus Pelagii, Monius Pelagii, Andre, Pelagius Martiniz, Dominicus Pelagii, Petrus Petri, Pelagius Pelagii, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi j. casal depopulatus, et dant inde terciam, et non dant directuras. Habet ibi eciam quosdam Regalengos, unde dant iij. quartas de vino et j. sestarium de pane et iij. gallinas.

2 — jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et vj. casalia, et duas partes de casali. Sancta Maria de Vimaranes j. casale. Sancta Crux de Colimbrie ij. casalia minus tercia de casali.

Vide *Ibidem,* pag. 4, 77, 170 e 212.

Candoso — S. Martinho de

1 — De Sancto Martino de Candaoso. Johannes Fafiaz abbas, Egas carpeñ., Petrus Soariz, Johannes Gunsalvi, Gunzalvinus, Bonus Homo, Martinus Diaz, Menendus Petri, Petrus Menendiz, Johannes Garsie, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi vij. casalia, et dant terciam panis et medium vini. Et dant inde, de duobus que sunt in Laurido, pro directuris v. cubitos de bracali, et singulas spatulas cum singulis alqueiris de castaneis, et singulos quadraziles, et singulos cabritos cum singulas ranoadas de cabritos, et singulos lectones, et singulos capones cum x. x. ovis, et singulos frangaos, et singulos caseos, et singulas taligas de tritico. Et alii duo casalia sunt in Lagenas, et tenet unum Gomecius de Rochela in prestimonio, et alter tenet Ruber de Lila, et dant pro directuris singulas taligas tritici, et singulos lenzos de panno de bracali, et singulos capones cum x. x. ovis, singulos frangaos, singulas spatulas cum singulis almudis tritici et cum castaneis, et singulos cordeiros albos, singulos caseos. Et alii tres casales sunt in Ripa Selii, et dant de uno pro directuris j. bracale, et capom, x. ovos, et spatulam cum alqueire de castaneis, et cabritum: et de altero dant iiij. cubitos de bracali, et capom, x ovos, et spatulam cum alqueire de castaneis, et cabritum: et de altero dant vj. cubitos de bracali, et capom, x. ovos, et spatulam cum alqueire de castaneis, et cabritum, et caseum, et lectonem. Et de quadam entrada regalenga in Candaoso dant terciam panis et medium vini; et pro directuris j. bracale, et capom, x. ovos.

2 — jurati dixerunt quod de duobus casalibus regalengis qui sunt in Laurido dant pro foro Maiordomo panis singulas mectigas. Et de quintana de Laurido dant j. bracale, j. spatulam cum alqueire de castaneis, et cabrito, et capom, x. ovos. Et de toto Laurido dant pro fossadeira ij. bracales et ij. cubitos. Et de Lagenas de Jusanas dant pro foro j. modium de pane per quaira, et pro fossadeira iiij. cubitos, et spatulam cum alqueire de castaneis, et ij. capones, xx. ovos, et cabritum. Et de quadam entrada da Ribeira dant pro fossadeira iij. bracales et iij. cubitos, et almude de vino, et almude de castaneis. Et de casa que stat in Batoca dant j. gallinam. Et in Ripa Selii dant hereditatores pro fossadeira iij. bracales, j. cubitum. Et de hereditate que vocitant Salamanca dant j. gallinam et almude de castaneis. Et de quadam entrada de Candaoso pro fossadeira j. bracale. Et pectant ibi vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et ij. casalia. Habet ibi Hospital unam bonam quintanam cum bonis senariis, et iij. casalia.

Vide *Ibidem,* pag. 7, 80, 171 e 214.

Candoso — S. Thiago de

1 — De Sancto Jacobo de Candooso. Menendus Garcie abbas, Petrus Petri, Menendinus, Martinus Dominici, Dominicus, Stephanus, Petrus Maurus, Menendus Pelagiz, Gunsalvus Petri, Johannes Petri, Silvester, jurati dixerunt quod Rex habet ibi in Candooso vij. casalia et unam quintanam, et dant inde terciam panis et lini, et medium vini, et tenet de illis Gomecius de Rochela iiij. casalia, et judex Ramirus Petri ij. casalia. Et dant inde pro directuris, de tribus, singulos bracales, et de uno vj. cubitos, et singulos capones cum x. x. ovis, et singulos frangaos, et pro fugacis singulas taligas tritici, et singulas spatulas, et singulos quadraziles cum vino et cum castaneis, et singulos cordeiros albos, et de tri-

bus singulas ranuadas de cabrito, singulos lectones qui eos habuerit, et singulos caseos cum manteiga et cum ovis. Et de uno casali dant medias de maçanis et de peris, et de altero dant medias de peris. Et de duobus casalibus, quod judex tenet, dant pro directuris de uno vj. cubitos de bracali, et j. taligam tritici pro fugacia, et j. capom, x. ovos, et spatulam cum vino et castaneis, et unum quarazil, et cabritum, et caseum cum manteiga et cum ovis, et unum lectom; et de altero dant ij. bracales, ij. capones, xx. ova, et j. sextarium tritici pro fugacis, et ij. spatulas cum vino et castaneis, et ij. cabritos, et lecticam, et ij. caseos cum manteiga et cum ovis, et pedidam Maiordomis. De altero casali, quod venit ad cellarium Regis, dant pro directuris j. bracale, j. caponem, x. ova, et spatulam cum castaneis, et cabritum, et caseum, et lectonem, si illum habuerint. Et de quintana dant terciam panis et medium vini, et non dant directuram. Habet ibi Rex quosdam Regalengos, unde dant terciam panis et medium vini. Habet eciam Rex in termino de Crexemir unum casale, unde dant terciam panis et vini. Habet ibi alios Regalengos, unde dant terciam panis et vini. Habet ibi eciam fornos ubi faciunt tegulam, et de quantas fornadas ibi cozerent debent dare Regi vj. vj. q̄r de tegula.

2 — jurati dixerunt quod in ista collatione de uno casali debent facere panem centenum Regi, et serviciales debent ei dare j. quartarium de centeno plenum et alterum rasum, et levarent illum ad molinum et ducere farinam per suam custam; et ipse qui facit panem debet illum molere. Et in Quintana est pausa Regis et debet ibi esse servizaria. Et de casali de Pelagio Perro debet esse Maiordomum de terra, et Reimondus debet esse Maiordomum et servizalem, et Stephanus Pelagiz Maiordomum panis, et Caracho Maiordomum terre. Et pectant ibi vocem et calumniam.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus, sed ecclesia Sancte Marie Vimaranensis.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias.

Vide *Ibidem*, pag. 12, 84, 173 e 216.

Castellões — S. João de

1 — De parrochia Sancti Johanis de Castellanis. Johannes Alvitiz prelatus, Petrus Petri, Gunsalvus Menendiz, Pelagius Soprinus, Petrus Maurus, alter Petrus Maurus, Petrus Pelagii, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi quasdam leiras, unde dant ei suam portionem. — Interragati si aliquod ibi erat negatum domino Regi dixerunt: non.

2 — jurati dixerunt quod habet ibi iij. casalia de hereditatoribus, unde dant Regi pro foro iij. spatulas; et si habuerint capras dabunt singulos cabritos, et lectones similiter. De casali de Quintana j. taligam pro fugacia. De casali de Barro j. sextarium pro fugacia. De Villar j. sextarium pro fugacia et j. gallinam. De Quintanas j. gallinam. De Varzenas ij. spatulas, et si habuerint capras dant ij. cabritos, et lectones similiter. De hereditate de Carvalio j. spatulam, et si habuerit capram dabit cabritum et lectonem similiter. Et dant de Villa de Castellanis vij. modios per stiva de pane pro censuria, et de Varzeelas vj. quartarios (et) sextarium per stiva, et vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et vij. casalia. Et Monasterium de Fontarcada ij. casalia.

Vide *Ibidem*, pag. 3, 76, 170 e 212.

Conde — S. Martinho de

1 — De Sancto Martino de Conde. Petrus Garcie abbas, Dominicus Pelagii, Pelagius Petri, Johannes Garcie, Garcia Jaz, Dominicus Menendiz, Menendus Petri, Fernandus Petri, Petrus Gunsalvi, Gunsalvus Menendiz, jurati dixerunt quod Rex habet ibi viij. casalia et quartam, et est inde unus heremus, et dant terciam panis et medium vini; et pro directuris dant singulos bracales medium, et ij. ij. franganas coctas de singulis taligis de centeno, et singulas spatulas cum vino et cum castaneis, quos habuerint singulos cabritos, et qui habuerit porcam dabit lecticam semel in anno, singulos frangaos cum x. x. ovis, et qui habuerit vacam cum lacte dabit caseum, et singulas quartas vini quando segarent messes. Habet ibi eciam dominus Rex quosdam Regalengos, et Maiordomus dat illos cui vult pro sua offrecione, exceptis campum do Esqueeiro et campum de Molino, quod debet laborare linagem de Petro Alvariz: et de istis Regalenguis dant terciam panis, et de roteis de monte dant quartam panis. Et de castinariis qui stant in Rega-

lengo debent dare medias de castaneis, et de uvariis dant medium vini. Et de quanto plantaverint in Regalengo debent dare medietatem fructus domino terre. Et istud tenet magister Silvester in prestimonio.

2 — jurati dixerunt quod de ista collatione dant Regi omnes qui ibi habitant singulas gallinas pro azore, et singulos fexes de palea, et dant pro fossadeira xj. bracales ij. cubitos medium. De quodam molino dant j. bracale. Et de casali de Outeiro pro Regalengo quod laborat dat j. bracale et medium. Et de campis de Barneiras iij. mealias. Et homines qui habitant in Regalenguis debent dare singulos dies de domaa pro geira, et debent ire in mandato usque ad Turrem de Sandi, et de alia parte usque ad quintanam de Ripa Vizella qui vocant Outeiro, et pectant ibi vocem et calumpniam, et dant luctosam. Johannes Garcia est Maiordomus de pane. Et Petrus Petris, et Monio Ermichiz, et Garcia Alvitiz, et Didacus Petriz, et Petrus Menendiz, et Petrus Fortes, fuerunt Maiordomos de terra et de pane. Et domnus Isidorus, et Gunsalvus Pelagiz, et Martinus Pelagiz de Covelas, et Johannes Pelagiz, fuerunt de pane.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus, sed ecclesia Sancte Marie Vimaranensis.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et Monasterium de Vilarino habet ibi iiij. casalia et quandam entradam unde dant et j. lenzo.

Vide *Ibidem*, pag. 11, 83, 173 e 216.

Corvite — Santa Maria de

1 — De Sancta Maria de Curviti. Petrus Pelagii capellanus, Rodericus Menendiz, Johannes Osoriz, Osorius, Johannes Petri, Martinus Petri, Johannes Menendiz, Johannes Petri, Martinus Petri, Pelagius Ooriguiz, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi quosdam Regalengos, unde dant terciam panis et vini, et ex illis dat Maiordomus cui vult pro sua offrecione.

2 — jurati dixerunt quod de Regalenguis qui laborant de Libi dant pro foro medium morabitinum. De vinea de Gomecio Gunsalvi dant pro eiradigo j. bracale, et de castinariis j. frangao cum ovis. De vinea de Petro Menendiz de Frojam iiij. cubitos de bracali. De vinea de Menendo Cavaleiro j. frangao. De vinea de Menendo Menendiz de Bacorin medium bracale. De vinea de Johanne Menendiz, gener de Menendo Menendiz, pro eiradigo j. puzale de vino. De casali que fuit de Elvira Ooriz pro fossadeira viij. cubitos de bracali. De hereditate de Maria Diaz j. cubitum. De hereditate de Priore iiij. denarios. De vinea de Froja ij. denarios.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Sancta Maria Vimaranensis j. casale. Et ecclesia de Villa Nova ij. casalia. Et Hospital iiij. casalia et unam vineam.

Vide *Ibidem*, pag. 5, 79, 171 e 213.

Costa — Santa Marinha da

1 — De monasterio de Costa. Prior Menendus Gunsalvi presbiter, Menendus Soprinus. Gunsalvus Didaci, Johannes Petri, alter Johannes Petri, Gunsalvus Fernandi, Menendus Albus, Fernandus Vermuiz, Menendus Gunsalvi, Menendus Menendiz, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi xvj. casalia, de quibus dant terciam panis et medium vini; et de quibus fuerint populata debent dare pro directuris singulas spatulas, et singulos cabritos, et singulos lectones, si habuerint illos; et quando venerit Rex debent ei dare singulas gallinas. Habet ibi eciam Rex campos et vineas, unde dant terciam panis et medium vini; et ex illis dant rationem ad unum casale Regalengi supradicti, quod tenet Fernandus Petri Salvatoris, et alii vadunt ad cellarium Regis. Et de istis casalibus unus tenet prior Vimaranensis, et alter tenet Petrus Nuniz, et alter tenet Strabarius domini Regis. Et in cima de vinea de Ber(naldo) Rodelin est de illa regalenga, et campum ubi plantavit devesa est regalenga. Et in alio campo parvo regalengo plantavit Petrus Petri, clericus Sancte Marie, devesa.

2 — jurati dixerunt quod in ista collatione dant Regi pro dadiva herdadores de Cantoni iiij. modios de vino. Et de Verdeal j. modium de vino. Dant eciam de Cantoni de hereditate de Menendo Gunsalvi cum fratribus suis vj. puzales de vino. Et de casali quod jacet inter hereditatem de Costa et inter quintanam que fuit domni Nicholai ij. modios de vino. De casali quod vocitant de Costardo debent facere panem triticum domino Regi, et serviciales debent levare triticum ad molendinum et ducere farinam, et quando fecerit panem debent ei dare

rationem de domo Regis. De casali de Maria Dona et de Johanne Zinisia debent dare Regi lineam siccam, et darent eis rationem de domo Regis. Et de casalibus de Petro Canoto, et de Cerafena, et de Pelagio Fardo, et de Durano, debent dare lineam viridem de devesas regalengas, et dare eis rationem de domo Regis. Et de casalibus de Petro Stalom, et de Menendo Moniz, et de Didaco Dominici, debent dare masseiras pro ad canes et aves, et debent eis dare rationem de domo Regis: et quando dominus Rex exierit de villa debent dare masseiras ad ipsos qui eas faciunt ut custodiant illas. Debent eciam ire ad servìcium Regis quando vocaverint eos de istis Regalenguis. Et pectant ibi vocem et calumpniam.

3 — Est patronus.

4 — jurati dixerunt quod iste Monasterius habet ibi senarias et viij. casalia. Et ecclesia Sancte Marie Vimaranensis iiij. casalia.

Vide *Ibidem*, pag. 14, 85, 173 e 216.

Creixomil — S. Miguel de

1 — De Sancto Michaele de Creximir. Cantor Vimaranensis abbas, Menendus Johannis, Gallecus, Menendus Petri, Petrus Maurus, Menendus Menendiz, Martinus Petri, Maurus, Petrelinus, Petrus Martiniz, Menendus Longo, jurati dixerunt quod Rex habet ibi xvij. casalia, de quibus dant terciam de tota lavoira et de vino; et pro directuris singulas spatulas cum castaneis, singulos cabritos, singulos lectones, qui eos habuerint. Et de istis casalibus tenet unum Gunsalvus Petri falconarius, et alter tenet ipse qui tenet castellum Vimaranensem. Habet ibi eciam Rex quosdam campos et vineas regalengas, unde dant terciam panis et vini.

2 — jurati dixerunt quod in ista collatione quot homines habitant in casalibus regalenguis debent ire ad servitium Regis quando eos vocaverint. Et in uno casali qui vocatur de Porcariza debent custodire porcos Regis quando ei illos dederint. Et de uno casali de Maucos debent facere aream in qua malleant panem regalengum, et debent levare tegulam Regis de forno teleiro ad casalem de Rabicis. De molino de Lagea dant pro foro j. taligam de centeno et j. quartam de vino. Et de molino do nego *(sic)*. Et pectant vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus, sed ecclesia Sancte Marie Vimaranensis.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et ij. casalia. Et Sancta Maria Vimaranensis habet ibi ij. casalia et ij. senarias de vineis. Sanctus Jacobus j. casale.

Vide *Ibidem*, pag. 13, 84, 173 e 216.

Donim — S. Salvador de

1 — De Sancto Salvatore de Donim. Johannes Petri abbas, Petrus Johannis, Johannes Petri abbas, *(sic)*, Martinus Petri, Duram, Martinus Petri, Johannes Petri, Menendus Menendiz, Johannes Sueriz, jurati dixerunt quod dominus Rex non habet ibi Regalengum.

2 — jurati dixerunt quod Rex habet ibi vocem et calumpniam, preter in hereditate de Tiviaes.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus, sed Monasterium de Tiviaes.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et Monasterium de Tiviaes viiij. casalia medium. Et Monasterium de Adaufi v. casalia. Et Monasterium de Sauto iij. casalia. Et Monasterium de Loomar ij. casalia. Et Monasterium Sancti Torquati j. casale. Et Hospital quadam entrada, unde dant ei j. taligam.

Vide *Ibidem*, pag. 4, 77, 171 e 213.

Fareja — S. Martinho de

1 — De Sancto Martino de Farecha. Petrus Fernandiz capellanus, Pelagius Diaz, Gomecius, Fernandus Sueriz, Martinus Pelagiz, Fernandus Fernandi, Garcia Fernandi, Menendus Martiniz, Petrus Menendiz, Martinus Fernandi, Petrus Foloo, jurati dixerunt quod Rex habet ibi viij. casalia medium, de quibus dant terciam panis et lini, et medium vini; et dant inde de v. casalibus pro directuris singulos bracales, et singulos capones cum x. x. ovis, et singulos frangaos, preter unus qui non dat caponem, singulas spatulas cum singulis almudis de castaneis, singulos cabritos, singulos lectones, qui eos habuerint, et iij. caseos, quia duo non dant caseos, et iiij. quadraziles, quia unus non dat illum. De casali de Raariz dant mediam directure, preter lectonem et caponem et franganum et quadrazil. Et de aliis duobus casalibus dant singulos medios bracales, et singulos capones cum x. x. ovis, et singulos frangaos, sin-

gulas spatulas cum singulis almudis de castaneis, et singulos quadraziles, singulos cabritos, et lecticas qui eos habuerit. Habet ibi alios campos et vineas regalengas, unde dant terciam panis et medium vini. Habet ibi quandam vineam regalengam, qui tenent de hereditate de filiis Laurencii Bernaldi, unde dant terciam. De lareis regalenguis, qui laborant de casali ubi habitavit Pelagius Gondemariz, pro directuris j. frangao cum v. ovis. De quadam chausa, qui tenent de ecclesia, dant j. frangao cum v. ovis. De casali de Quintana tenent quandam vineam regalengam, unde dant medium vini; et pro directuris j. quarta de vino. Et de una chousa regalenga j. frangao cum v. ovis, qui tenent cum ipsa vinea. Et de quodam molino dant pro directuris j. taligam terciam inter panem et vinum. Et istud tenet domna Stephania.

2 — jurati dixerunt quod de ista collatione dant Regi pro fossadeira v. bracales et ij. cubitos quartam de cubito, et ij. solidos. Et pectant ibi vocem et calumpniam. Et istud tenet domna Stephania.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus, sed ecclesia Sancte Marie Vimaranensis.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et Hospital habet ibi ij. casalia medium. Et Sanctus Michael j. casale de quo dant Hospitali ij. bracales. Et Monasterium de Palumbeiro vj. casalia et unam heremitam cum suis senariis bonis. Sancta Maria Vimaranensis unam heremitam et j. casale.

Vide *Ibidem,* pag. 13, 84, 173 e 216. (1)

Fermentões — Santa Eulalia de

1 — De Sancta Eolalia de Ripa Selii. Petrus Gunsalvi abbas, Menendus Gunsalvi, Johannes Menendiz, Joanino, Menendus de Opera, Suerius Norza, Didacus, Johannes Martiniz, Gallecus, Johannes Chamuscado, Petrus Michaelis, jurati dixerunt quod Rex habet ibi iij. casalia et alios Regalengos, de quibus dant terciam panis et lini, et medium vini. Pro directuris de istis iij. casalibus dant singulos bracales, et singulas taligas tritici, singulos capones cum x. x. ovis, et singulas spatulas cum castaneis, singulos cabritos, singulos caseos. De Regalenguis quod laborant de casali de Johanne Dominici dant pro directuris unum caponem. Et de aliis quod laborant de casali de Reimondo Johannis dant x. ova. Et de una chousa, que jacet in casali de Petro Feo in Fervenza, j. frangao x. ova. In Laureiro habet Rex iiij. casalia, de quibus dant terciam panis et vini, quia dicunt ipsi quod a longo tempore dederunt terciam vini; tamen de aliis totis casalibus dant in ipso termino medium vini, et non monstrant nullam cartam, pro qua debeant dare terciam vini, nisi per parabolam. Et dant inde pro directuris de tribus casalibus iij. iij. almudes tritici, singulas spatulas, singulos cabritos, singulos capones cum x. x. ovis, singulos caseos. Et de altero casali dant iij. almudes tritici, et j. solidum pro spatula, et cabritum, et caseum. Et de campo de Varzea et de Petra Maladoira dant terciam panis; et pro directuris j. caponem, x. ova. Et de campo de Talio terciam panis, et j. caponem, et x. ova. De sauto do Ermo j. caponem, x. ova. De duabus partibus de molino do Arco ij. bracales. De una leira de vinea, que jacet in casali de Menendo Petri, sextam vini et medium bracale. Et de uno campo quod laborant istius ecclesie in Asserosa dant sextam panis. Et de alio qui laborant de Terpecido similiter. Et istud tenet domnus Petrus Pelagii pretor Ulixbone. In quintana de Fervencia, intus in cortinale, habet unum campum Regalengum, unde dant sextam panis, et unam leiram de vinea, de qua dant quartam partem vini; et extra cortinale habet alias leiras, de quibus dant terciam. Et istud tenet Petrus Gunsalvi Eriz in prestimonio. Habet ibi alios Regalengos, unde dant terciam panis et medium vini. Et de campis quos laborant de casali de Pelagio de Rochela dant j. alqueire. Et de aliis quos laborant de casali de Maiore de Frandiz j. alqueire. Et de campo de Amexenale j. taligam. De vinea que jacet in casali de Gunsalvo Petri j. quarta de vino. Et sub Petra Maladoira habet unam leiram regalengam, et dabant inde terciam, et accepit eam Gunsalvus Petri et non dat inde nichil.—Interrogati si habebat ibi magis negatum, dixerunt: non.

2 — jurati dixerunt quod homines qui habitant in casalibus regalenguis in ista collatione unusquisque debet esse Maiordomum de istis casalibus in suo termino. In casali ubi habitat Menendus Gunsalvi est pausa Prestamarii et

(1) Esta freguezia pertence hoje ao concelho de Fafe.

servizaria. De quadam entrada quod tenent in casali de Menendo Petriz dant pro dadiva j. sextarium de pane. De campis qui fuerunt de Pelagio Rebentina dant pro fossadeira medium bracale. Et pectant ibi vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus, sed est inde medietatem ecclesie Sancte Marie Vimaranensis, et aliam medietatem de filiis Petri Alvitiz cum progenie de priore Petro Amarelo et de priore Didaco Petriz.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias, j. casale. Ecclesia Sancte Marie Vimaranensis habet ibi j. casale. Et Monasterium de Costa iij. casalia.

Vide *Ibidem*, pag. 13, 84, 173 e 216.

Figueiredo — S. Payo de

1 — De Sancto Pelagio de Figueyredo. Martinus Petriz abbas, Petrus Bonus, Dominicus Pelagii, Gunsalvus Martiniz, Menendus Sueriz, Menendus Veegas, Petrus Sueriz, Pelagius Maurus, Martinus do Campo, Pelagius Diaz, Arrizatus, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi xv. casalia, et dant inde terciam de octuno et medietatem alterius panis ; et pro directuris de casalibus de Mulieribus j. capom, x. ovos, et spatulam cum castaneis, et cordarium album, et cabritum, et caseum, x. ovos, et quociens porca peperit dabit lecticam, et unam garfam senebis, et unam canadam de castaneis siccis. Et de casali de Pelagio Mauro dant iij. bracales, et capom, et frangao, x. ovos, et spatulam cum vino et castaneis, et taligam de centeno per quaira pro fugacia, et cordarium album, et cabritum, et caseum, x. ovos, et quartam de vino, et ij. canadas de castaneis siccis, et garfam senebis. De casali de Petro Soariz dant iij. bracales, et capom, et ij. frangaos, x. ovos, et taligam de centeno pro fugacia, et spatulam cum vino et castaneis, et cordarium album, et cabritum, et quartam de vino, et caseum, x. ovos, et iiij^or. canadas de castaneis siccis et garfam senebis ; et de una quebrada viij. denarios. De casali de Arrizado dant ij. bracales, et capom, x. ovos, et taligam de centeno pro fugacia, et quarta de vino, et spatulam cum vino et castaneis, et in uno anno dat cordarium album, et in altero anno dat cabritum, et caseum, x. ovos, et garfam senebis. De casali de Menendo Venegas ij. bracales medium, et capom, et iij. frangaos, x. ovos, et taligam de centeno, et quarta de vino, et spatulam cum vino et castaneis, et cabritum, et caseum, x. ovos, et ij. canadas de castaneis siccis, et garfam senebis ; et de quodam sauto j. capom, xij. ovos ; et de una quebrada viij. denarios et medium de fructu. De casali de Menendo Sueriz iij. bracales, et capom, et iij. frangaos, x ovos, et taligam de centeno, et quarta de vino, et spatulam cum vino et castaneis, et cordarium album, et cabritum, et caseum, x. ovos, et viij. canadas de castaneis siccis, et garfam senebis. De casali de Petro Petri ij. bracales, et capom, et frangao, x. ovos, et taligam de centeno, et quarta de vino, et spatulam cum vino et castaneis, et cabritum, et caseum, x. ovos, et ij. canadas de castaneis siccis, et garfam senebis. De casali de Dominico Pelagiz iij. bracales, et capom, ij. frangaos, x. ova, et taligam de centeno, et quarta de vino, et spatulam cum vino et castaneis, et cordarium album, et cabritum, et caseum, x. ovos, et j. canada de castaneis siccis, et garfam senebis ; et de quebradas terciam de bracali. De casali de filio de Sumiza j. bracale medium, et capom, x. ova, et taligam de centeno, et quarta de vino, et spatulam cum vino et castaneis, et cordarium, et cabritum, et caseum, x. ovos, et ij. canadas de castaneis siccis, et garfam de senebis ; et de quebrada ij. solidos et ij. frangaos. Et de casali de Outeyro iij. bracales, et capom, et ij. frangaos, x. ovos, et taligam de centeno, et quarta de vino, et spatulam cum vino et castaneis, et cordarium, et cabritum, et caseum, x. ovos, et ij. canadas de castaneis siccis, et garfam senebis. De casali ermo j. bracale, et capom, x. ovos et spatulam. De casali de Riba j. bracale, et capom, x. ovos, et taligam de centeno, et spatulam, et caseum, x. ovos. De casali de Pelagio Menendiz ij. bracales, et capom, et ij. frangaos, x. ovos, et taligam de centeno, et quarta de vino, et spatulam cum vino et cum castaneis, et cordarium, et cabritum, et caseum, x. ovos, et v. canadas de castaneis siccis, et garfam senebis. De casali de Padornelo iij. bracales, et capom, et frangao, x. ovos, et taligam de centeno, et spatulam cum vino et castaneis, et cordarium, et cabritum, et caseum, x. ovos, et j. canadam de castaneis siccis, et garfam senebis ; et de quebradas iij. puzales de vino. Et de casali de Gunsalvo Diaz iij. bracales, et capom, et frangao, x. ovos, et teigam de centeno, et quarta de vino, et spatulam cum vino et castaneis, et cor-

darium, et cabritum, et caseum, x. ovos, et ij. canadas de castaneis siccis, et garfam senebis. Et istud tenet Stephanus Sueriz in prestimonio.

2 — jurati dixerunt quod de quintana de Didaco Arias dant Regi pro fossadeira j. bracale, et pro foro j. spatulam cum vino et cum castaneis, j. capom, x. ovos. De hereditate de Menendo Longo de Lagea j. bracale, et iij. puzales de vino de censuria. Et de una quebrada j. solidum. De sauto de Petro Vicente j. capom, et frangao, x. ovos. De hereditate de Gomecio Mercham j. spatulam. De hereditate de Pelagio Ooriz j. spatulam et j. cabritum. De hereditate do Ribeiro j. spatulam, et pro fossadeira j. bracale. De Cardido j. franganum. Et do campo do Padrom j. frangao pro ofrecione. De focaria do Ribeiro, et filii de Didaco Arias, et filii Pelagii Martiniz, et filii Petri Marnoti, et filii Pelagii Ordoniz, et Gunsalvus Martiniz debent esse Maiordomos, et pectant ibi vocem et calumpniam. Et tenet istud Stephanus Sueriz in prestimonio.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et Hospital habet ibi j. casale.

Vide *Ibidem*, pag. 6, 79, 171 e 214.

Freitas — S. Pedro de

1 — De parrochia Santi Petri de Frectis. Domnus Fugaça prelatus, Gomecius Menendiz, Petrus Petri, Petrus Gunsalvi, Petrus Petri, Menendus Petri, Petrus Pelagiz, Petrus Gomiz, Johannes Petri, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi xv. casalia, et dant inde terciam panis, et in quibusdam locis quartam: et de uno casali de istis non dant porcionem, nisi tantum directuras: et de istis casalibus dant domne Lupe de Fornelo, de tribus, in quibus locis de porcione terciam partem, et in quibusdam terciam et quartam, et in quibus medium; et de aliis tribus casalibus, qui sunt in loco ubi vocitant Castineira, dant predicte domne Lupe sextam partem de portione. Pro directuris talis est consuetudo: si habuerit porcum, qui valeat bracalem aut plus, debet inde dare spatulam, et si non habuerit det spatulam directam, et pro fugacis singulas taligas de centeno: si habuerit porcam dabit lectonem, et si habuerit capras dabit cabritum, et iiij.or iiij.or cubitos de bracali, et singulos capones cum x. x. ovis. Et de omnibus istis directuris dant inde domne Lupe supradicte directuras de tribus casalibus. Habet etiam dominus Rex ibi quandam portionem de rauxiis et de uno casali de monasterio de Sauto. Habet etiam dominus Rex de uno casali de monasterio de Arnoya, in quibus locis, terciam de ratione panis et vini; et de directuris iij. cubitos de bracali, et unum frangao cum x. ovis, et j. corazil. Habet ibi etiam Rex xij. casalia, quos tenet Menendus Fafiaz in prestimonio.

2 — jurati dixerunt...

3 — jurati dixerunt quod non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et Monasterium de Sauto habet ibi iij. casalia. Et Monasterium de Arnoia j. casale. Sancta Maria de Vimaranes iij. casalia.

Vide *Ibidem*, pag. 2, 76, 170 e 211. (1)

Garfe — Santos Cosme e Damião de

1 — De Sancto Cosmato de Garfi. Martinus Petri abbas, Godinus Nuniz, Petrus Maurus, Petrus Pelagii, Godinus Petri, Johannes Petri, Menendus Luz, Petrus Feo, Petrus Menendiz, Johannes Petri, Pelagius Petri, jurati dixerunt quod dominus Rex non habet ibi Regalengum.

2 — jurati dixerunt quod in ista collatione non habet Rex ullum forum.

3 — jurati dixerunt quod dominus Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et ij. heremitas et j. casale. Et fratres Templi j. casale. Et Hospital mediam unius domus et vineam cum sua entrada. Et Monasterium de Burio ij. casalia. Et Monasterium de Fontarcada ij. casalia. Ecclesia de Villa Nova ij. casalia. Monasterium de Sauto iiij. casalia. Fratres Elbore unam quintanam cum suis senariis et iiij. casalia terciam, et vocem et calumpniam et fossadeiram.

Vide *Ibidem*, pag. 8, 81, 172 e 214. (2)

Gemeos — Santa Maria de

1 — De Sancta Maria de Geminis. Fernandus Pelagii capellanus, Petrus Sueriz, Martinus

---

(1) Esta freguezia pertence hoje ao concelho de Fafe.

(2) Esta freguezia pertence hoje ao concelho da Povoa de Lanhoso.

Menendiz, Johannes Menendi, Menendus Menendi, Menendus Grilio, Petrus Sueriz, Menendus Michaelis, Johannes Pelagii, Gunsalvus Laurentii, Johannes Petri, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi iij. casalia, et est inde unus depopulatus, et dant inde terciam panis et medium vini. Et unus de istis casalibus tenet ama de domno Martino Sanchiz, et alter est serviciarius, et de altero depopulato dant pro directura j. morabitinum. Habet etiam ibi alias entradas regalengas, unde dant terciam panis et medium vini.

2 — jurati dixerunt quod dant Regi pro foro de uno sauto j. bracale, et de alio sauto quartam de j. bracal, et de quodam pumare iij. cubitos, et de una entrada regalenga vj. denarios, et vocem et calumpniam, preter de tribus casalibus.

3 — jurati dixerunt quod non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Habet ibi Hospital j. casale. Et Monasterium de Vilarino j. casale. Et Monasterium de Sandi medium casale. Et Sanctus Georgius j. casale. Et Sancta Maria de Vimaranes j. casale.

Vide *Ibidem*, pag. 3, 76, 170 e 212.

Gominhães — S. Pedro Fins de

1 — De Sancto Felice de Gomianis. Pelagius Pelagii abbas, Pelagius Stephani, Petrus Calvus, Gomez, Johannes Johannis, Pelagius Petri, Pelagius Johannis, Pelagius Maurus, Petrus Menendiz, Mauram, Petrus Petri, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi j. casale, et dant inde terciam panis et lini et vini; et pro directuris j. solidum, et spatulam, et cabritum, et taligam de castaneis viridis, et frangao, v. ovos. In quintana de Petro Petri Coronel, habet duas leiras regalengas, unde dant terciam. Habet etiam ibi alios campos et vineas regalengas, unde dant terciam panis et vini. Et istud Regalengum tenet Petrus Petri Coronel et Martinus Gunsalvi, soprinus ejus.

2 — jurati dixerunt quod de ista collatione dant pro foro ad Maiordomum panis: de Regalenguis quod laborant de casali de Bernaldo Simoniz j. frangao, v. ovos. Et de casali de Lapa pro Regalenguis ij. frangaos, xx. ovos, et j. sextarium de castaneis virides, et viij. denarios. Et de casali de Petro Calvo pro Regalenguis j. taligam de castaneis virides, et iiij. denarios et mealia. De vinea Regalenga de Requexo et de Regalenguis xvj. denarios et mealia. De quintana de Elvira Diaz pro Regalenguis vj. denarios. De casali de Pelagio Pelagiz do Valino pro Regalenguis viij. denarios et j. frangao, v. ovos. Et de alio Regalengo quod laborat cum germanitate sua j. frangao, v. ovos. De casali de Johanne Bandulio pro Regalenguis ij. solidos, et taligam de castaneis virides, et frangaos, v. ovos. De casali de Vermulo Guizoriz pro Regalenguis x. denarios, et j. taligam de castaneis virides.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et Monasterium de Sauto habet ibi iij. casalia.

Vide *Ibidem*, pag. 7, 80, 171 e 214.

Gonça — S. Miguel de

1 — De parrochia Sancti Michaelis de Gonça. (1) Petrus monacus capellanus, Petrus Pelagii, Julianus, Johannes Petri, Martinus Pelagii, Pelagius Petri, Johannes Johannis, Petrus Maurus, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi viiij. casalia, et dant de xij. quiniones unum de pane, et in quibus locis sextam, et in quibus quartam; et dant sextam partem vini: pro directuris singulas spatulas et singulos cabritos, preter unum casale unde dant unun quorazil et medium cabritum sine pelle. — Interrogati si aliquid ibi erat negatum domino Regi, dixerunt: non.

3 — jurati dixerunt quod non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et Hospital hereditatem unde habet iij. almudes de pane. Monasterium de Sauto vij. casalia. Sancta Maria de Sauto j. casale. Monasterium de Fontarcada j. casale.

Vide *Ibidem*, pag. 2, 169 e 211.

Gondar — S. João de

1 — De Sancto Johanne de Gondaar. Menendus Petri abbas, Vincentius Petri, Petrus Soeriz, Petrus Menendiz, Vincentius Menendiz, Martinus Petri, Petrus Petri, Petrus Soeriz,

(1) Na 2.ª divisão omitte-se esta freguezia e nas 3.ª e 4.ª lê-se: Gunza.

Petrus Petri, Johannes Laurentii, Martinus Petri, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi xj. casalia, et dant inde terciam panis et lini, et medium vini. Et de vj. casalibus dant pro directuris singulas spatulas cum singulis alqueiris de vino, et singulos bracales, et singulas taligas de centeno pro fugacis, et singulos cabritos, et singulos capones cum x. x. ovis, et singulos caseos cum vj. vj. ovis, et singulos frangaos cum lino; et de aliis tribus casalibus vij. bracales minus cubitum, et iij. spatulas, et iij. cabritos, et iij. alqueires de castaneis, et iij. capones cum xxx. ovis, et j. quartarium tritici pro fugacis, et iij. caseos cum xxx. ovis; et de aliis duobus casalibus ij. spatulas, et ij. alqueires de vino, et viij. bracales cum lino, et ij. cordeiros albos, et ij. capones, xx. ovos, et singulos caseos, et j. sextarium tritici. Et de quodam Regalengo ij. capones et j. almude de vino; et de alio medium de uno frangao.

2 — jurati dixerunt quod de ista collatione dant Regi de quadam chantadoria j. capom pro foro, et de iiij. molendinis iiij. bracales, et de molendinis de Vilar ij. bracales, et de alia chantadoria j. capom. De Ulvar pro fossadeira viij. cubitos de bracali, et v. capones cum l. ovos, et j. taligam de pane. De Cabreira ij. cubitos, et j. capom, x. ovos, et j. solidum, et j. quartam de vino. De Brandiam ij. solidos. Johannio j. alqueire de pane. De Campo Silio j. sextarium de pane. De v. castinariis v. denarios, et de alio castinario j. frangao. Et pectant ibi vocem et calumpniam et luctosam.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus, sed ecclesia Sancte Marie Vimaranensis.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et j. casale. Et Monasterium de Cerzedelo v. casalia. Et Monasterium de Costa j. casale et quandam entradam.

Vide *Ibidem*, pag. 11, 83, 172 e 215.

Gondomar — S. Martinho de

1 — De Sancto Martino de Gondemar. Gunsalvus monacus abbas, Martinus Petri, Martinus Neto, Gomecius, Petrelinus, Pelagius Martiniz, Gunsalvus Petri, jurati dixerunt quod in ista collatione non habet Rex forum.

2 — jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et Hospital habet ibi xj. casalia minus sexta. Et Monasterium de Randufi ij. casalia.

Vide *Ibidem*, pag. 15, 85, 174 e 217.

Guimarães — N. S. da Oliveira

3 — De ecclesia Sancte Marie de Vimaranes dominus Rex est patronus.

Vide *Ibidem*, pag. 169.

Infantas — Santa Maria de Villa Nova das

1 — De ecclesia Sancte Marie de Villa Nova. Petrus Garcie abbas, Menendus Fernandiz, Pelagius Pelagii, Martinus Menendiz, Johannes Sueriz, Petrus Menendiz, Petrus Maurus, Suerius Johannis, Petrus Sueriz, Garcia Fernandi, Menendus Gomiz, jurati dixerunt quod ista Villa Nova dedit dominus Rex Sancius ad domnum Martinum Sanchiz et sorori sue domne Urrace Sanchiz per cartam.

2 — jurati dixerunt quod dominus Rex Sancius dedit quantum habebat in ista villa de Villa Nova domno Martino Sanchiz et sorori sue domne Urrace Sanchiz per cartam.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus, quia dedit illam dominus Rex Sancius ad domnum Martinum Sanchiz et sorori sue domna Urraca Sanchiz per cartam.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias, et dedit illam dominus Rex Sancius domno Martino Sanchiz et sorori sue domne Urrace Sanchiz per cartam.

Vide *Ibidem*, pag. 12, 84, 173 e 216.

Infias — Santa Maria d'

1 — De parrochia Sancte Marie de Enfias. Domnus Vincentius capellanus, Johannes Folia, Gunsalvus Martiniz, Pelagius Petri, Gunsalvus Menendiz, Suerius Diaz, Petrus de Barrio, Petrus Brualia, Martinus Martiniz, Dominicus Sancho, Petrus Johannis, Salvador, Johannes Alfonsi, Reymondus Johannis, Johannes Frison, laici, et Johannes Petri presbiter, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi xxx. casalia, et dant inde terciam panis et vini. Pro directuris talis est consuetudo: quot focos ibi fecerint tot directuras debent dare, videlicet: si habue-

rit porcum debet dare spatulam; si non habuerit dabit unum solidum: si habuerit capras et genuerint dabit cabritum: si habuerit oves et genuerint dabit agnum: si habuerit porcam et genuerit dabit lecticam: et si habuerit vaccam et genuerit dabit caseum. — Interrogati si aliquid ibi erat negatum domino Regi, dixerunt: non.

2 — (1)

3 — jurati dixerunt quod non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias.

Vide *Ibidem*, pag. 2, 75, 169 e 211.

Leitões — S. Martinho de

1 — De Sancto Martino de Portella de Lectonis. Johannes Petri abbas, Michael, Durandus Petri, Johannes Martiniz, Petrus Gunsalviz, Petrus Johannis, Johannino, Petrus Petri, Menendus Pelagii, Johannes Sueriz, jurati dixerunt quod Rex habet ibi vj. casalia et dant inde, de duobus, terciam de outono, et medium de milio; et pro directuris j. lenzo de panno, et j. capom, x. ovos, et j. taligam de centeno, et j. spatulam cum castaneis, et ij. cabritos, et caseum cum x. ovos, et pro pedida de Maiordomo j. sextarium. Et de altero casali dant terciam panis et medium vini: et pro directuris unum bracale, et capom, x. ovos, et taligam de centeno, et spatulam cum castaneis et cum vino, et cabritum, et caseum, et pedidam Maiordomi. Et de altero casali dant similiter. Et de altero dant medium panis, et in locis terciam, et medium vini; et pro directuris unum lenzo, et capom, x. ovos, et spatulam cum vino et cum castaneis, et cordarium album, et cabritum, et caseum, x. ovos, et quociens porca peperit dabit lecticam, et taligam de centeno, et quarta de vino coctu, et garfam de senebe, et quatuor canadas de castaneis siccis. Et de altero dant terciam panis. Et de duabus lareis dant medium quando ibi jacet milium; et pro directuris unum lenzo, et taligam de centeno, et cordarium album, et cabritum, et caseum cum x. ovis, et capom cum x. ovis. Habet etiam ibi quosdam campos regalengos unde dant terciam, et in locis medium, et in locis sextam. Et istud tenet Stephanus Soariz in prestimonio.

2 — jurati dixerunt quod de vj. casalibus, quos dominus Rex ibi habet, unus habet pro foro quod vadat in mandato et det iij. meitigas ad Maiordomum, et de altero casali dant unam meitigam. Et de quadam entrada dant j. gallinam x. ovos. Et de quodam castinario j. frangao, v. ovos. De hereditate de Petro Marnoto j. spatulam cum vino et castaneis. Et de quodam castinario de Insula dant j. frangao et v. ovos ad castellum de Vermui. Et de ista collatione dant pro fossadeira iij. bracales, iiij. cubitos medium. Et de castinariis regalenguis qui tenent de hereditate Petri Pelagii dant j. canadam de castaneis siccis, et pectant vocem et calumpniam. Et totum istud tenet Stephanus Sueriz in prestimonio.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et ecclesia Sancte Marie de Vimaranes habet ibi j. casale. Et Monasterium de Loomar iij. casalia.

Vide *Ibidem*, pag. 6, 79, 171 e 214.

Lobeira — Santos Cosme e Damião da

1 — De Sancto Cosmado. Gomez Pelagii abbas, Johannes Tibaldiz, Petrus Garsie, Pelagius Petri, Petrus Ovequiz, Martinus Fafiaz, Johannes Petri, Martinus Martiniz, Petrus Manso, Johannes Gomez, Nicolaus, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi VI casalia, et de tribus dant terciam panis et medium vini; et dant inde, de uno, pro directuris unum bracale, et unum frangao, x. ovos, et spatulam, et cabritum, et caseum, et lectonem si habuerint porcam; et de altero dant pro directuris spatulam et cabritum; et de altero spatulam, et cabritum, et caseum, x. ovos, et lectonem. De altero casali de Guela dant j. quartarium de pane in portione, et si ibi plus habuerit magis dabit, et non dant directuram. Et de casali de Regosendo dant terciam panis; et pro directuris unum bracale, et frangao, x. ova, spatulam, et cabritum. Et de casali do Eido dant duezimam panis; et pro directuris spatulam, et cabritum, et frangao, x. ovos. Habet ibi alias entradas regalengas, unde dant terciam panis; et pro directuris duos frangaos, xx. ova. Habet ibi alias entradas unde dant duezimam panis et

(1) Além dos nomes das testemunhas nada mais se lê n'esta divisão.

sextam vini. Habet ibi etiam alias leiras, quas laborant de casalibus de Outeiro, et dant terciam, et in locis sextam.

2 — jurati dixerunt quod de casali qui laborat Johannes Garsie dant Maiordomo panis j. solidum pro meitiga. Et de altero casali de Guela xv. denarios pro meitiga. Et pro fossadeira ij. bracales medium, j. denarium. Et de hereditate que fuit de Petro Lobeira pro fossadeira j. quartam de vino, et vocem et calumpniam. Et de casali de Outeiro dant pro foro j. cabrito et viij. denarios.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et medium casale.

Vide *Ibidem*, pag. 5, 79, 171 e 213.

Longos — Santa Christina de

De Sancta Christina de Longos. Petrus Menendiz abbas, Petrus Sueriz, Petrus Salvatoris, Petrus Johannis, Petrus Petri, Dominicus Johannis, Johannes Petri, Petrus Gallecus, Johannes de Portu, Johannes Pelagii, jurati dixerunt quod Rex habet ibi mediam de una ecclesia, quam vocant Sanctum Felicem et jacet in ista collatione. Habet eciam ibi quasdam entradas, quas dat suus Maiordomus cui vult pro sua offretione, et dant in portione vj. quartarios. Habet eciam Rex quasdam entradas, partem in monte de Sancto Felice, qui vocatur Regalengum. Et istud tenet Stephanus Suerii cum voce et calumpnia in prestimonio.

2 — jurati dixerunt quod in ista collatione habet ij. cazales, unde dant pro foro ij. spatulas de vij. vij. costas, et ij. cabritos, et iij. cubitos de bracali, et pro fossadeira dant de viiij. quiniones unum de iij. cubitos et medium. Et de Medaos j. cubitum de bracali. Et in una ecclesia que est in ista freguisia debet pausare Dominus terre. Et vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet xvj. casalia et quarta, et granchas et vineas multas et bonas que dederunt plantare ad forum, et mediam de una ecclesia que jacet in ista collatione. Et Monasterium de Refoios ij. casalia et una grancha. Et Monasterium de Sandi vij. casalia tercia et ij. granchas. Et Hospital vij. casalia et una bona quintana cum magnis senariis, et una bona grancha. Et Monasterio de Sauto j. casale. Et fratres Templi ij. casalia et j. quintana cum bonis senariis.

Vide *Ibidem*, pag. 3, 76, 170 e 212.

Mascotellos — S. Vicente de

1 — De Sancto Vicencio de Mazcotelis. Martinus Dominici capellanus, Suerius Pelagiz, Didacus, Johannes Petri, Gunsalvus Pelagiz, Pelagius Maurus, Pelagius Petri, alter Pelagius Petri, Menendus Petri, Menendus Palea, jurati dixerunt quod Rex habet ibi iij. casalia, et dant de illis terciam panis et vini. Et de duobus de istis casalibus dant pro directuris singulos bracales, et ij. ij. frangaos cum x. x. ovis, et singulas spatulas cum castaneis, et singulos cabritos, et singulos caseos cum x. x. ovis. Et de altero non dant directuras, quia vadunt de illo pro ramis de palmis in quocumque anno et ducunt illos ad ecclesiam Sancte Marie Vimaranensis in festo Ramis palmarum. Et tenet illos Petrus Nuniz et Gunsalvus Petri. Habet eciam Rex iij. casalia et unam vineam in termino de Creximir, et dant de illis terciam panis et vini; et pro directuris singulas spatulas cum castaneis, et singulos cabritos, et singulos lectones, si illum habuerit. Et de istis tribus casalibus dicunt quod dominus Rex Sancius dedit inde unum priori Vimaranensi.

2 — jurati dixerunt quod in ista collatione pectant vocem et calumpniam. Et de casalibus regalenguis qui sunt in termino de Creximir debent facere aream pro ad messem malare, et ducere tegulam Regis de furno teleiro usque ad cazalem de Rabizis cum aliis de altera collatione.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus, sed ecclesia Sancte Marie Vimaranensis.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia non habet senarias nec aliquam hereditatem. Habet ibi Sancta Maria Vimaranensis ij. casalia.

Vide *Ibidem*, pag. 11, 83, 173 e 216.

Matamá — Santa Maria de

1 — De Sancta Maria de Matamaa. Menendus Gunsalviz prelatus, Martinus Petri, Menendus Petri, Menendus Sueriz, Don Gomez, Fernandus Petri, Petrus Gomiz, Sueirinus, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi v. casalia, et dant inde terciam panis et vini. Et dant inde, de iiij.or casalibus, pro directuris

duos bracales et j. cubitum, et unum sextarium de tritico pro fugacis, et iiij. spatulas, et iiij. cabritos, et iiij. caseos; et de altero casali dant pro directuris j. bracale, j. caponem, x. ova, et spatulam. Habet ibi eciam quosdam Regalengos, unde dant terciam. In vinea de Dominico Nuniz jacet unum campum parvum, et juxta vineam de fora alium campum parvum, et dant inde terciam. In casali qui fuit de Johanne Stephani jacent duas leiras intus in cortinali, et de fora alias duas leiras, unde debebant dare terciam. Et totum istud (tenet) filius Johannis Dias de Frectas, preter unum casale quod tenet Fernandus Petri Salvatoris.

2 — jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus, sed ecclesia Sancte Marie de Vimaranes.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senariam. Santa Maria de Vimaranes habet ibi ij. casalia et quasdam entradas. Hospital j. casale. Et Monasterium de Costa j. casale.

Vide *Ibidem*, pag. 4, 78, 171 e 213.

Mesão frio — S. Romão de

1 — De Sancto Romano. Menendus Atanes prelatus, Johannes Fafiaz, Gunsalvus Pelagiz, Martinus Petri, Gunsalvus Petri, Johannes Pelagiz, Johannes Petri, Petrus Polino, Petrus Gunsalviz, Martinus Pelagiz, Gunsalvus Petri, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi in Morteira unum casale, et dant inde terciam panis et vini, et pro directuris iij. cubitos de bracali, et spatulam cum almudi de tritico, et cabritum et caseum. Et istud casale tenet filius Johannis Diaz de Freitas in prestimonio. Habet eciam dominus Rex iiij. casalia in Adegania et dant inde terciam panis et medium vini, et pro directuris singulas spatulas et singulos cabritos. Et dominus Rex Sancius dedit unum de istis casalibus priori Vimaranensi. Habet ibi eciam alios campos et vineas regalengas unde dant terciam panis et medium vini. Et est una leira regalenga in Aural, unde dabant terciam panis et unum frangão, et modo nichil dant, et alias duas leiras pequenas in vinea du Casal de Johanne Stephaniz de Covelas, unde dabant terciam panis, et modo nichil.

2 — jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et Monasterium de Costa habet ibi v. casalia et medias de duabus hermidas. Et Sancta Maria de Vimaranes vj. casalia, et unum cautum ubi sunt iiij. casalia, et medias de duas hermidas. Et Monasterium de Sauto j. casale.

Vide *Ibidem*, pag. 4, 78, 171 e 213.

Monte — S. Miguel do

1 — De parrochia Sancti Michaelis de Monte. Johannes Petri prelatus, Pelagius Petri, Menendus Albus, Petrus Menendiz, Johannes Pelagii, Michael Petri, Johannes Johannis, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi xvj. casalia, et tenet eos Stephanus Menendiz in prestimonio, et dant inde sextam partem panis: pro directuris singulas spatulas: pro fugacis singulas taligas de pane, singulos cordeiros albos: si habuerint porcas singulos lectones. Habet eciam ibi Rex de uno casali de Sancta Maria de Sauto sextam partem de porcione panis et vini et directuras integras. — Interrogati si aliquid ibi erat negatum domino Regi, dixerunt: non.

2 — jurati dixerunt quod habet in ista collatione xxv. casalia de hereditatoribus, et dant inde Regi de censuria iij. modios de pane; et de quantos focos ibi fecerint debent dare singulas spatulas; et si habuerint capras singulos cabritos; et qui habuerit porcam quantas vices genuerit dabit lecticam; et vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod dominus Rex est patronus cum rusticis.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et Sancta Maria de Sauto habet ibi j. casale.

Vide *Ibidem*, pag. 2, 76, 170 e 212. (1)

Moreira de Conegos — S. Payo de

1 — De Sancto Pelagio de Cauto de Moreira. Augustinus abbas, Mangris, domnus Egas, Gunsalvus Petri, Martinus Menendi, Petrus Varzea, Fernandus Petri, Martinus Menendiz, Martinus Petri, Pelagius Moreira, Petrus Mar-

(1) Esta freguezia pertence hoje ao concelho de Fafe.

tiniz, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

2 — jurati dixerunt quod in ista collatione non habet Rex ullum forum.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus, sed ecclesia Sancte Marie Vimaranensis.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Habet ibi Sancta Maria de Vimaranes xxviiij. casalia cum isto cauto. Et Monasterium de Vilarino j. casale.

Vide *Ibidem,* pag. 11, 83, 173 e 216.

Mouriçô — S. Felix de

3 — De ecclesia de Sancto Felice qui est juxta Mouricoo. Petrus Petri prelatus de Sancta Christina, et Petrus Sueriz, Petrus Salvatoris, Pelagius Johannis, Petrus Petri, Dominicus Johannis, Johannes Petriz, Petrus Gallecus, Johannes do Porto, Johannes Pelagiz, jurati dixerunt quod dominus Rex habet mediam partem istius ecclesie.

Vide *Ibidem,* pag. 170. (1)

Nespereira — Santa Eulalia de

1 — De Sancta Eolalia de Nespereira. Gomes Pelagii capellanus, Petrus Menendiz, Menendus Menendiz, Menendus Pelagii, Garcia Diaz, Gulsalvus Petri, Pelagius Toeriguiz, Fernandus Michaelis, Johannes Johannis, Dominicus, Petrus Vimaranes, jurati dixerunt quod Rex habet ibi xij. casalia, et sunt inde duo depopulati, et alios duos tenet magister Silvester, et alios duos tenet Martinus Martiniz tabellio Vimaranensis. Et de omnibus predictis casalibus dant terciam panis et lini, et medium tocius vini, et medietatem de mazanis et de peris et de castaneis; et dant pro directuris singulas spatulas, singulos cabritos, et qui habuerit porcam dabit lectonem. Et dant de magis de casali de Martim j. bracale, et de casali de Petro Maurino j. spatulam, et de casali de Alvarino ij. bracales; et de casali de Petro Lauzano solebant dare ij. spatulas et modo non dant nisi unam. Habet ibi dominus Rex duos campos, qui jacent sub vinea istius ecclesie, unde dant terciam, et dominus Rex Sancius dedit de illis j. modium de cebata Gomecio de Rupella in prestimonio, et panem quem ibi magis habent Maiordomus Regis levat illum ad cellarium suum de Vimaranes. Habet ibi eciam dominus Rex quosdam campos et vineas, unde dant terciam panis et lini, et medium vini, et medietatem de mazanis et de peris et de castaneis. Et quando venerit Rex ad terram dabunt ei singulas gallinas semel in anno.

2 — jurati dixerunt quod de ista collatione dant Regi pro foro de Sauto de Velias j. bracale. De Paazano ij. cubitos. De linare viij. cubitos. Et dixit unus ex istis juratis quod levaverat de Regada ij. cubitos. Et dixit pro quodam molino quod solebant dare de illo pro foro j. bracale, et evenit tempus quod fuit destructus, et judex Suerius Petri mandavit illum facere ad forum ut darent de illo ij. cubitos et non magis. De Covelo dant pro foro vj. cubitos. De Tras Rivulo Petrus Guimaranis cum fratribus suis medium bracale. De Auteiro ij. cubitos. De Senira ij. cubitos. De campis do Prado, qui laborant de casali Johannis Petriz medium bracale. Et de campis qui laborant de casali de Don Sueiro medium bracale. De campo da Pena de matre de Menendo Berino iiij. denarios, et pro fossadeira viiij. bracales. De casali do Barro vj. cubitos. Et isti fuerunt Maiordomi de terra et de pane: Menendus Molneirus, et Domnus Erus, Pelagius Fagildiz, Don Toereus, Garcia Rooriguiz. Et pectant ibi vocem et calumpniam, et vadunt ad ramatam, et faciunt paleirum.

3 — jurati dixerunt quod dominus Rex non est patronus, sed ecclesia Sancte Marie Vimaranensis.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et Monasterium de Costa habet ibi iij. casalia et unam vineam. Et Sancta Maria Vimaranensis j. casale.

Vide *Ibidem,* pag. 9, 81, 172 e 215.

Paraiso — S. Miguel do

1 — De Sancto Michaele de Negrelis. Domnus Capellanus abbas, Johannes Ooriz, Petrus Sueriz, Suerius Sueriz, Petrus Johannis, Menendus Petri, Gunsalvus Gunsalvi, Petrus Ooriz, Gunsalvus Martiniz, Johannes Petri, jurati dixerunt quod Rex habet ibi iij. casalia, et dant inde

(1) Esta egreja não é mencionada nas outras divisões. Mouriçô é hoje um lugar da freguezia de Longos, e sobranceiro a elle exsite uma capella dedicada a S. Thiago, que no Livro das Visitações d'esta parochia se diz em 1765 ter sido matriz d'ella.

terciam panis et medium vini; et de duobus dant pro directuris singulas spatulas, et j. soldo pro fugacia, et singulos bracales, et singulos cabritos, et singulos caseos, et singulos alqueires de castaneis, et iij. capones cum xxx. ovis, et ij. frangaos; et de alio casali dant unum bracale. Habet ibi eciam Rex quasdam quebradas, de quibus dant terciam panis, et quasdam uveiras et castinarios, pro quibus dant xiiij. capones, et clx ova, et v. gallinas, et iij. solidos minus ij. denarios, et j. quarta vini. Et in Varzeela habet Rex iiij. casalia, et dant inde terciam panis et lini, et medium vini; et pro directuris xij. bracales, et iiij. spatulas, et iiij. almudes de vino, et iiij. cordeiros albos, et viij. capones cum lxxx. ovis, et iiij. caseos cum xl. ovis, pro fugacis ij quartarios tritici; et unam devesam regalengam quam tenet mulier que fuit de Johanne Verba negatam; et unam vineam quam fecit in Regalengo. Et ista casalia de Varzeelas tenet Stephanus Suerii.—Interrogati si habebat ibi magis negati, dixerunt: non.

2 — jurati dixerunt quod de ista collatione dant Regi: De casali de Paneia pro fossadeira xvj. cubitos de bracali, et j. spatulam cum alqueire de castaneis, et j. taligam tritici, et j. cabritum, et j. almude de castaneis. De hereditate de Saa pro fossadeira viij. cubitos, et j. spatulam, et cabritum, et taligam tritici. De hereditate de Outeiro v. cubitos et j. cabritum. De hereditate de Sauto iij. bracales minus cubitum, et spatulam, et j. cabritum, et j. taligam tritici, et iiij. denarios. De hereditate de Suerio Maurino v. cubitos. De hereditate de Pelagio Cidiz ij. cubitos. De hereditate de Menendo Agno viij. cubitos, et j. spatulam, et alqueire de castaneis, et j. cabritum. De hereditate de Luzo et de Ausinda Velia viij. cubitos et j. cabritum. Suerius Canias ij. cubitos. D. campo de Pardelas unam meitigam. De outeiro j. quartarium de castaneis. De casali qui fuit de Calvo xij. cubitos. Canardo iij. cubitos, et pectant vocem et calumpniam. Et de casalibus regalenguis de Varzeela dant Maiordomo de pane viij. solidos, et pedidam de Maiordomo, et dant vitam quando mittunt cabedalem.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus, sed ecclesia Sancte Marie Vimaranensis.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et Monasterium de Costa habet ibi ij. casalia. Et Hospital j. almude. et luctosam.

Vide *Ibidem*, pag. 10, 82, 172 e 215.

Penacova — S. Mamede de

1 — De Sancto Mamete de Villa Cova. Menendus Petriz capellanus, Menendus Martiniz, Fernandus Venegas, Johannes Venegas, Menendus Petri, Martinus Venegas, Fernandus Petri, Johannes Pelagii, jurati dixerunt quod Rex habet ibi duo casalia, et dant inde terciam de outono, et de milio regado dant medium, et de quo non est regado dant terciam, et dant medium vini et lini; et pro directuris unus dat j. bracale et porcum de j. bracali, et aliud dat ij. bracales, et ambo dant singulas spatulas cum vino et cum castaneis, et pro fugacis singulos sextarios tritici, et ij. ij. capones cum xx. xx. ovis, et singulos cordeiros albos, et singulos caseos, et singulas pernas de carneiro. In casali de Froian habet quoddam regalengum, unde dant j. sextarium de pane per quairam, et j. frangao, v. ova. Habet eciam in Froiaes unum casale, quod tenuit domnus Bespin et domnus Fernandus Bispo, et filii ejus, et homo qui habitabat ibi ejecerunt inde illum; et tunc ipse homo fuit ad dominum Regem Sancium et dixit ei qualiter ejecerunt illum inde, et quod erat regalengum, et tunc dominus Rex mandavit illum ibi habitare, et ipse habitavit ibi in vita sua, et post obitum suum remansit ibi filius suus et moravit ibi unum tempus; et postea ejecerunt illum inde, et ipse volebat ire ostendere domino Regi sicut fuerat pater suus, et ipse qui ejecerat eum inde vidit quod volebat ire ad Regem timuit et rogavit eum ut non iret illuc, et dimisit illum ibi habitare, et sic tenet illum pro regalengo. Et totum istud tenet Martinus Gunsalvi, pretor Vimaranensis.

2 — jurati dixerunt quod in ista collatione pectant vocem et calumpniam, et tenet inde domna Stephania duas partes, et Martinus Gunsalvi sextam, et Maiordomus Vimaranis alteram sextam.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus, sed Monasterium de Manzelis.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et Monasterium de Manzelos habet

---

(1) Esta freguezia está hoje incorporada na de S. Martinho de Penacova, do concelho de Felgueiras. E' provavel que o copista do documento original se equivocasse e lê-se *Villa Cova* em logar de *Pena Cova,* que é a verdadeira denominação.

ibi iij. casalia et tres quartas istius ecclesie. Et Monasterium Palumbarii iij. casalia medium.

Vide *Ibidem,* pag. 10, 82, 172 e 215. (1)

Penacova — S. Martinho de

1 — De Sancto Martino de Penacova. Menendus Petri abbas, Fernandus Petri, Dominicus, Martinus Seceirus, Johannes Gunsalvi, Dominicus Gunsalvi, Petrus Martini, Martinus Venegas, Martinus Gunsalvi, Pelagius Gunsalvi, Petrus Diaz, Johannes Petri, jurati dixerunt quod Rex habet ibi j. casale, et de quanto est regato dant inde medium panis, et de quo non est regato dant terciam, et dant medium vini et lini; et pro directuris ij. bracales, pro fugacis j. sextarium tritici, et spatulam cum vino et cum castaneis, et cordeirum album, et ij. capones, xx. ova, et caseum, et pernam de carneiro. Habet eciam ibi unum casale qui vocatur de Lupa, et dant inde terciam de octono et medium de milio; et pro directura j. bracale. Et in casali Palumbarii habet unum campum Regalengum, unde dant in portione j. sextarium panis, et j. frangao, v. ova. Et in casali de Didaco Bool habet alterum campum, unde dant sextarium panis, et j. frangao, v. ova; et unam leiram de vinea, unde dant medium vini. Et casale tenet Martinus Gunsalvi, pretor Vimaranensis; et campos et leiram de vinea tenet domna Stephania.

2 — jurati dixerunt quod in ista collatione pectant vocem et calumpniam, et tenet inde domna Stephania duas partes, et Martinus Gunsalvi sextam, et Maiordomus Vimaranis aliam sextam.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et j. casale et quartam de ista heremita. Habet ibi Monasterium Palumbarii viiij. casalia. Et Hospital medium casale. Et Monasterium Vilarini ij. casalia. Sanctus Vereximus iij. casalia minus quarta. Sanctus Jurgius unam casam et quosdam campos.

Vide *Ibidem,* pag. 10, 82, 172 e 215. (1)

(1) Esta freguezia pertence hoje ao concelho de Felgueiras.

Pencello — S. João de

1 — De Sancto Johanne de Penselo. Johannes Menendi capellanus, Petrus Pelagii, Gunsalvus Petri, Menendus Calvel, Menendus Cabeza, Johannio, Berufo, Didacus, Pelagius Johannis, Menendus Gunsalvi, jurati dixerunt quod de ista collatione dant Regi pro fossadeira iiij. bracales, et pectant vocem et calumpniam. Et homines qui habitant in Regalengo vadunt ad servicium Regis quando eos vocaverint.

2 — jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi v. casalia, de quibus dant terciam panis et medium vini; et pro directuris de duobus casalibus quod tenet Gunsalvus Petriz dant iij. bracales, et Menendus Calvet j. bracale, et de totis v. casalibus singulas spatulas cum castaneis, et singulos almudes tritici pro fugacis, et singulos capones cum x. x. ovis et cum lino, singulos frangaos, singulos cordeiros albos, singulos caseos cum x. x. ovis, et singulos lectones, si habuerint porcas. Et de uno sauto quod tenet Dominicus filius Johanni Vermuiz j. frangao et v. ovos. Et de campo regalengo quod laborant de casali de Pereira j. capom, x. ovos. Et de alio campo regalengo quod tenet domna Maior Menendiz j. frangao, v. ovos. Et de alio campo regalengo quod tenet casale de Hospitale j. frangao, v. ovos. Et de alio campo regalengo quod tenet casale de Sancta Maria j. frangao, v. ovos. Et de uno sauto quod tenet Johannes das equas j. frangao. Et de campo das Reveladas j. frangao, v. ovos, et viij. denarios. Et de campo de Lama xviij. denarios. Et de campo quod tenent do Telhado iiij. denarios. Habet ibi eciam campos et vineas regalengas, unde dant terciam panis et medium vini. Et de quebradas quas tenet casale de Gomicio Cambuo j. capom, x. ovos. Et de campo quod tenet Petrus Palmeira et Berufo j. capom, x. ovos. Et de chantados de casali de Rania j. frangao, v. ovos. De uno castineiro de Bona Olcara j. capom, x. ovos. Et istud Regalengum tenent serviciales Regis de Vimaranes.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus, sed est medietatem istius ecclesie de Sancta Maria de Vimaranes, et de alia medietate dant terciam panis et vini ad Hospitalem de senariis.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias, et de istis senariis dant inde de medietate terciam partem panis et vini ad Hospi-

talem. Et Sancta Maria de Vimaranes habet ibi v. casalia.

Vide *Ibidem,* pag. 15, 85, 174 e 217.

Pentieiros — Santa Eulalia de

1 — De parrochia Sancte Eulalie de Tavoadelo. Petrus Suariz clericus, Domnus Vincentius, Suerius Rea, Gunsalvus Petri, Menendus Petri, Petrus Pelagii, Petrus Gunsalvi, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi unum casale, et dant terciam panis. Habet ibi alios campos unde dant terciam.—Interrogati si erat ibi aliquod negatum, dixerunt: non.

2 — jurati dixerunt quod Rex habet ibi vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et ij. casalia. Et Monasterium de Costa j. casale.

Vide *Ibidem,* pag. 3, 76, 170 e 212.

Pinheiro — Salvador de

1 — De parrochia Sancti Salvatoris de Pineiro. Menendus Pineiro prelatus, Domnus Dominicus, Petrus Maurus, Gunsalvus Gunsalvi, Petrus Pequeno, Petrus Diaz, Menendus Gunsalvi, Pelagius Petri, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi iij. casalia, et tenet eos Fernandus Petri Salvatoris, et dant terciam panis et medium vini pro directuris *(sic).* Et habet ibi alias entradas, unde dant terciam panis et medium vini, et tenet eas ipse Fernandus Petri. Habet eciam ibi dominus Rex alias entradas, unde dant iij. modios de vino, et tenet eas domnus Stephanus Sueriz. — Interrogati si aliquid ibi erat negatum domino Regi, dixerunt: non.

2 — jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et v. casalia. Et Sancta Maria de Vimaranes j. casale et una vinea.

Vide *Ibidem,* pag. 3, 76, 170 e 212.

Polvoreira — S. Pedro de

1 — De parrochia Sancti Petri de Polvoreira. Geraldus Juliani prelatus, et Petrelinus, Garcia Diaz, Laurencius Petri, Johannes Diaz, Menendus Calvus, Menendus Diaz, Pelagius Agazo, Petrus Abelia, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi iij. casalia. Et de istis tenet Gomez de Rocha ij. casalia et dant terciam panis et medium vini: pro directuris singulos lenzos de bracale et singulas spatulas cum vino et cum castaneis, et singulas teeigas de centeno et singulas de tritico pro fugacis, et duos duos capones cum xx. xx. ovis; et unus dat cabritum et alter agnum. Et de altero casali dant terciam panis et medium vini: pro directuris ij. bracales, pro fugacis j. sextarium de tritico, ij. capones, xx. ova, spatulam cum vino et cum castaneis, et cordeirum album. Et dominus Rex debet ibi habere senariam de vino per se et quodam sautum. Et habet ibi eciam alias leiras unde dant terciam panis. Et de hereditate de Guylamiro dant iij. modios de vino. — Interrogati si aliquid ibi erat negatum domino Regi, dixerunt: non.

2 — jurati dixerunt quod de iij. casalibus quos dominus Rex ibi habebat dant inde pedidam de Maiordomo quando volunt segares suos labores. De hereditate que fuit de Pelagio Neto dant pro fossadeira ij. bracales. De casali quod fuit de Gunsalvo Menendi ij. cubitos. Et pectant vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et xiij. casalia medium. Habet ibi Hospital quasdam entradas unde habet j. taligam de pane. Sancta Maria de Vimaranes j. casale.

Vide *Ibidem,* pag. 1, 75, 169 e 211.

Ponte — S. João de

1 — De Sancto Johanne de Ponte. Johannes Petri prelatus, Johannes Menendiz, Petrus Menendiz, Petrus Martiniz, Petrus Petri, Menendus Vermuiz, Gomes Arias, Johannes Gunsalvi, Johannes Petri, Petrus Gomiz, Johannino, jurati dixerunt quod dominus Rex habet extra cautum, in Gustelanis, duo casalia et unam vineam cum sua devesa, et dant inde terciam panis et vini; et pro directuris de istis casalibus iij. iij. cubitos de bracali, et iij. iij. almudes tritici pro fugacia, singulos capones cum x. x. ovis, et singulos frangaos, du lino, singulas spatulas cum vino et cum castaneis, singulos cordarios albos, singulos caseos cum manteiga et cum x. x. ovis, et singulos savais, singulas pernas de carneiro. Et ista vinea cum sua devesa trajet Petrus Johannis Fafiaz pro natura. Habet ibi

eciam dominus Rex in Fontaelo ij. casalia et alias entradas, unde dant terciam panis et medium vini: et Gomez de Rochela tenet inde unum in prestimonio, et dant inde pro directuris j. bracale, ij. capones, xx. ovos et j. frangao, et pro fugacia unum sextarium tritici, et spatulam, et cordarium album, et caseum cum manteiga et cum ovis, et pernam de carneiro: et alter casale venit ad cellarium Regis, et dant inde pro directuris j. bracale, et j. capom, x. ova, et j. frangao, et pro fugacia iij. almudes tritici, et spatulam, et cabritum, et caseum.

2 — jurati dixerunt quod de ista collatione extra cautum dant de quodam sauto in Guistilanes j. capom, x. ovos. Et de castinariis de Berufo j. frangao, v. ovos, et de aliis castinariis iiij. denarios. Et de una casa dant pro fossadeira ij. denarios. In Fontaelo de hereditate de campis dant pro fossadeira vj. denarios, et de quodam sauto j. capom. De hereditate de Quintana pro fossadeira viij. cubitos. Et pectant vocem et calumpniam extra cautum.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus, sed Sancta Maria Vimaranensis.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et ecclesia Sancte Marie de Vimaranes habet ibi cautum cum xxv. casalia. Et Hospital j. casale. Ecclesia de Villa Nova j. casale. Sancta Maria de Sauto j. casale.

Vide *Ibidem*, pag. 8, 81, 172 e 214.

Pousada — Santa Maria de

Vide **Balazar**, pag. 140.

Prazins — Santa Eufemia de

1 — De Sancta Eufemia de Fiiz. Johannes Petri prelatus, Martinus Sueriz, Johannino, Menendus Maurus, Suerius Afonso, Peainus, Menendus, Suerius Menendiz, Martinus Oseviz, Menendinus, Petrus Menendiz, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi quosdam campos regalengos et sautos, unde dant terciam panis et medium de castaneis. Et istud tenet Petrus Petri de Arguzaes.

2 — jurati dixerunt quod de ista collatione dant pro fossadeira viiij. bracales et iiij. cubitos et medium, et pectant vocem et calumpniam. Et de ista fossadeira et de calumpnia tenet Petrus Petri de Arguzaes iij. quartas, et altera quarta tenet Maiordomus Vimaranensis. Et de hereditate de filiis Petri Mauri solebant dare iiij. cubitos pro fossadeira et pectabant inde vocem et calumpniam, et gaanavit illam fratres Hospitalis et postea nichil dedit. De hereditate de Petro Savariguiz solebant dare iiij. cubitos pro fossadeira, et gaanavit inde Sancta Maria de Vimaranes quintam partem, et non dat quintam de ipsis iiij. cubitis. De Auteiro de hereditate de Sauto solebant dare ij. cubitos pro fossadeira, et modo non dant inde j. cubitum de portione de Sauto. De hereditate que fuit de Ruxo dabant iiij. cubitos pro fossadeira, et comparavit inde Johannes Petri Verba quandam portionem et evenit ibi ij. denarios et postea non dederunt illos.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et ij. casalia. Et Hospital habet ibi j. casale medium et alias entradas. Et Monasterium de Vilare j. casale. Et Monasterium de Sauto iij. casalia. Sancta Maria de Vimaranes iij. casalia.

Vide *Ibidem*, pag. 7, 80, 171 e 214.

Prazins — Santo Thyrso de

1 — De Sancto Tirso de Plazii. Godinus Petri capellanus, Menendus Pelagii, Martinus Petri, Menendus Laurencii, Petrus Pelagii, Petrus Martiniz, Monius, Gunsalvus Petri, Pedrelino, Johannes Stephani, Petrus Froiaz, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi quosdam Regalengos in Plazii, unde dant terciam de toto, et tenet eos Petrus Petri de Arguzaes, et ij. capones et ova. Et in Matheo habet unum casale, quod isti jurati viderunt illum habere ad Sanctam Mariam de Vimaranes; et domnus Petrus Amarelus, prior Vimaranensis, dedit ipsum casale ad Petrum Coronam in prestimonio, et tenuit illum in vita sua, et post obitum ejus tenet illum filius ejus domnus Petrus Petri. Et propter quod iste prior domnus Didacus voluit accipere ei ipsum casale, ipse Petrus Petri dixit quod est regalengum. Habet eciam dominus Rex alios Regalengos in Ulveira, unde dant terciam panis et medium vini, et laborant de illis de hereditate de Johanne Anriquiz, et dant pro directura et pro offrecione unum bracale et medium morabitinum. Laborant etiam de illis de hereditate que fuit de Pelagio de Ulveira, et dant pro directura j. capom, x. ovos. Et de ca-

sali de Outeiro laborant de illis, et dant pro directura j. frangao. Et de casali do Passaral laborant de illis, et dant pro directura ij. solidos. Et istud Regalengum de Ulveira tenet Stephanus Sueriz in prestimonio.

2 — jurati dixerunt quod de ista collatione dant de Auterelo pro fossadeira vj. cubitos medium et j. denarium. Et de Passaral ij. cubitos. Et de casali de Bafaul j. cubitum, et comparavit inde Johannes Anriquiz terciam de ipso casali et postea non dedit terciam de ipso cubito: et de altero casali de Bafaul dant ij. denarios. De Requeixo medium cubitum.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et j. casale. Et Hospital ij. casalia. Et Sancta Maria de Vimaranes xj. casalia et unam vineam. Et Monasterium de Sauto v. casalia.

Vide *Ibidem*, pag. 7, 81, 171 e 214.

Regilde — Santa Comba de

1 — De Sancta Columba. Petrus Garcie clericus, Michael Laurencii, Salvador, Petrus Petri, Johannes Petri, Dominicus Petri, Gunsalvus Petri, Menendus Petri, Petrus Menendiz, jurati dixerunt quod Rex habet ibi quosdam Regalengos, de quibus laborant de servizaia domni Martini Johannis, et dant inde j. sextarium de pane per sesta, et j. frangao, v. ova. Et de alio, qui vocant Mandezom, qui laborant linagem de Menendo Roza, similiter dant j. sextarium de pane, et j. frangao, v. ova.

2 — jurati dixerunt quod de ista collatione dant Regi pro fossadeira v. almudes de vino, et pectant ibi vocem et calumpniam. Et Martinus Tirla est Maiordomus terre, et Menendus Moniz fuit Maiordomus.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et Monasterium de Vilarino habet ibi unum casale. Et Monasterium de Manzelis j. casale. Et Monasterium Palumbarii j. casale medium. Et Monasterium de Ceti ij. casalia.

Vide *Ibidem*, pag. 11, 83, 173 e 216. (1)

(1) Esta freguezia pertence hoje ao concelho de Felgueiras.

Rendufe — S. Romão de

1 — De Sancto Romano de Rendufi. Laurentius Menendiz abbas, Petrelinus, Gomez Menendiz, Pelagius Petri, Fernandus Johannis, Laurentius Menendiz, Martinus Gomiz, Menendus Petri, Petrus Johannis, jurati dixerunt quod habet ibi Rex v. casalia, et dant inde terciam, et de quo non regant dant quartam, et de quanto rumpent dant quintam in primo anno; et pro directuris dant singulas spatulas, et singulas taligas de centeno pro fugacis, et singulos cabritos cum x. x. ovis, et singulos caseos, et singulos capones cum x. x. ovis, et singulos solidos. De Regalenguis quos Johannes Petri traget dat inde terciam et de illis nonam panis; et pro directuris j. caponem, x. ovos. Et de Regalenguis quos laborant homines Hospitalis dant terciam panis; et pro directuris j. caponem, x. ovos. Et de Regalenguis quos laborant de hereditate de domna Onega dant de illo terciam et de illo nonam; et pro directuris j. caponem, x. ovos. Et de Regalengo, quod laborant de casali de Martino Bernaldi et de Johanne Petri, dant terciam; et pro directuris j. caponem, x. ovos. De Cernados dant terciam panis; et pro directuris j. spatulam, et pro fugacis j. taligam de centeno, et j. cabritum, x. ovos, et caseum, et caponem, x. ovos, et j. solidum. Habet ibi eciam Rex unum Regalengum, quod jacet super devesam de Valias, et traget illum Laurencius Gunsalvi, et non dat inde nichil. Et in ipso casali de Martino Bernaldi et de Johanne Petri habet campos regalengos et vineam et acheda, et ad portam et intus in conchouso, unde debebant dare terciam, et tenent illum negatum. Et istud tenet Petrus Petri de Arguzaes in prestimonio.

2 — jurati dixerunt quod in ista collatione dant Regi de hereditate de Bispo nonam partem panis, et spatulam, et j. taligam de centeno, et cabritum x. ovos, et capom x. ovos. Et de casali istius ecclesie sextam partem panis, et spatulam, et taligam de centeno, et cabritum x. ovos, et caseum, et capom x. ovos, et vj. denarios. Pectant ibi vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et j. casale. Et Monasterium de Sauto habet ibi vij. casalia. Et Hospital j. casale.

Vide *Ibidem*, pag. 13, 84, 173 e 216.

Ruivós — S. Pedro de

1 — De Sancto Petro de Ruvoos. Martinus Gunsalviz, Petrus Fernandi, Fernandus Pelagii, jurati dixerunt quod Rex habet ibi iij. casalia unde dant terciam, et de locis quartam, et pro directuris iij. spatulas et iij. sextos de castaneis et iij. cabritos.

2 — jurati dixerunt quod in ista collatione non habet Rex ullum forum.

3 — jurati dixerunt quod non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias.

Vide *Ibidem*, pag. 3, 77, 170 e 212. (1)

Sande — S. Clemente de

1 — De Sancto Clemencio de Sandi. Menendus Sueriz capellanus, Menendus Arias, Martinus Diaz, Petrus Gunsalvi, Gunsalvus Johannis, Petrus Petri, Pelagius Didaci, Petrus Pelagii, Fernandus Fernandiz, jurati dixerunt quod Rex habet ibi quosdam Regalengos unde dant terciam, et in locis quartam; et ex illis dat Maiordomus cui vult pro sua offretione.

2 — jurati dixerunt quod de ista collatione dant Regi pro foro vij. bracalia et iij. cubitos. Et de Pineiro pro fossadeira unum bracale, et vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et habet ibi Monasterium de Sandi xx. casalia. Et ecclesia de Villa Nova ij. casalia. Et Monasterium de Caramaros iij. casalia.

Vide *Ibidem*, pag. 3, 76, 170 e 212.

Sande — S. Lourenço de

1 — De Sancto Laurencio de Sandi. Domnus Durandus, Suerius de Sandi, Fernandus Fernandi, Petrus Menendiz, Petrus Petri, Laurentius Johannis, Gunsalvus Facundi, Gunsalvus Menendiz, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi j. leiram, unde dant terciam.

2 — jurati dixerunt quod dant Regi pro fossadeira de Currelos minores j. bracale et vj. denarios, et vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod non est patronus, sed Monasterium de Sandi.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et habet ibi Monasterium de Sandi xviiij. casalia minus quarta, et unam grancham, et quasdam entradas.

Vide *Ibidem*, pag. 3, 76, 170 e 212.

Sande — Santa Maria de Villa Nova de

1 — De Sancta Maria de Villa Nova de Sandi. Fernandus Suariz capellanus, Gunsalvus Valasquiz, Martinus Menendiz, Domnus Didacus, Johannes Petri, Fernandus Gunsalvi, Fernandus Petri, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

2 — jurati dixerunt quod de v. casalibus istius ecclesie dant Regi iij. bracales minus j. cubitum pro caritel, et singulas gallinas; et de sexto casali dant ij. cubitos pro fossadeira. De hereditate de Lagea dant vij. cubitos pro fossadeira. Et pectant ibi vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et vj. casalia.

Vide *Ibidem*, pag. 10, 82, 172 e 215.

Sande — S. Martinho de

1 — De monasterio de Sandi. Johannes Petri capellanus, Martinus Pelagii, Gunsalvus Sueriz, Alfonsus Fernandiz, Menendus Sueriz, Pelagius Sueriz, Johannes Menendiz, Petrus Pelagii, jurati dixerunt quod Rex habet ibi quandam leiram de Regalengo de Ruvoos, et alios campos trans rivulum, de quibus sunt medios regalengos et medios istius monasterii, et dant inde terciam, et tenet illos domnus Petrus Petri in prestimonio.

2 — jurati dixerunt quo de ista collatione dant Regi pro fossadeira iiij. cubitos.

3 — jurati dixerunt quod non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod iste Monasterius habet ibi vj. casalia medium. Et Hospital quarta de j. casali et quadam leiram, unde dant ei portionem et j. gallinan.

Vide *Ibidem*, pag. 3, 77, 170 e 212.

Sande — S. Martinho de Villa Nova de

1 — De Sancto Martino de Villa Nova de

---

(1) Esta freguezia está hoje incorporada na de S. Clemente de Sande.

Sandi. Gunsalvus Suariz abbas, Pelagius Gomiz, Paiothe, Petrus Gunsalvi, Petrus Silvester, Martinus Pelagii, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

2 — jurati dixerunt quod de ista collatione dant Regi pro fossadeira de tribus casalibus xij. cubitos de bracali et iij. gallinas. De quintana de Maria Gunsalviz xiij. denarios et mealiam, et pectant vocem et calumpniam, et tenet eam Martinus Gunsalviz pretor Vimaranis.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Habet ibi Sancta Maria de Villa Nova vj. casalia minus quarta.

Vide *Ibidem,* pag. 10, 82, 172 e 215. (1)

S. Torquato

1 — De Monasterio Sancti Torquati. Laurencius Menendiz prepositus, Martinus Johannis, Simeon, Requexo, Pelagius Pelagii, alter Pelagius Pelagii, Petrus Menendiz, Martinus Pelagii, Martinus Ribeira, Pelainus, Petrus Petri, Martinus Menendiz, Petrus Diaz, jurati dixerunt quod dominus Rex habet in ista collatione extra cautum, in Urgildi, xi. casalia, et dant terciam panis et vini; et pro directuris singulas spatulas et singulos cabritos: et qui habuerit porcam et genuerit dabit lectom. Habet ibi alium campum ad portam palumbaris unde dant terciam; et pro directuris spatulam et cabritum. De media vessada de Lama dant terciam panis; et pro directuris mediam spatulam et medium cabritum. Et de senaria, quam dederunt ad casalem de Trasrivulo, dant terciam panis; et pro directuris duas partes de spatula et de cabrito. Et istum Regalengum tenet Alfonsus Rodirici miles in prestimonio. Et in Sagadi habet Rex xvij. casalia, et dant duodecimam panis et sextam vini; et pro directuris xvj. spatulas, quarum una est cocta, et unum quadrazilem, et xv. cabritos, et unam ranoadam, et v. bracales et iiij. cubitos medium, et xx. denarios: et si habuerint porcas et peperint, unusquisque dabit de una lecticam. Habet ibi Rex quosdam campos, unde dant terciam. Et istud Regalengum tenet Petrus Roderici capellanus domini Regis. Et in Vilare habet Rex quosdam Regalengos, unde dant terciam.

2 — jurati dixerunt quod de xj. casalibus, quos dominus Rex habet in ista collatione extra cautum in Urgildi, dant inde Maiordomo panis pro foro singulos frangaos cum x. x. ovos. Et de campo de Porta Palumbarii dant ei unum frangao, x. ovos. Et de una senaria qui laborant de casali de Tras Rivulo dant ei duas partes de j. frangao et de x. ovos. Et est pro foro quot laborarent de istis Regalenguis debent dare singulos frangaos cum x. x. ovos. Et homines istius Regalengui veniunt facere ramatam domino Regi. Et de xv. casalibus regalenguis de Sagadi dant pro foro Maiordomo panis xv. frangaos, et quando dividunt messem dant ei singulos denarios. Et homines de Mozechi et herdadores qui ibi laborant dant ei similiter singulos denarios. Et Menendus Neto, et Pelagius Pelagiz, et Petrus de Oculo, fuerunt Maiordomos de terra et de pane. Et Prestamarius pausat in casalibus ipsorum Maiordomorum. Et in Vilare de hereditate de Monio Torvisco dant pro foro spatulam, et pro fossadeira j. bracale. De hereditate de Alvito Digareiz spatulam et cabritum. De hereditate que fuit de Menendo Rauco pro fossadeira iij. cubitos, et ij. frangaos, xx. ovos, viij. denarios. De hereditate que fuit de Petro Tedoniz pro foro j. franganum, x. ovos, et viij. denarios. Et Dominicus Petri et Pelagius Petri sunt Maiordomi. Et est pausa Maiordomis, et dant ei vitam qualem habent. Et pectant ibi vocem et calumpniam.

3 — est patronus.

4 — jurati dixerunt quod iste Monasterius habet unum cautum ubi sunt xxxvij. casalia, unde habent rationem et directuris. Et habet in ista collatione extra cautum Monasterium de Sauto j. casale, et Sancta Maria de Sauto j. casale.

Vide *Ibidem,* pag. 7, 80, 171 e 214.

Selho — S. Christovão de

1 — De Sancto Christofano de Ripa Selii. Laurencius Petri clericus, Petrus Menendiz, Pelagius Petri, Johannes Gunsalviz, Suerius Petri, Vilançao, Petrus Petri, Menendus Petri, Menendus Franco, Menendus Menendiz, Martinus Petri, jurati dixerunt quod dominus Rex habet ibi iij. casalia et medium. Et don Gomez de Rocha tenet unum ex illis in prestimonio, et

(1) Esta freguezia está hoje incorporada na de Villa Nova de Sande.

dant inde terciam panis et medium vini; et pro directuris unum bracale, j. teigam tritici pro fugaza, et spatulam cum almude de vino et castaneis, et caseum, et capom, et frangao, x. ova, et lectom. Et alii duo casalia veniunt ad cellarium regis, et dant inde terciam de outuno et medium de milio et medium vini; et pro directuris singulos bracales, et singulas spatulas, singulos cabritos, singulos caseos, singulos lectones, et ij. ij. capones cum xx. xx. ovis, singulos frangaos, singulas taligas de centeno pro fugacis. Et de medio casali dant terciam panis et medium vini; et pro directuris spatulam cum castaneis et cum vino. Et de quebradas de Cardido ij. quartarios inter panem et vinum; et pro directuris ij. capones et xx. ova.

2 — jurati dixerunt quod de duobus casalibus regalenguis dant Maiordomo panis singulos solidos pro meitiga. Et de ista collatione dant pro fossadeira Regi v. bracales et iij. cubitos et terciam de cubito, et Maiordomo panis dant ij. cubitos, et dant etiam spatulam cum castaneis, et taligam tritici, et cabrito. De Lovegildi dant pro fossadeira xviij. cubitos, et pro foro j. sextarium tritici, et ij. spatulas cum taliga de castaneis et cum quarta de vino, et ij. cabritos. De casali qui fuit de domna Anais pro fossadeira iiij. cubitos. De hereditate de Petro Albo et de Vilanzano cum fratribus suis pro fossadeira vj. cubitos. De Auteiro Lavado pro fossadeira viij. cubitos, et pro foro taligam de tritico, et spatulam cum vino et castaneis, et cabritum, et capom, et x. ovos, et taligam de avenis. De casali de Portela j. taligam de avenis. De casali de Ripa Selii de Johanne Petriz j. taligam de avenis, et vocem et calumpniam.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias. Et Sancta Maria Vimaranensis habet ibi v. casalia. Et Hospital medium casale.

Vide *Ibidem,* pag. 5, 78, 171 e 213.

Selho — S. Jorge de

2 — jurati dixerunt quod dant de ista collatione domino Regi pro fossadeira vij. bracales v. cubitos. De hereditate de Menendo Pipeiro ij. gallinas. De hereditate de Condomias j. sextarium de vino, et vocem et calumpniam. Et de ista ecclesia dant vitam Maiordomo qualem tenent.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet bonas senarias, et xvij. casalia, et quebradas, unde habet ij. quartarios.

Vide *Ibidem*, pag. 67, 159, 203 e 255. (1)

Silvares — S. Clemente de

1 — De Sancto Clemencio de Silvares. Johannes Gunsalvi abbas, Petrus Petriz, Pelagius Garcie, Suerius Sueriz, Fagundo, Fernandus Martiniz, Petrus Pelagii, Martinus Petri, Petrus Pequeno, Martinus Garcie, Petrus Fernandiz, jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi Regalengum.

2 — jurati dixerunt quod Rex nullum habet ibi forum.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est inde patronus, quia dedit illam Rex domnus Sancius cum ipsa villa ad domnam Mariam Arie per cartam, et domna Maria dedit illam cum vj. casalibus Monasterio Sancti Tirsi.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia est de Sancto Tirso cum vj. casalibus. Caramaros ij. casalia. Antimi iij. casalia. Refoios j. casale.

Vide *Ibidem*, pag. 48, 132, 193 e 242. (2)

(1) Esta freguezia pertencia em 1220 ao julgado denominado *Terra de Vermui*, hoje é do concelho de Guimarães.

(2) Esta freguezia pertencia em 1220 ao julgado denominado *Terra de Monte Longo*, depois pertenceu ao concelho de Guimarães e actualmente ao de Fafe.

Travassós — S. Thomé de

1 — De Sancto Andre. Non habet ibi prelatus, quia fuit cum Archiepiscopo et non dimisit ibi clericum. Petrus Rial, Menendus Pelagiz, Martinus Pelagiz, Petrus Gomiz, Gomecius Petri, Pelagius Pelagiz, Petrus Petriz, Petrus Pelagiz, Menendus Petriz, Gomecius Osoriz, Menendus Menendiz, Menendus Fernandiz, jurati dixerunt quod Rex habet ibi unum campum regalengum, unde dant terciam. Et de villa de Felgueiras est medietas Regis, et habet ibi vj. casalia de veteri, et dant quintam panis et de veiga quartam; et pro directuris singulas spatulas, et singulos cabritos, et qui habuerit porcam singulas lecticas, et singulos frangaos. Et istud tenet domnus Stephanus Sueriz.

2 — jurati dixerunt quod in ista collatione habet xxviij. cabecias de casali de populatoribus, et unum de illis fuit de judice terre et non dabat inde directuram sed quamvis habet tale forum quomodo alia. Et habent omnes pro foro quod quot focos in illis habuerit dant singulas spatulas cum duobus porris, et cabritum si capram habuerit, et lecticam si porcam habuerit, et singulos frangaos, et pro fugaciis de ista collatione iij. modios ij. quartarios de centeno per mensuram terre, et xxiiij. bracales iij. cubitos medium. Et de Octeiro de censuria vj. quartarios de panitio per stivam. Et in Asturaos de casali de Charmeli xv. taligas de panitio. Et quidam illorum jurati dixerunt quod viderant in ista ecclesia pausare Infantem et don Petrum Ooriz in tempore Regis domini Affonsi, et Rex domnus Alfonsus defendidit eos quod non pausarent ibi. Et domnus Gunsalvus Roderici pausavit ibi in tempore Regis domni Sancii, et Rex domnus Sancius defendidit ei quod non pausaret ibi. Et in tempore Regis domni Affonsi secundi pausavit ibi Stephanus Suariz, et dixerunt istud domino Regi Alfonso, et defendidit ei quod non pausaret ibi. Et dixerunt quod debent dare spatulas de meliori porco quem habuerint. Et si habuerint porcum qui valeat unum bracale debent inde eis recipere spatulam. Et si porcum vendiderit ex die Sancti Martini adeante debet se avenire melius quod potuerit cum Maiordomo. Et spatulas debent levare quantum habet de ista collatione usque ad Vimaranes: tamen fecerunt illas eis levare ad Belmir. Petrus Gomez est Maiordomus terre. Gomez Osoriz de areis. Petrus Petriz de terra et de areis. Menendus Martiniz de Vizella de terra. Et Pelagius Suariz de terra et de areis, et habet filios. Et Petrus Exeminiz fuit de terra. Et Petrus Sendiniz de terra et de areis. Petrus Menendiz de terra. Et Pelagius Seara de terra. Et in casali de Gosendo fuit servizaria et cecidit. Et Pelagius Loefreiz habebat ibi suam hereditatem bonam ingenuam de qua nullum forum faciebant Regi, et venit don Petrus Ooriz, qui tenebat ibi terram, et fecit ibi servizariam et pauzam per forciam, et quando ibi non tenebat servizariam pausabat ibi, et quando ibi tenebat non pausabat ibi. Et Maiordomus terre quando fuerit ad domos hominum comedet cum illis de illo quod eis invenerit. Et Ricushomo quando vadit ad terram pausabit cum Maiordomo si voluerit. Et habent Maiordomi talem forum quod dum fuerint Maiordomi non dant forum de suis hereditatibus et levant decimam de quanto trahunt. Et servizaria habet ibi prestimonium Cortinas et Rial, et non dat inde portionem. Et in ista collatione pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad intorviscatam ad Rivulum de Vizella semel in anno, et dant luitosam unde dant forum. Et istud tenet Stephanus Suarii pro prestimonio.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod ista ecclesia habet senarias et vij. casalia. Et Hospital habet ibi quartam de casali. Et Monasterium de Costa medium casale.

Vide *Ibidem*, pag. 60, 149, 199 e 249. [1]

Villarinho — S. Miguel de

1 — De Monasterio de Villarino. Menendus Menendiz frater, Martinus Garcie, Gunsalvus Petriz, Menendus Pelagii, Dominicus Sueriz, Pelagius Ribeira, Dominicus Johannis, Petrus Pelagii, Johannes Petri, Petrus Diaz, Dominicus Laurencii, jurati dixerunt quod Rex non habet ibi Regalengum.

(1) Esta freguezia pertencia em 1220 ao denominado *Judicatu de Travazoos*, posteriormente pertenceu ao concelho de Guimarães e hoje ao de Fafe.

2 — jurati dixerunt quod Rex non habet ibi forum.

3 — jurati dixerunt quod Rex non est patronus.

4 — jurati dixerunt quod iste Monasterius habet ibi senarias et xxiiij. casalia. Et Monasterium Sancti Tirsi j. casale. Ecclesia Sancte Marie Vimaranensis quasdam entradas.

Vide *Ibidem*, pag. 70, 163, 207 e 259. (1)

CXCV

Inquisitiones. Ex Publico Archivo hoc monumentum describendum curavimus. (2)

?

Isti sunt testes interrogati de Regalengo abscondito et de maladiis

Domnus Ramirus Judex iuratus et Interrogatus dixit quod ille habebat unam maladiam in sancto Michaelem de monte Et mende osoriz qui creauit unum suum filium in frectas qui est seruicialis Regis dixit quod rupiuit unum campum jn sam Radanhas Regalemgo cum Suis cunatis et dant inde quartam Et Maiordomj demandant inde illi tertiam dixit quod audiuit dicere quod pretor vimaranis habet maladiam et neciabat ubj. Et Duranus martiniz Maladiam in Ripa Vizella e in auezam et in Tauoadelo et in terra de Vimaranis Ermigius uenegas maladiam in Monte e Johanes fernandiz maladiam in terra Vimaranis — Suerius petriz judex maladiam in Monte et Dixit de Maiordomibus quod querebantur de petro goncaluiz qui non dabat eis suum directum de ipso Regalengo quod tenet de creiximir. Et in Ripa de Selio et similiter de Suario petriz quod non dat eis suum directum de Regalengo quod tenet et non dat directuras quas debebat dare et dixit quod casales non populant et sunt heremi propter Duram martiniz qui minatur Maiordomos et conquerentur de eo quia dicunt quod abstulit eis suum directum et dixit quod conquerebantur. Maiordomi de Petro gonçaluiz qui abstulit linos suos et dixit quod Bernal simoiz tenet uno castinario in auezam quod est Regalengo et aliud in Asorei et tolit inde linum. Et maurus regnaldiz tenet regalengum et dixit Maiordomj quod non dat eis suum directum quale debet dare. Et domna Tarasia aluinj tenet regalengum et facit inde sicut domnus Maurus. Et pelagio de Rochela tenet unum Sautum de prestimonio. M. Tabellionj et dat inde medietatem de castanario et dixit quod in Creiximir non habebant hereditas liberta nisi quanta fuerint de franco et dixit quod Maiordomi conquerebant de Caldas quod erant inde multi Regalengi et faciunt illud liber iam et similiter de johane suariz in Creiximir dixit quod Goncaluus cambitus fecit domos in Carcaua Regis et dum faceret illas ipse judex dixit ei quod in Carcaua faciebat illas dixit etiam de defesas sicut inferius dictum est per pretorem —

Domnus Gomez da Rochela iuratus et interrogatiis dixit per omnia sicut judex de auditu addidit quod audiuit Maiordomos conquerentes de hereditate de astrufi quod homines diuidebat illam inter se et faciebant illam liberam et est regalengum et fuit iam ibi Seruizaiam dominj Regis et dixit quod audiuit quod ex soueraria de portela de ffrectas usque ad hereditatem scilicet portelam de manibus mulieribus quod omnis qui ibi morantur debent esse dominj Regis et dare illi directuras exceptis illis de hereditate de condado et de Geyrosa et quod Johanes fernandiz fecit unam senariam in auezam et faciebant Maiordomj raucuram de eo quare non dabat eis suum directum de ea et eciam non audebant intrare in Matamaa propter ipsum Johanem fernandiz dixit etiam quod Petrus Gonsaluj tenet unum molendinum super riuulum merdarij iuxta fontem abbatis et dixit quod est tale forum de Nantimir quod debebant habere ibi — XI. casalia populata et non sunt inde populata nisi tria et debent dare me-

(1) Esta freguezia pertencia em 1220 ao julgado ou termo denominado *Refoios de Monte Corduba*, *Castello de Refoios*, *Monte Cordoba*, ou finalmente *Castello de Refoios de Monte Cordova*, posteriormente pertenceu ao concelho de Guimarães e hoje ao de Santo Thyrso.

(2) Collocamos aqui este diploma, que, apesar de não estar datado e provavelmente não pertencer ás Inquirições de 1220, conforme diz A. Herculano, *Hist. de Port.*, tomo II, pag. 432 da 4.ª edição, não será mui posterior. Conjecturamos que semelhantes averiguações seriam feitas para complemento d'aquellas e quiçá no mesmo anno; as testemunhas *Ramirus judex* e *Gomecius de Rupella*, que n'estas depozeram, foram inquiridores n'aquelloutra diligencia.

dietatem uini et tertiam panis et directuras et sunt ibi senarie quas debent seruiciales de vimaranis laborare per se uel dare eas cui uellent in quocumque anno et modo tenet eas. Gl. cambito et menendus torcadiz et Gl. petriz de nantimir dixit etiam quod in Caldis habebant iiij.^{or} castinarios regalengos de quibus ecclesia sancti Johanes tenet duo et sanctus Michaelis alia duo et dixit de defesis sicut inferius dictum est per pretorem —

Martinus gonsalui pretor vimaranis iuratus et interogatus dixit per omnia sicut judex et G. darochela de auditu addidit etiam de se ipso quod fuit creatus in passalibus ecclesie sancti Michaelis de Caldis et ideo habet ibi iij^{es} homines et v^{e} mulieres uiduas et jn ffrectas ij homines tamen non abstulit directum inde Maiordomo dixit etiam quod defense domnj Regis sunt male parate et sindit eas multi homines ad erigendum suas vineas ingenuas et pro inde alij homines non habent unde erigant vineas domini Regis.

Martinus stephani Maiordomus iuratus et interrogatus dixit in omnibus sicut judex et dom G.^{o} et pretor preter quod addidit et dixit quod chausa qua ille tenet in adegania dat inde suum directum Maiordomo et dixit de filijs de Johane stephaniz quod habebant unam vineam in adegania et uidit maiordomum intenciare illam multociens et nescit si per denarios si per aliquod conposuerunt se cum eo tamen nunquam uidit inde leuare forum.

Sueriuz petriz olim Judex iuratus et interrogatus dixit per omnia sicut judex et dom G. de Rochela et M. Goncaluiz pretor et m. stephaniz preter quod addidit et dixit quod de illo Casali de Creiximir quod fuit de menendo abbate quod menendus abbas habuit illud liberum et post mortem suam dimisit illud mihi Suerio petriz. Et post ea Maiordomj demandarunt ei illud et pater predicti. S. petriz cum. G. pelagiz suo germano iuit ad dominum regem A. et dixit ei quod maiordomi demandabant illi ipsum castenarium tunc dominus Rex dixit quod. S. petriz haberet illud casale sicut melius habuerat M. abbas addidit etiam quod prope illud casale habebat unum campum et medium erat castinarium Et alium medium Regalengum Et S. petriz plantauit illud totum et fecit ibi vineam. Et maiordommi demandabant suum directum de illa vinea. Et. S. petri posuit cum eis ut daret eis in quolibet anno. i. mr. postea dedit ipsam vineam leprosis. Et modo leprosi dant inde maiordomis ipsum mr. in quocunque anno. Dixit etiam de Quintana et de casalibus de creiximir quod sunt in Regalengo et antea erant iiii^{or} castinarii et cecidit unum de illis et fecerunt inde. iij. castinarios et dant inde directuras et aliud castinario prope sancti michaelis unum *(sic)* dant directuras. Dixit etiam de castinario de Menendo abbate quod de suis terrenis ipsius castinari et alijs terrenis regalengis fecit inde unum castinarium et non dant inde directuras. Dixit etiam quod si dominus rex abstulit ei ipsum castinarium quod fuit de Menendo abbate quod non habet nisi ingenium in Creiximir excepto uno campo quando ei uendidit Maurus regnaldiz per ingenuo et sciendum est quod dixit de ipso Campo esse Regalengo Item dixit quod habet. i. castinarium sub sancto chrispouaa in vilzella et habet ibi unum Campum Regalengo et nichil dat. Item in Tauoadello tenet campos regalengos et nichil dat inde. Item in sancto Georgio habet. ii. castinarios et illa castinaria laborant campos regalengos et debent inde dare suum directum et dixit quod jugarij debent dare illud directum. Item en Nespereira habet castinarium et laborant regalengum et similiter debent inde facere. Item in Aldam tenet campos et baucam et vnam paruam vineam regalengam et ibide habet vineam et campos regalengos et dat inde suum directum. Item dixit quod habebant sua germana in Tauoadello — i. castinarium Regalengum de populant si qua uis numquam uidit illud populant et dant inde totum suum directum excepto directuris.

Petrus gunsaluit maiordomus iuratus et interrogatus dixit in omnibus sicut judex et G.^{o} et pretor scilicet addidit de suo predicto Molendino qui est super Riuulum merdarium iuxta fontem abbatis quod dat inde in quocumque anno unum bracale et dedit dominus Rex A. illum taucinum et habuit. P. Gonsaluit illum de illo et dedit inde semper illud forum et dixit de sua hereditate qui est jn feruencia quod habet ibi regalengum de Laureiro et de Paacoo. Et directum de Laureyro leuat inde prestamarius— Et de Paacoo leuat inde. p. gunsaluit pro uno modio quod dedit dominus Rex ei prestimonio et dixit quod numquam plus habuit inde. Et dixit quod habet unam Senariam in lassos et super carrariam iiij^{or} pezas de vinea et quartam de terrenis de Castinario quod fuit de Caluo et

unam vineam que fuit de Petro bo et aliam que fuit de domno Saluatore et etiam aliam ipsius Saluatoris et iste vinee sunt Regalengas et dant inde suum directum domino Regi et excepto hoc dixit quod habet ibi unam quintanam et unam vineam quod ille tenet liberam de antecessore suo et dixit quod in fundo habet ille cum suo fratre Menendo gonsaluit ex utraque parte hereditatem Regalengam et in quintana patris sui de Ripa Aue: habet ibi hereditas regalenga set nescit quanta set ut putat est de Marcata et habet in lassos aliam hereditatem in Casali de Vermui et est Regalengam et non dat inde directuras et unum Castinarium iuxta Mazcotelos regalengum et non dat inde directuras. Et in Paceco. I—uineam cum quartam de una deuesa cum Castinarijs et est Regalengam et dant inde directum domino Regi — Et inter Auem et Silium habet paruum de Regalengo et dixit de fratre suo. Al. gonsaluit quod habet hereditatem regalengam in sua hereditate de Ripa Aue set nescit quanta Johanes petriz uillanus et ffernandus dominici — iurati dixit per omnia sicut Judex et Go et pretor —

DE TERRA DE SILUARES

ffernandus iohanis iuratus dixit quod domnus Saluator et menendus torcatiz cum sua germanidade plantauerunt campum de barrio de sauto unde dominus Rex solebat leuare. V — quartarios panis per quairam et modo — nisi VIJ — taleigas Item Petrus iohanis et Go. cochom cum sua germanitate tollent. I. quartario de eiradigo de castinario de Lauandeira. Item martim bernaldiz fecit. I. vineam in Aroi et nichil dat. Item de ueteri solebat habere. V. castinarios populant inter Cenaes et Siluares et multi homines uoluerunt et uolunt populare illa et non relinquent illa populare filij. Petri aluitiz et Petrus gunsaluiz et menendus gonsaluiz et al. gonsaluiz et suj fratres et johani petriz uillanus et leuant pane de terrenis ipsorum casalium ad hereditates suas ingenuas et maiordomus non est ausus intrare pro illo—Item al. gonsaluis et Pelagius petriz arrunperunt bauzas regalengas et nichil dant inde — Dixit etiam quod P. gonsaluiz aforciauit ei. V. quartarios panis de terrenis supra dictorum V.^e Casalium quando erat Maiordomus —

Petrus diaz et mames iurati dixerunt idem per omnia sicut ffernandus iohanis excepto quod dixit nichil sciebant de ipsis V. quartarios afforciatis —

DE NANTIMIR QUI EST PRESTIMONIUM DE CELLARIO

Gonsaluus petriz iuratus dixit quod audiuerat dicere ad suam socram et ad allios multos quod solebat ibi habere XII castinarios populant de quibus dabant XIJ quadraziles et post ea reuersum est ad spatulas et modo non sunt nisi V^e castinarios populant. Item dixit quod homines de Barrio plantant sautos unde rex solebat leuare pane et similiter facit. G. cambito. Item ipsi godo cambito plantauit unam leiram de vinea regalenga et nichil dat. Item dixit quod erant ibi vessadas quas seruiziales per se debebant laborare uel dare eas cui uellent pro offrecione in quocunque anno e modo tenet ex eis — godo cambitus et M. torcadiz et alij et ego supra iuratutus *(sic)* et tamen damus inde rationem pro inde seruiciales perdent inde offrecionem. Item G. da Rupella fecit deffensam unde dominus Rex solebat habere panis. Item donnus godi comparauit aquam de Regalengo et leuauit inde ad suam ingenuam illam aquam. Item dixit quod tollent prestimonio. IJ. bracales et I lenzo quos inde uidit iam ille dare. Scilicet filij de Martinus lauredo tolent unum et maior menendi alium de hereditate de donna vida et donnus Gomecius cum sua germanidade tollit supradictum lenzum quod solebant dare de quodam Molendino quam mutauit. frater eius — Johanes de Rupella —

Solteyro iuratus dixit ideo per omnia quod Gonsaluus petriz excepto quod Gum. petriz dixit de socra sua —

P. boga. iuratus dixit idem quod Gum. petriz excepto quod dixit de se nisi scire de leira. de G.º cambito et defensa de Gom. de Rochela set addidit quod P. de Rupella tenet unam vessadam de qua seruiciales debent leuare sicut de alijs superius dictum est. Et dixit quod audiuit a patre suo de casalibus sicut et Gum. petriz de socra sua —

DE TERMINO DE AUEZAM

ffernandus guterriz iuratus dixit quod Judex —S. Petriz filiat per forciam maximam partem de deuessa de mauros et homines de Auezam

quorum debent esse sciderunt illam et Judex prohibuit eis illam. Item al. coriz tenet. ij. leiras regalemgas et nichil dant inde. Et ber. Simois — i — leira et nichil dat. Item homines de al. coriz acceperunt regalemgum de chausa. Item est ibi — i — castenario hermum et tenent illud nepotes Pelagij ramiriz et Petrus aluitiz. Item aliud quod tenet Petrus monacus et est hermus. Item Petrus monacus collegit — i—campum ad suam vineam et plantauit illum et non dat inde. Item est ibi quidam paredenarium iuxta quisdam hereditates de quibus — Petrus monacus dat suum forum et audiuit dicere quod fuit campum de castinario regalemgum. Item quidam homo sancte crucis de Colimbria tenet duo castenarios hermos Regalengum. Item Petrus monacus em Pereira tenet aliud hermum et al. coriz aliud in chaos hermum et aliud in castinaria hermum Gonsaluus guterriz iuratus dixit idem quod frater suus ffernandus guterriz—Joham affonso iuratus dixit idem quod ffernandus gutterriz excepto de paredenario quod dixit se nichil scire —

De trasariz

Laurentius diaz iuratus dixit quod jn lobeira — Gum. fafiaz et martinus fafiaz cum sua germanitate tenent. i. castinarium hermum Et Jo. martijz cum sua germanitate aliud hermum in regresendo—Item audiuit quod In gumianes sunt multi castinarios hermos de quibus terrenis laborant homines de Go. de Rochela et homines prestimonij de Petro coronel —

Petrus abbas. iuratus dixit idem quod Lauremcius excepto de castinario de Gomiãees.

De castinario de arca

Menendo moniz iuratus dixit quod homines iudicis domni Ramiro et Palagius galo et Garcia pelagiz faber cum sua germanitate tenent campos de dicto casali et nolunt illos laborare nec permitunt illum illos laborare et pectat inde ille racionem pro ipsis campis et similiter faciunt de vinea de qua debebant dare suum directum et afforciat illum Judex donnus Ramirus —

De termino de Caldis

Joham frisom iuratus dixit quod Gum. de sancto Simeone mutauit duo casalia de hereditate Regalemga in aliam suam hereditatem quam dicit esse ingeniam et non dat inde directuras nec de terrenis quos laborat in Regalemgum nichil dat. Item dixit quod filij de gonsaluo didaci menent—i—castinario hermo et non dant inde directuras. Item in aldraos aliud castinarium similiter et de quibusdam suis terrenis Regalemgum nichil dant. Item castinarium de Lama est hermum. Et castinario de fontaelo similiter et non dant inde directuras. Et castinario de barreiro de menendo lalo similiter — Et castinario de Didaco abbate de iuxta sanctum michaelem similiter et dixit quod uidit de illo leuare directuras patri suo. Item aliud castinario ibi quod est hermum. Et in carualio habitant — iij — homines et una muliere uidua. et debebant dare singullas directuras et nichil dant inde. Et castinario de Didaco uizo est hermum Et castinario de Gum. ordiniz similiter. Et castinario de ffelmir quod fuit de Pelagio pelagiz similiter et fuit iam in illo seruizaria domini Regis—Et castinario de Portela est hermum Et castinario de Palumbare est populatum set tamem non dant inde directuras Et castinario de hermo et de populatus. Et castinario de Didaco gunsaluiz similiter. Et in caes solebat maiordomus habere—iij—directuras et non habet inde modo nisi—i—sd—. Et castinario de Lameiro de Infias est hermum. Et de omnibus istis castinaris non habet dominus Rex directuras et debet illas habere — Dixit etiam de Ecclesia sancti michaelis de Caldis quod dominus Rex debet illam abbadare cum militibus et parrochianis Dixit etiam quod Gina diaz debebat dare directuras et non dat.

Petrus petriz bruali et Johani pardo iurati dixerunt sicut johani frisom—Dominicus de Ribeiro. iuratus dixit quod donnus Geraldus non permictit illum populare — i — castinario regalengum quod est de Pelagio et est de Ripario.

Menendus petriz iuratus dixit quod ecclesia sancti Johanis de Caldis et Gum. Menendis de portela et milites de lagoas laborant in termino de Caldis et nichil dant domino Regi — Gum. de costa tollit panem de—ij—castinarios et de totis suis quebradis et de vinea de auelaendo cum totis suis uuariis nichil dat — Dominicus iarim et Dominicus muniz et Petrus gunsaluiz de carualio et Dominicus menendiz et omnis qui laborant illas ribadas de super sanctum michaelem usque ad Cerzeiram de montisinos nichil dant et bene perdet inde dominus Rex —

vij mds — in quolibet anno. — Gum. pelagiz et Dominicus cabaaza et Saluador frater suus et Petrus brualio laborant in ipsis quebradis et vineas de Lagoas et non dant Regi — Petrus moreira de multo quod laborat non dat. Martinus balteiro cum ss. fratribus laborat campos iuxta presam de paacio et alios multos campos cum illud et nichil inde dat. Duas uessadas iacent sub sancto michaele et tenent illas filij de Jo. de caldis et nichil inde dat quia dicit illas habere per cartam et tenent aliam uessadam mediam in lagea et diuidunt illam cum filijs de Gum. de caldis et nichil inde dant. Donnus Stephanus de felmir cum ss. fratribus tenet campos et nichil inde dat. Jh. diaz tenet alios campos et facit similiter. De Trans Monte de Portela de sancto Martino laborat Martinus barriga cum omnibus ss. germanis et Jo. pelagiz cristouaiz cum ss. fratribus et nichil inde dant. Et Suerius diaz — i — trygale iuxta domum suam et vineam de fontaelas cum suis campis qui sunt super illam et nichil inde dat. Et de alia vinea de broiali similiter et de omnibus vineis de Auelaeda de Gum. Mauro. et de Martino muniz et de Petro suariz de castello nichil dat. Et vinea que fuit de Jo. de caldis de Paacio cum istis campis quomodo uadit de super palacium usque super ipsam vineam nichil inde dant. Et donnus Giraldus cum omnibus ss. laboratoribus laborat ex castinario de cauto de sancto Petro usque super barrum et nichil dat et de omnibus bauzis de vilarino. Jh. folia cum ss. fratribus facit similiter — Dixit etiam quod totum istud monstraret regi suo pede et si aliquis dixerit quod aliquid de toto isto supradicto fuerit ingenium monstret per quod. Item dixit quod Jo. menendiz tenet unam vineam in bruali et facit illam ingenuam et non monstrat per quod Et Gl. trabalio laborat bauzas et quebradas regalemgas et facit illas de castinarios ingenuo et nichil inde dat Et dixit quod in toto termino de caldis non est alid ingenuum nisi illud quod erat ex parte militum.—

Petrus iohanis Martinus menendiz da pena — Didacus garcia Maurus regnaldiz — Dominicus sancij iurati dixerunt sicut menendus petriz —

De termino de Camdooso

Menendus reuisco. iuratus dixit quod castinarius de boleiros est heremum et perdet inde dominus Rex directuras. Et donnus Egas populant. i. castinarium Regalemgum et fecit ibi — i. vineam et non dat de illa nisi terciam et debebat dare medietatem per forum ipsius terre de castinario de Octeiro Johanes fafias dat de illo totum suum directum extra quod non dat quasdam directuras de caritel. Et castinarios de ffyza tenent filij de Petro solia heremum et mutauerum chausas de ingenuo in regalemgum et plantauerum sautos et deffesas et salgueiraes et ideo est totum castinarium destructum et ipsi tolunt Maiordomis racionem de Monte de maladoira qui fuit demarcatos per multos bonos homines pro ad regem. Et clericus sancti Jacobi collegit ad se — i — campum unde solebat maiordomus leuare racionem et modo nichil inde leuat. Et filij de Petro mauro tenent — i castinarium heremum —

Johanes de Pereira Reundo de candaoso. Stephanus perro-iuratus dixit sicut M.dus rauisco

De Ripa vizella

Joham frisom iuratus dixit quod michael menendiz tenet—i—castinarium heremum in uilla alua iuxta pensum et aliud castinarium in Enfias est heremum et alliud in Aubuimes que tenet. G° Garcia — Et aliud in torzi heremum per homines de Durando menendiz Et alliud in Caluos de Guilufi per Pelagium maurum de Riuulo malo Et aliud in Caluos per Michael menendiz et per P. Pelagiz Et aliud in Portela per judicem S. Petriz et de omnibus istis casalibus perdit dominus Rex directuras.

ffernandus guterriz—Petrus menendiz seruicial Johanes affonso. iurati dixerunt sicut Johanes frisom—

Petrus menendiz de Pensso. iuratus dixit quod Petrus menendiz de Sancto Pelagio tenet in penso. i — pezam de vineam et de campo et chausas et deffessas Regalemgum per marcos diuisados. Et — i — sautum quod talliauit et fecit ibi uineam dixit etiam quod non dant Regi de monte sicut habet in villa et de aquis similiter dixit etiam quod audiuit quod Maiordomus ibat ad castinario de villa alua maiordomare et modo non habet inde nisi— i —modio.

Menendo cunhado. iuratus dixit sicut Petrus menendiz et addidit quod iam inde leuauit racionem excepto de vinea de Sauto. Dixit etiam quod Taagildi tenet unum campum regalengum de quo iam ille dederat racionem Regi et modo nichil inde dant.

De Ripa Vizella

Joham frisom supra iuratus dixit adhuc idem quod Petrus menendiz de penso et ad addidit quod castinarios de Villa noua de Duranno martiz tenet. I — leiram quod debet esse de castinario de Sancio quod est domini Regis et est regalengam et nichil dant inde. Tenet etiam ipsum castinarium alium campum regalemgum qui debent esse de castinario de enfias et tamen dant racionem inde. Et castinario de Cedofeita tenet alium campum de castinario de Sancio. Et ffernandus pelagij fecit unam magnam vineam in campo de Nogueira et non dat inde nisi. IJ. quartarios panem per quairam et — IJ — frangaos cum x oua. Et menendus petriz et Tarasia petriz et Gl. gonsaluiz tenent Campos de castinario quod populauit — Jh. affonso et homo de Gomes garcia laborat terrenos de castinario de Aboimes et non dant inde nisi nonam partem et non monstrat per quod. Et judex S. petriz tenet unum magnum campum regalemgum quem laborat Petrus grilo et nichil inde dat. Item ipse Petrus grilo laborat campum qui est de castinario de Portela per suam forciam et de ipso castinario — debebat habere dominus Rex IIJ quintanas et modo filiant ei de illis. Dominicus martiz miles et Geraldus Poluoreira. Et homo de menendus petriz sedet in hereditate ingenua et facit magnam chausam in regalemgum et scindit ipse homo unum sautum de quo dabant I barcale et modo seminat ibi panem et nichil inde dat. Et menendus affonso tenet duo castinarios in Caluos et sunt regalemgos et nichil inde dat.

Johanes affonso iuratus dixit sicut Johanes frisom et addidit quod Dominicus pelagiz qui moratur in hereditate ingenua fecit chausas in regalemgum de qua iam ipse leuauit racionem. Item dixit quod audiuerat quod menendus petriz tenet. I — uessadam que debebat esse de castinario de Petrus menendiz seruicialis —

Donnus Saluador et molendinus seruicialis iurati dixerunt idem quod superius dictum est set molendinus dixerunt quod nichil sciebat de senaria menendi petriz et addidit quod laborat unam lamam Regalengum.

ffernandus guterriz—Petrus brualio—Petrus menendiz seruicialis iurati dixerunt idem quod Johanes alfonsi —

De inter auem et silium

Pelagius pelagis de veiga iuratus dixit quod in brandiam habet — IJ — castinarios heremos per forciam de Quintana de chamosinos et per villam de couas et sunt ibi naturales qui popularent illa nisi esset forcia. Item filij de Menendus uermilio cum sua germanitate tollent regi. I. lenzum de foro molendinarum de aue. Item de hereditate de uezerei quod tenet. Petrus gunsaluit et Johanes petriz uillanus debent dare in singullos annis — IJ — capones cum — XX — ouis et — I — quairam uini et modo nichil dant et dixit iam ipse inde leuare. istum totum Item de Sauto de Currus debebant dare — I — capom et non dant illum et etiam ipse iam leuauit illum. Item filij de Petrus allio plantarum sautum in campo de spinario unde iam ipse leuauit panem et modo inde nichil dant. Item de Octeiro lauado Johanes maurus et menendus gunsaluiz debebant inde dare in quocumque anno — I — spatulam et — I — almude vini — I — almude de castaneis — I — taleiga tritici et aliam de alio. I. capom cum x ouis et VIIJ cubitos de bracale — I — cabrito. et dixit se iam istud inde totum leuare et de toto isto modo nichil dant. Item in midi tenet Johanes petriz uillanus. I — uessada quam Maiordomus debebat per se laborare aut dare eam cui uult in quocumque anno pro sua offrecione et modo tenet ipse illam per forciam et non dat inde offrecione Similiter a. coriz tenet ibi — IJ — uessadas et sicut facit et de I debebat dare — I — bracale in quocumque anno et modo non dat illum et iam ipse inde leuauit illum. Item didacus monacus debebat dare de offrecione — I — quaira uinj in quocumque anno de senaria de Sanguinal et modo non dat nisi — VJ — denarios et iam uidit patrem suum inde illam leuare. Item de Octeiro lauado supradicto. Johanes maurus. menendus gunsaluiz supradicti tollunt campum de ualle ad castinarium de Varzea. Item dixit quod audiuit a patre suo et A. gomez scarnon et menendus rebisca et a menendo fol quod medietas de quintana est Regalemgum et modo non habet in Octauam. Item dixit quod quando erat maiordomus leuauit de castinario de bulmem. quod tenet S. petriz qui fuit Judex — I — quartario pane — per mensuram cellarij. IJ. capones cum XX ouis et bonam almeitigam et modo nichil inde dant. Dixit etiam quod leuauit de castinario de barrio. I—

quarteiro pane et bonam almeitigam et debebat inde maiordomus istud leuare in quocumque anno et modo tolunt illud. Gum. suariz e al. coriz Dixerunt etiam quod de castinario de rabaldo debebant dare pro directuris. I — spatulam cum uini et castaneis — I — taleiga triticj — I — cabrito. xīj — cubitos de bracale et de toto isto non dant Regi nisi sextam partem. quia Costa tollit totum aliud. Dixit etiam quod audiuit a patre suo quod debebant dare — viij — cubitos de bracale de castinario de Atrio sancti Georgij. Dixit etiam quod pater suus leuauit — viij — cubitos de bracale — I — cabrito de castinario de Miradoiro et modo nichil inde dat Judex S. petri qui tenet illud dixit etiam quod al. coriz. habet — I — castinario in sauto et plantauit ibi vineam in uno campo regalemgum Et quia Maiordomus iuit ad racionem uini. quam iam inde habuerat amercauit illam et plantauit de illa alium campum ingenuum et non dimitit laborare ipsum campum. Dixit etiam quod castinarium de Mauram quod est de costa tenet unam bonam leiram de vinea et de chausa et de deuesa regalemgum et nichil inde dant. Dixit etiam quod leuauit iam de castinario de Canardo pro vuarijs que ibi erant — I — quairam uini et — I — st. panis et modo al. coriz nichil inde dat. Dixit etiam quod audiuit a patre suo et ab alijs supradictis quod a petra retunda quomodo uadit per Cortinal et inde per petram de Pega quomodo partit cum sesgudi et fert in Ripa de Aue dominus Rex habebant inde quartam partem de toto et quando ipse erat Maiordomus leuauerunt inde racionem et uidit inde racionem patrem suum leuare vij — mds — per quairam et modo dominus Rex non habet inde usque II quartarios dixit etiam quod tota villa de Ripa Aue usque ad Penam longam dominus Rex debet habere quintam partem et hoc audivit ab alijs supradictis et a domno Ero et a Johane Eriz et A domna Egia qui adhuc uiuit. Dixit etiam quod uidit patrem suum leuare. I — modium uini de quintana de Palumbare de Ripa de Aue et modo nichil inde dant. Dixit etiam quod audiuit a supradictis et a multis alijs quod tota hereditas de varzeela que fuit de Johanes uerua quam modo tenet sua mulieri quod erat tota regalemgum excepto domo ingenam et propter hoc facto totam aliam ingenuam Et Judex S. petriz et Maurus regnaldiz et Menendus rebisca demarcauerunt illam per mandatum domini Regis S. dixit etiam quod solebant dare de foro de hereditate de Ripa Aue que fuit de Petro bonomem — ij — directuras et modo non dant nisi unam. Dixit etiam quod castinarium de Venadi quod fuit de Petro merlo dabant de directura — I — spatulam cum suo directo — I — cabrito — I — bracal — I quartario panis — pro eiradigo et modo Pelagius petri et al. gunsaluiz nichil dant tenent etiam ipsi — ij — leiras intus in sua senaria et faciunt illas ingenua. Dixit etiam quod menendus ueegas que non erat Maiordomus habbant — I. castinarium quod semper debent tenere Maiordomus. Et ipse Maiordomus dedit unum Campum. Ecclesie sancti Georgij. Dixit etiam quod totum istud monstrare pede —

De termino de frectas

Petrus menendiz osoris iuratus dixit quod S. petri judex habet ibi — I — castinarium de maladia sancti michaelis de monte unde dominus Rex leuabat directuras et ipse tollit eas ei. — Similiter facit ibi Johanes fernandiz de alio castinario et Petrus gunsaluiz similiter facit de alijs — ij — casalibus. Dixit etiam quod castinarium de Menendus est heremum propter filios de Petro abbate dixit etiam quod posuerum crucem in castinarium de Carral chaão et illas directuras quas dabant Regi dant eas hospitali. Dixit etiam quod faciunt ibi ij ceruiçarias et non debent esse nisi unam. Et propter hoc perdet dominus Rex directuras unius castinari. Dixit etiam quod audiuit de duobus domibus. Johanes de pumarez. I quartario panis pro fogacijs et modo non dant nisi — I — taleiga etiam quod Menendus de vilar tollit directuras. Similiter tollunt directuras de castinario de Pellagio guedelha dixit etiam quod Petrus de curugeira debet dare directuras dixit etiam quod pater suus receperat filium judicis Ramiri petri in filium in quantam hereditatem habebat et etiam ipse habet hereditatem regis—Dixit etiam quod Johanes diaz miles debebat habere quartam partem medietatis ville de frectas et dominus Rex iij quartas et propter illam quartam fere trahit ad se alias tres partes. Dixit etiam quod Laurentius uenzelio laborat campos regalengos in Sauugosa et nichil inde dat. Dixit etiam quod Johanes diaz ponit marcos per se sine populatoribus et intrat per forciam in locum honoratum regis ubi numquam miles nec aliquis alius intrauit et pascit herbas et accepit palleas. Pela-

gius menendiz Osoiro menendiz domnus Ero. Gom. petri de porral Johanes petri de octeiro alto iurati dixerunt idem per omnia sicut. Petrus menendiz excepto de marquis populatis. set osorio menendiz dixit de eis sicut ffrater suus —

De termino de agrela

Menendus deueso iuratus dixit quod quando Judex. S petri cum alijs multis bonis hominibus iuit ad agrelam scribere foros de agrela audiuit dicere quod Judex et alij inuenerunt quod monius fafiaz erat Maiordomus de terra propter illud castinarium quod habebat quia talem forum habebat et dabat de illo de Censura vij taleiga panis sicut modo dat et directuras et modo non dat inde directuras et illud castinarium erat pausa Maiordomis et illud castinarium uendidit Monius fafiaz ad menendus captiuum et modo est de ffreiria de Elbora et ipse demandauit inde directuras et promiserunt ei pro inde alguno. Dixit etiam quod dominus rex habet in varzeelas — ij — castinarios unde dabant — ij — directuras et modo non dant nisi de uno solo. Dixit etiam quod castinarium de Petro fafiaz est heremum et non dant inde directuras. Et castinarium de Petrus gulmiriz similiter. Et castinario de ansures similiter et castinario de Pelagius malo similiter Et castinario de Petrus tooriz similiter. Et castinario de Pelagio ferrario et aliud de Petro luz similiter — Et castinario de Guilofes. Et castinario de Petrus froiat. Et castinario das tercias similiter. Et castinario de Gonto ramiriz est Regalemgum et est populatus et non dat inde directuras. Et castinario de Vilarino das quintas est heremum. et non dat directuras. Dixit etiam quod tale est forum ipsius terre quod si aliquis homo qui tenuerit aliquos castinarios ibi moriatur et filij aut nepotes eius ibi fecerint singulos factos dabemt singulis directuras et si forte non habuerit filios aut nepotes qui illud populant non dabunt illud castinarium directuras.—

Petrus petri caluo et Gallecus Petrus gomez iurati dixerunt idem quod Menendus deueso excepto quod non audierun ei promitere algum predictum et Petrus gomez dixit quod nesciebat illa castinaria herema

De terra de astruffi

Johan gandareij iuratus dixit quod in astruffi habet duas seruizarias et non debent esse ibi nisi una et propter hoc perdet dominus Rex directuras et terradigos de uno castinario. Item Johanes petriz fafiaz sedet in castinario ingenuo et facit chausas in Regalengo Pelagius menendiz sedet in castinario de Sauto et facit chausas in regalemgo et nichil dat inde. Item Martinus pelagiz zoça cum suo germaimento solebat dare de una quintana quam habebat ingenuam— i — frangao cum x ouis et modo nichil dat et etiam ipse leuauit inde iam istud et dixit quod ille habebat in vinea quadam ipsius Quintane leiras regalemgas et nichil dat inde. Item filij de Pelagio de Octeiro solebant dare directuras — i — solido et modo non uult dare et ipse leuauit illum solidum Item castinario de donna Euua de leira de agrela dabat — iiij — denarios et modo non dat et ipse leuauit inde illos. Item de castinario de Inter vineas solebant dare. Maiordomi — i — solido pro almeitega et modo non dat et ibide est quoddam pomerium et solebant inde dare sextam partem et modo nichil dant. Item Castinarium quod fuit de Laurencom de Costa plantauit Sautum in quodam campo Regalemgo et nichil dat inde. Item Martinus moniz fecit vineam in regalemgo et debet dare per forum ipsius terre sextam et non dat inde nisi duodecimam. Item de castinario de vluar de susano solebant dare. i. almude de milio per quairam et modo nolunt dare. Item de Seruizaria de donus Juliano dat inde ipse totam directuram. et Martim sesnandiz debet inde dare tertiam partem et non dat. Item in vilarino sunt leiras Regalemgas et veozes non dimictunt illas exire ad montem sicut alias et tenent illas absconditas Donnus Julianus et Johanes iohanis et Johanes pelagiz iurati dixit per omnia sicut Johanes gandareij —

....

De terra de Vermuy

....

In Sancto Johanes de Caluos de Inter ambas Aues comparauit dom. Reimondus petriz unde dabant domino Regi viij cubitos de fossa et modo nichil dant inde.

....

De villa de Guimaraees

hoc est fintum de bonis hominibus de Vimara-

nis quos iurant foros domini Regis. In primo donnus Didacus Prior Vimaranis Gomecius de Rupella Judex Suerius petriz Pelagius de Rupella ffernandus dominici Martinus stephani Menendus gunsalluj eriz. Petrus gunsaluj frater eius Lupus petriz Dominicus muniz Johanes iohanis Petrus martinj Portarjus Durandus pelagij — Stephanus nuniz — Petrus feo. Bernaldus simoniz. Johanes fernandiz Maurus reignaldiz jurati dixerunt quod de ista villa de Vimaranis debent dare domino Regi de omnibus casis singullos solidos de quale monete ambulauerit in quocumque anno pro festo sancti Andree preter casas cautadas et preter casas paucas de quibus dant ipsos solidos ad Ecclesiam sancte Marie et sancti Pelagij quod uenit de tempore uetero et habet unum Castinarium in fundo de Rua de Gatos. in quo debent stare azemelas domini Regis Et quando dominus Rex fuerit in Villa Vimaranis Maiordomj debent ei dare xj^m super postas cotidie. et si ibi non fuerit non debent ei dare. Et dabant domino Regi Sancio pro conduito I uacam et IJ porcos et VJ carneiros. Et de istis carnarijs erit inde unus melioratus pro ante domino Rege et quando XX quando XXV quandoque XXX uel quando plus erant quadraginta gallinas pro ad coquinam et pro ad suas aues et quam XII quandoque XV cabritos. Et quando non habebant cabritos dabant IJ — IJ gallinas pro unoquoque cabrito et quando LX quando LXX oua et lineam et salem et medium alqueire de mel et medium alqueire de manteiga — Et una Reste de cebolas et altera Restis dalos et uerzas et mortarium de repost unum diem rasum et duas libras cere cum duabus manibus de ligno et in die piscium dabunt LX peixotas pro ad totam casam et ad regem et ad suam camaram et ad ipsos qui comedunt quando ille comederit piscatum rezentem et si illum non habuerint debent dare pro illo comgros siccos et debent dare ad repostem lineam et cantaros et panelias quantas ibi opus habuerit debent etiam dare XX concas et X uasos et quando dominus Rex exierit de villa ipsos cui remanserit de canteris et de panelis et de conquis et de uasis debent dare Maiordomibus et ceruiziales debent dare in quanto fuerit in villa domino regi IIJ repostas in vimaranis cotidie. Et seruiziales habeant etiam pro foro quod dent ad zaquitariam I quartarium triticj plenum et alterum rasum et similiter de centeno et similiter de milio pro facere panem et boronam pro suis canibus et de isto tritico seruiziales debent facere panem blancum pro ad mensam domini Regis et alterum panem pro ad totam casam. Debent facere de casale de Costardo et panem centenum debet facere de casale de costardo et panem centenem debent facere de casale de Gunsaluo monaco quod est in Creiximir Et boronas debent facere in asorei in castinario quod uocant de borneiras et triticum istum debent seruiziales ad molinum et dustore farinam ad istos forarios faciant panem et boronam debet eis dare procionem unicuique de quale pane fecerit. Et Nantimir est prestimonium de cellario. Et relegum est pro uendere vinum domini Regis quod remanserit de expensa sua. Et istum Relegum debent accipere IX dias ante festum Sancti Johanis baptiste et tenerent illum usque ad uesperam sancte Marie de agusto et in ipso die in quo debent accipere relegum debent accipere totas mensurias de Villa et qualem minorem inuenerit per talem debent uendere Vinum dominj Regis. Et est tale forum quod si aliquis uendiderit vinum in ipso Relego sine Mandato de Seruizialibus. Et ei uinum inuenerint debet pectare. V. V. solidos pro tribus uicibus. Et ad quartam uicem debent ei britare archos de cuba et uertere vinum. Et de heredita de Moosendas debunt alimpiare. Casas domini Regis et jumcare illas in calentura et dare paleam in enuernio. Et de castinario de Maria dona et de Johanes ciniziam debent dare linam scicam. et darent eis porcionem de domo Regis. Et de casalibus de Petrus cauaco et de cerafena et de Pelagio sordo et de Durando debent dare linam uirida de deuesas regalemgas et darent ej racionem de domo Regis Et de castinario de Petro stalom. Et de Menendo muniz et de dicdaco dominici debent dare masseyras pro ad canes et aues et debent eis dare racionem de domo Regis. Et quando dominus Rex exierit de villa debent dare masseiras ad ipsos qui eos faciunt ut custodiant illos habet etiam dominus Rex unum fornum in Castellum et habet unam pausam in Castello alteram in vimaranis et adegam de vino Et cellarium de pane et de ipsa adega iacet in quadam partem de campo intus in Quintana que fuit de Pelagio petri alfaiate. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Livro I de Inquirições de D. Affonso II,* fls. 119 a 133.

---

(1) *Sancto Michaelem de monte:* S. Miguel do Mon-

CXCVI

Rex D. Alphonsus II monasteriis da Costa *et* de S. Torquato *legata in suo testamento relinquit. Textum nobis suppeditavit* Historia Genealogica, *Provas, tomo I, pag. 34.*

1221

In Dei nomine. Ego Alphonsus Dei gratia Portug. Rex Timens diem mortis meae incolumis existendo, ad salutem animae meae..... condidi testamentum......................

....

Mando Monasterio S. Marinae de Costa C. morabit. pro meo anniversario. Monasterio S. Torquati C. morabit. pro meo anniversario...

....

quae fuerunt factae apud Sanctarem mense Novembris Era MCCLVIIII.

CXCVII

Pactum venditionis fundi in Cerzedo *et in* Fareja. *Charta autographa, ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, in Publico Archivo asservatur, unde eam describendam curavimus.*

1222

In dei nomine. hec est karta uenditionis et firmitudinis quam iussimus facere ego johanis zapateiro et vxor mea Gurda et filia bona soror mea vobis Petro fernandiz de quanta hereditate fuit de michaeli petriz patri nostro quam nobis euenit et euenire debet in Cauto de palumbeiro et in uilla de Cerzedo et in santo Martino de faregia. Vendimus uobis ipsam hereditatem de monte in fontem cum omni sua pertinencia que ad prestitum hominis est pro sanguinitate quod uobiscum habemus et pro — L

---

te, freguezia hoje do concelho de Fafe.—*Frectas:* Freitas, freguezia hoje de Fafe.—*Sam Radanhas:* desconhecido. A terceira das *Chronicas Breves de S. Cruz*, ácerca das luctas de D. Affonso Henriques com D. Thereza, dizem que a batalha foi em Guimarães no «lugar que dizem sam radanhas». *(Port. Mon. Hist., Scriptores*, pag. 26). As *Mem. da Antiga Guim.* dizem que na freguezia de Silvares está sita a veiga de Radanho. — *Auezam, Tauoadelo, Creximir, Asorei, Caldas :* Abbação, Taboadello, Creixomil, Asurey, Caldas de Vizella, freguezias. — *Astrufi :* a freguezia de Gonça, como se verá nas inquirições de 1258. — *Matamaa :* Matamá, freguezia. — *Riuulum merdarij :* veja-se a nota ao documento XCIV. — *Fontem abbatis :* veja-se a nota ao documento CVI. — *Nantimir :* lugar d'Antemil em Pencello. —*Adegania :* Adeganha, lugar na Costa.—*Sancto Chrispouaa in vilzella :* S. Christovão d'Abbação. — *Sancto Georgio :* S. Jorge de Selho, talvez. —*Taucinum :* poça e campo do Toucinho, proximo da Fonte do Abbade, em Guimarães. — *Feruencia, Laureiro, Paacoo :* Fervença, Loureiro, Paço ; casaes em Fermentões. — *Lassos :* Laços em Creixomil. — *Mazcotelis :* a freguezia de Mascotellos. — *Paceco :* ? — *Siluares :* a freguezia de Silvares. — *Barrio, Lauandeira, Aroi :* ? — *Cenaes :* Senaes, lugar em Silvares. — *Pereira :* ? — *Chaos :* Chãos, casal em Abbação.—*Trasariz :* assim denominado neste documento o territorio situado nas immediações do rio Selho em S. Torquato. — *Lobeira :* a freguezia de Lobeira. — *Regresendo :* Requezende em S. Torquato. — *Gumianes :* Gominhães, freguezia. — *Arca :* talvez o casal d'este nome em Pinheiro. — *Santo Simeone :* S. Simão, ermida outr'ora em S. Miguel das Caldas junto ao lugar de Montesinhos.—*Aldraos, Lama, Fontaelo, Barreiro, Carvalio :* ?—*Ffelmir :* Fermil em S. Miguel das Caldas.—*Portela :* lugar na dita freguezia.—*Palumbare:* Pombal em Infias, talvez.—*Caes :* ?—*Lagoas :* lugar de S. Miguel das Caldas e Santo Adrião de Vizella.—*Montisinos :* Montesinhos, lugar em S. Miguel das Caldas.— *Sancto Martino :* a freguezia de S. Martinho de Conde. — *Fontaelas :* ? — *Broiali :* Boidalvo em Infias ? — *Auelaeda :* ? —*Sancto Petro :* S. Pedro, monte que limita a freguezia de S. João das Caldas com a de Villarinho, cuja denominação proveio duma capella dedicada a este Apostolo e da qual ainda restam vestigios. — *Barrum :* Bairro, lugar na freguezia de S. João das Caldas. — *Vilarino :* a freguezia de Villarinho, hoje do concelho de Santo Thyrso. — *Camdooso :* freguezia de Candoso (S. Martinho). — *Octeiro :* Outeiro, casal na dita freguezia. — *Villa alua :* casal de Villalva em S. Paio de Vizella. — *Pensum :* Penso, logar da dita freguezia.—*Aubuimes :* ? —*Torzi :* Torse, casal em S. Faustino de Vizella. — *Caluos :* freguezia de S. Lourenço de Calvos.—*Guilufi :* Guilhufe em Gemeos.—*Riuulo malo :* Rio mau ; veja-se a nota ao documento XX.—*Portela :* lugar de S. Christovão d'Abbação.—*Taagildi :* a freguezia de Tagilde.— *Villa noua :* lugar em S. Paio de Vizella. — *Cedofeita :* lugar na dita freguezia. — *Brandiam :* Brandião em Serzedello.—*Chamosinos :* Chamosinhos na dita freguezia. — *Couas :* Covas na dita freguezia. — *Octeiro lauado :* Outeiro Levado, lugar em S. Christovão de Selho. — *Midi :* ? —*Varzea :* Varzea em S. Martinho de Candoso.—*Barrio :* Bairro em S. Jorge de Selho. — *Rabaldo :* Arrabalde na dita freguezia.— *Miradoiro :* lugar do Miradouro em Creixomil. — *Varzeela :* Varziella no Paraiso. — *Ripa Aue :* Riba d'Ave em Silvares. — *Venadi :* Veande ? em Silvares. — *Agrela :* freguezia d'Agrella, hoje do concelho de Fafe. — *Varseelas :* Varsiellas em Castellões. — *Vilarino :* Villarinho, lugar em Gonça. — *Borneiras :* Bornaria em Azurey.

— missis quas pro animam ipsius patris nostri celebrasti. habeatis igitur ex hac die semper firmiter et qui uobis placuerit Sed si aliquis uenerit uel nos uenerimus qui hoc nostrum factum irrumpere uoluerit conponat uobis ipsam hereditatem duplatam et quanto fuerit meliorata et cui uocem uestram dederitis pectet illi — D — solidos. facta karta apud Vimaranis mense februarij. E.ª M.ª CC.ª Lª Xª per manus Martini menendiz mandante Martino martiz primo tabellionis Vimaranis hoc signum apponentis. Deus est ueritas et qui diligit ueritatem diligit deum et deus illum +. Nos supranominati qui hanc kartam facere iussimus coram bonis hominibus nostris manibus roboramus. Qui uiderunt=Pro testibus=Pelagius Johanes testis. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 12, n.º 14.

CXCVIII

D. Martim Sanches invadindo as terras d'Alem-Douro chega a Guimarães.

1222 (2)

....

e foy asi que os ouue (os capitães portuguezes) dom Martim sanchez a leuar e pasar com eles pela portela do espinho contra guimarãees mal a seu grado. E en outro dia foy a elles a guimarães e lidou com eles e uenceeos outra vez e encerrôos tras os muros de guimaraaes. E esteve hy outro dia e uio que nom queriom tornar mais. E partiuse ende e tornouse pera galiza...

Vide *Port. Mon. Hist., Scriptores, Livros de Linhagens*, pag. 198.

(1) *Palumbeiro:* Pombeiro, hoje freguezia limitrophe da de Serzedo. — *Faregia:* Fareja, freguezia hoje do concelho de Fafe.

(2) Adoptamos este anno para a collocação d'estes successos seguindo a A. Herculano, *Hist. de Port.*, tomo II, pag. 232 e nota XII, da 4.ª edição.

CXCIX

D. Alphonsus II Forale Vimaranense, *aera incerta, confirmat.*

1115-1222 (1)

Ego Alfonsus dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis meis infantibus domno S. et domno A. et domna Alionor concedo et confirmo uobis moratoribus de Vimaranes illas cartas et illos foros quos uobis dederunt aui mei Comes domnus Henricus et Rex domnus Alfonsus. Et ut hoc firmissimum robur optineat precepi fieri istam meam cartam et eam meo sigillo plumbeo communiri. Nos supranominati qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa fecimus + + + + + +. Qui affuerunt, Domnus Martinus iohannis signifer domini Regis conf. — Domnus Petrus iohannis Maiordomus Curie conf. — Domnus Laurencius suarii conf. — Domnus Gomecius suarii conf. — Domnus Gil ualasquiz conf. — Domnus Fernandus fernandiz conf. — Domnus Johannes fernandiz conf. — Domnus Rodericus menendi conf. — Domnus Poncius alfonsi conf. — Domnus Lupus alfonsi conf. — Vincencius menendiz, Martinus petriz, Petrus petriz testes.

Domnus S. Bracarensis Archiepiscopo conf. — Domnus Martinus Portug. Episcopus conf. — Domnus Petrus Colimbriensis Episcopus conf. — Domnus Suarius Vlixbonensis Episcopus conf. — Domnus Suarius Elborensis Episcopus conf. — Domnus Pelagius Lamecensis Episcopus conf. — Domnus Bartolomeus Visensis Episcopus conf. — Domnus Martinus Egitaniensis Episcopus conf. — Magister Pelagius Cantor Port., Petrus garsie, Johanes pelagii testes.

Rex domnus Alfonsus — Regina domna Vrraca — Infans domnus Sancius — Infans domnus Alfonsus — Infans domna Alionor.

Gunsaluus Menendi Cancellarius Curie. Fernandus suarii scripsit.

Vide *Port. Mon. Hist., Leges et Consuet.*, pag. 351.

(1) Entre estes dous annos foi feita a confirmação segundo J. P. Ribeiro, *Dissert. Chronol.*, tomo IV, parte 2.ª, pag. 104.

CC

Pactum circa praedia in Selho (S. Lourenço) *et in* Gominhães. *Ex apographo authentico saeculi XVIII sumpsimus.*

1223

Notum sit, tam presentibus quam futuris quod ego Domnus Didacus Prior Vimaran. cum ejusdem Ecclesiae Capitulo inplasamus tibi Fernando Petri canonico nostro unum casale in Lauredo, quod mater tua Vrraca Petri Varzea reliquit nobis pro anniuersario suo, et pro anniuersario matris, et patris sui in quo habitat Pellagius Zeibe, et aliud casale minus nonam in Ribulo de Molinis quod nobis reliquit Petrus Saluatoris pro suo anniuersario, et tu ejusdem casalis emisti inde nonam implasamus tibi supradicta casalia tali conditione ut teneas illa in uita tua et persoluas inde in quolibet anno canonicis Vimaranensis octo morauitinos minus quartam quos distribuant inter se pro ut superius dictum est, post mortem vero tuam canonici Vimaran. habeant ipsa dicta casalia libere cum quanto ganauisti, et ganare potueris in istis terminis ubi ipsa casalia jacent preter bona Patris et matris tuae. Ego Fernandus Petri bona voluntate mea do canonicis Vimaran. pro meo anniuersario casale de Picouttos quod comparaui de avuncullo meo Dono Giraldo talli pacto quod teneam illud in uita mea et persoluam inde in quocumque anno dictis canonicis unam quartam vini in calendis magi, et post mortem meam canonici Vimaran. habeant ipsum casale libere cum quanto ego lucratus fui, et lucrari potuero in termino ejusdem casalis sed si aliquis venerit uel venerimus, qui hunc plasum irrumpere voluerit non sit ei licitum sed pectet alteri parti quantum quesierit duplatum, et cui vox data fuerit pectet mille solidos hoc nostro pacto inuiolato permanente facto plaso apud Vimaran. mense magii. era millessima ducentessima sessagessima prima per manus Martini Mendes mandante Martino Martinis primo tabellioni Vimaran. hoc signum aponentis. Deus est veritas, et qui diligit veritatem diligit Deum et Deus illum + Nos supranominati qui hunc plasum facere jussimus coram bonis hominibus nostris manibus ad inuicem roboramus, qui viderunt Domnus Petrus Petri Cantor Vimaran. Domnus Gunçalus Suaris, Joannes Petri, Gunçalus Guncalui, Marcus Bernaldis, Petrus Joannis, Suerius Laurentii, Joannes Martii, Petrus Petri, Pelagius Joannis testes. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro I dos Testam. e doações,* fl. 350.

CCI

Pactum divisionis reddituum Ecclesiae Vimaranensis inter priorem et capitulum factum. Ex apographo authentico saeculi XV, ab Archiepiscopo D. Ferdinando dato, sumpsimus.

1223

Omnibus ad quos iste littere peruenerint Prior Vimaranensis et capitulum eiusdem loci. Inmortali deo fideliter et continue inherere quonjam contingit frequenter ut que semel bene gesta uel difinita sınt. propter fragilitatem memorie obliuioni traduntur. idcirco caute proujsum est, ut ea quorum memoria est necessaria in futurum literarum testimonio comendentur quam ob rem conposicionem siue diujsionem proujde et amjcabiliter inter nos. scilicet. me priorem ex una parte. et nos capitulum ex altera factam ne possit in posterum in dubium reuocari. per scriptorem comunem de Vimaranem scribi fecimus et maius firmitatis robur sigilis nostris. scilicet prioris et capituli fecimus comuniri. Est autem compositio. siue diujsio. comuni et spontanea uolunptate prioris et capituli facta talis, scilicet. ut didacus prior qui nunc est vel qui in eadem ecclesia fuerit prior de cetero canonice institutus habeat et in pace possideat. pro sua parte. et eis tantum sit contentus. scilicet. cautum de pousada. cum omnibus pertinenciis suis et octo casalia tam in capto sanctj Johanis de ponte videlicet sex casalia in quairelis cum roceis quas laborant modo filij. et nepotes. Johanis domjnjci et habent jacentiam juxta riuulum de vernegaa uersus Vimaranen, et casale de gradili et casale de togial. Item habeat et de cetero possideat casale

(1) *Lauredo:* Louredo, casal em S. Lourenço de Selho. — *Ribulo de Molinis:* Regato da Gateira, que atravessa Gominhães; veja-se a nota ao doc. CXLIII. — *Picouttos:* o casal de Picouto em Gominhães.

de baquorim et duo casalia in palaciolo. cum omnibus quebradis de palaciolo et de barrio. et duo casalia de teliado. et hereditates de prazij. preter hereditates que pertinent ad anjuersaria. et prosus quare fructus debent canonici distribuere inter se. et priorem. pro ut inferius dicetur. Item habeat et de cetero possideat. hereditates de fjiiz et de vlbaria et de froyam preter ilas quas canonici tenent pro beneficijs in eisdem locis. et de qujbus et de omnibus alijs prestimonijs que modo canonici uell porcionarij tenent ita comuni volunptate prioris. scilicet. et capituli statutum est ut decedente canonico uel canonicis prestimonjum non rredeat ad comune sed alio canonico uell canonicis in quo uell in quibus prior et capitulum uell capituli· mayor parte concordauerint. assignetur. preter casale quod tenet gonssaluus suerij in cauto sanctj Johanis et vessada quam tenet ultra fluuium aue que post mortem ipsius. G. debet djujdi per medjum inter priorem et capitulum. et preter ecclesiam et casale sanctj Julianj de moraria. et casale de pineiro. et casale de sub quintana quod fuit menendj eriz. et prestimonjum petri morarie. que omnia post mortem eorum qui nunc tenent. debent jntegre redire ad partem canonicorum tantum. Item habeat et de cetero possideat campos de sauto cum omnibus suijs decimjs. et hereditatem de padernj cum casali ubi nunc habitat gonssaluus garssie quod casale est in njgrelos. quando ipse hereditates. fuerint liberate ad c^tis et vj^ex aurijs pro quibus sunt a priore capitulo obligate sicut in quarta conposicionis inde confecta plenjus continetur. Item habeat et de cetero possideat ecclesiam de Villa coua de freitas cum suo hermjtagio et ecclesiam sanctj rromanj de caide. et ecclesiam sancte marie de morteira cum casale de matamaa. et ecclesiam sanctj martjnj de faregia. et ecclesiam sanctj saluatoris de villa frigida. et ecclesiam sanctj thome de aueçam. et ecclesiam sanctj Johanis de gundar. et medietatem ecclesie sancte eolalie de ripa selij. et medietatem ecclesiarum sanctj Johanis de villa de conde. et santj Julianj de rripa maris. et duorum casaljum in ipsa villa de conde. et sanctj pelagij de fano. et sanctj Johanis de barqueiros. et quartam partem ecclesie sancte marjne de rjuulo tinto. Item habeat et de cetero possideat medietatem decimarum ecclesie sanctj vincentij de mazcutelos et soluat in capitulo bracharensi tres marabitinos quolibet anno pro sua parte donec vinea quam plantauit prior in assorej sub vinea de monte. dederit tantum fructus unde vi^ex marabitinos possit soluj capitulo bracharensi quolibet anno pro priore et capitulo vimaranensi. Item habeat et possideat. senaram de vinea de cerdeira et senaram sanctj petri de assorej cum suo casali. et omnibus defenssis de mazanaria. et artella. et de sub monte sanctj Julianj de assorej. et medietatem de defenssa de vigia. et senaram de castinario. quomodo jacet. jnter carrariam que ducit ad castelum. et jnter valum de cerssaria et jacet a uia que vadit super quairelis vsque ad sumjtatem ipsius canpi quomodo diujdit per cornu ipsius vali de cerssaria. usque ad lapidem qui estat in rrigo deinde ad aljum lapidem de valo iuxta quairelis. nouas totam ab integro. et medietatem in omnibus ortis. Item habeat et de cetero possideat medietatem ecclesiarum sanctj pelagij vimaranensis et sanctj mjchaelis de castelo. et medietatem omnium domorum et furnj et brancorum et omnium hereditatum et reddituum qui sunt intra villam. et medietatem omnium decimarum tam perssonaljum quam prediorum. et medietatem oblacionum et oferendarum et primitiarum et mortuariorum de hijs que legantur vell dantur ecclesie vell oferuntur. altaribus. et quintam partem de decimjs et de missis. cum hijs qui cum eo sedent.· ad menssam. et medietatem molendinorum de rripa selij. et de molendino de fato preter domos et molendina et ortos et canpos. et vineas et arbores. et omnes rredditos qui pertinent ad anjuersaria quorum fructus pro vt dies anjuerssarij ocurrerit debent canonici djujdere jnter sse. et dare priori tantum quantum acipiunt quotor sinplices canonici de ipso anjuerssario. et preter ea que legantur ipsis canonicis. que debent habere sine priore. Item habeat et de cetero possideat medietatem hereditatum que fuerunt petri de costa et martinj de costa. et medietatem vinee. de Vlgeses que jacet iuxta vineam gonsaluj didaci. trivo. et medietatem casalis de moimenta. et domorum quas Vimaranensis ecclesia habet colinbrie. et domus que fuit petri ooris ferrarij que est in portugalensi ciuitate. et medietatem de apoteca. et celario. cum suo sollo. et medietatem cuparum. et aliorum vtensiljum in quibus teneant panem et vinum. Siqua vero sunt que per obljujonem indjujsa rremanent et ea que de nouo ecclesia adquisie-

rit. djujdantur per medium exceptis nomine anjuerssariorum adquisitis que djujdantur pro ut de alijs annjuerssarijs superjus dictum est. Item prior promjsit pro se et subcessoribus sujs. dare quantum opus fuerit omnja hornamenta ecclesie et altaris et rreficere. et cooperire ecclesiam. et omnes domos. que in circujtu ecclesie sunt quando necesse fuerit puta rrefectorium dormjtorium capitulum apotecam et celarium panis et viam sacram et eiusdem coherentiam. et subire honera Romane ecclesie et domjnj Regis et domjnj archiepiscopi bracharensis. et negociorum que emersserint ipsi ecclesie. Item ego prior do et concedo nomine meo et subcessorum meorum potestatem capitulo excomunjcandi pro sujs directuris. in tota villa de Vimaranen et in alijs locis. unde aliquid debent habere ubi prior habet uell habebat talem jurisdicionem ante diujsionem factam.

Capitulum uero vimaranense pro sua parte habeat et de cetero in pace possideat. cautum morarie de rripa viselle cum prestimonio petri morarie et cum prestimonio gonsaluj secundum condicionem supra scriptam. et cum omnibus quebradis que sunt extra cautum et cum ecclesijs et molendjs qui sunt in cauto predicto et cautum de rripis cum suis molendinjs et directuris quas acquisiuit ecclesia de rripis. et cum omnibus pertinencijs sujs. et duo casalia de freitas et vnum casale sancti mametis de pineiro. et vnum casale in aldeya. et vnum casale in adeganja. in quo habitaujt valascus. et duo casalia in assorey. et quator casalia in sesufe cum omnibus pertinentijs suis. et casale de egas et vilar cum casalj de pausada. de negrelos. et duo casalia in sancto vicencio de mazcutelos cum quantum ibi habet ecclesia Vimaranensis preter decimas ipsius ecclesie. que debent diujdi per medium. de quibus decimjs comunjter habeant soluj VI.ex marabitinos bracharensi capitulo. pro ut superius dictum est. et vnum casale in portella de lectones. et medium casale iuxta quintanam que fuit menendj martinj. et duo casalia in rripa Vizelle. vnum circa ecclesiam de villa frigida. et alterum iuxta villa de saa. et vnum casale in rippa selij iuxta Vrgildi. et in cauto sancti Johanis de ponte ipsam ecclesiam. et cunta casalia que sunt inter vernegaam et auem. et vocem et calumpniam ipsius thermini. et quebradas que sunt vltra fluuium aue que laborant homines de villa noua. et quantum ibi habet Vimaranensis ecclesia. preter duo casalia. scilicet. de togial et de gradili cum omnibus sujs pertinencijs. et preter vessadam. et casalle. de quibus debet fieri pro ut superius dictum est. Item habeat capitulum et de cetero possideat. medietatem ecclesiarum de sobradelo et sanctj petri de assorej. et sanctj mametis de pineiro. et medietatem ecclesie sanctj stephanj de culgeses. et ecclesia sancte eolalie de nespereira et sanctj martinj de conde. et sancte marie de siluares. et sanctj Jacobi de candoso. et medietatem ecclesiarum sanctj Johanis de villa de conde. et sanctj Julianj de rripa maris. et sanctj pelagij de fano. et sanctj Johanis de barqueiros. et quartam partem sancte marine de rriuulo tinto et senaram vinee de palunbari cum defenssis que sunt vsque ad rripam selij. et senaram de heiris cum ipso casali. et defenssam de ardam. et medietatem de defenssam de vigia. et medietatem de senarijs de pane que senarie jacent a pariete dormitorij vsque ad valum que diujdit cum senarijs de costa. scilicet. campum de heira qui jacet vltra dormjtorium et campum qui jacet jnter vineam de cerssaria et jnter senaram de costa. pro ut ferit in rriuulo cum illo canpo. qui jacet supra vineam de cerssaria. et medietatem de ortis. et medietatem de hereditatibus que fuerunt petri de costa. et martjnj de costa. et medietatem vinee de culgeses, que jacet iuxta vineam gonssaluj didaci triuo. et medietatem domorum que Vimaranensis ecclesia habet colinbrie. et domus que fuit petri ooris ferrarij. que est in portugalensi ciujtate. Item habeat et de cetero possideat meditatem ecclesiarum sanctj pelagij Vimaranensis et sanctj michaelis de castello. et medietatem omnium domorum et furnj et brancorum. et omnium hereditatum et rredituum qui sunt intra vilam et medietatem omnium decimarum tam perssonalium quam prediorum. et medietatem oblacionum et oferendarum et primiciarum et mortuariorum de hijs que legantur. vel dantur ecclesie vel oferuntur altaribus. et medietatem molendinorum de rippa selij. et de molendino de fatto preter domos et molendina. et ortos et canpos et vineas et arbores et omnis rredittus qui pertinent ad anniuerssaria. quorum fructos pro vt dies annjuerssarij occurrerit debent destribuj pro ut superius dictum est. Item habeat et de cetero possideat. medietatem de apoteca. et de celario cum suo solio. et medietatem cuparum et aliorum vtensjlium

in quibus tenent panem et vinum. Siqua vero sunt que per obljujonem indjuisa remanent. et ea que de nouo ecclesia adquisierit djujdantur per medjum exceptis nomjne annjuerssariorum adquisitis. que diujdentur pro ut de alijs annjuerssarijs superius dictum est. Item prior promjsit pro se et pro subcessoribus sujs pro ut superius dictum est. Item capitulum habeat de cetero potestatem excomunicandi pro suijs directuris. pro ut superius dictum est. acta apud Vimaranen. mediato Julio. Era mjlesima c.ªc.ª LX.ªI. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Pergaminho* n.º 14; e tambem *Livro dos Padroados*, fl. 8 e seguintes, onde foi copiado no seculo XVIII.

(1) *Moraria regis:* Moreira de Rei, freguezia do concelho de Fafe.— *Pousada:* ?— *Ponte:* a freguezia de S. João de Ponte.— *Quairelis:* Courellas, lugar da dita freguezia de Ponte.— *Riuulum de vernegaa:* regato de Pouve, que desagúa no Ave.— *Gradili:* Aguardilha, casal em Ponte.— *Togial:* Tojaes, lugar *ibidem.*— *Baquorim:* Bacorim, casal em Fermentões.— *Palatiolo:* Paço, casal em Silvares.— *Barrio:* Bairro, *ibidem.* — *Teliado:* Telhado em Prazins.— *Fjiiz:* a freguezia de Santa Eufemia de Prazins.— *Vlbaria:* ? — *Froyam:* Frijão em Corvite.— *Casale sancti Juliani de moraria:* Casal de S. Gião em Moreira de Conegos.— *Pineiro, subquintana:* ?— *Njgrelos:* veja-se a nota ao doc. I. — *Villa coua:* a freguezia de Villa Cova, hoje do concelho de Fafe.— *Sancti romani de caide:* a freguezia de S. Romão de Mesãofrio.— *Sancte marie de mozteira:* a freguezia de Matamá.— *Faregia:* Fareja, freguezia hoje de Fafe.— *Villa frigida:* Villa Fria, freguezia hoje de Felgueiras.— *Aueçam:* a freguezia de S. Thomé d'Abbação.— *Gundar:* Gondar, freguezia.— *Sancte eulalie de ripa selii:* a freguezia de Santa Eulalia de Fermentões. — *Sancti johanis de villa de conde:* a egreja parochial de S. João Baptista de Villa do Conde. — *Sancti juliani de ripa maris:* extincta. — *Fano:* a egreja parochial de S. Paio de Fão, Esposende.— *Barqueiros:* freguezia do concelho de Barcellos.— *Rjuulo tinto:* a freguezia de Rio Tinto, concelho de Gondomar, ?— *Mazcutelis:* freguezia de S. Vicente de Mascotellos. — *Assorej:* freguezia d'Azurey. — *Vlgeses:* freguezia d'Urgezes.— *Morarie de ripa viselle:* a freguezia de Moreira de Conegos.— *Ripis:* Ribas, freguezia de Celorico de Basto.— *Sancti mametis de pineiro:* a freguezia de S. Mamede d'Aldão.— *Aldeya:* o casal d'Aldeia em Urgezes.— *Adegania:* Adeganha na freguezia de Mesãofrio.— *Sesufe:* casaes junto á Amorosa em Azurey.— *Portella de Lectones:* a freguezia de S. Martinho de Leitões.— *Saa:* Sá, lugar de Villa Fria em Felgueiras.— *Vrgildi:* Gilde em S. Torquato.— *Villa noua:* freguezia de Villa Nova de Sande.— *Sobradelo:* a freguezia de Sobradello, hoje da Povoa de Lanhoso. — *Heiris:* casal de Eiras em Creixomil.— *Ardam:* Ardão em Silvares, ?—

CCII

Testamentum D. Nuni. Ex apographo authentico saeculi XVIII descripsimus.

1223

Era millessima ducentessima sessagesima prima. Haec est manda quam ego Domnus Nunus facio pro remedio animae meae inprimo mando corpus meum Sanctae Mariae Vimar. et quinque marauitinos clericis Sanctae Mariae Vimar. quinque marauitinos, Petro Petri meo Abbati duos marauitinos pro cena de sabato tres marauitinos pro missis de treginta diebus quator marauitinos Spitalli Vimar. tres marauitinos Bracharae unum marauitinum, Mando canonicis Vimaranensis pro meo anniuersario medietatem de quanta hereditate habeo in Varziellas, et medietatem Spitalli Vimar; Mando quantam hereditatem habeo in Pedraluar Joanni de Uluaria, ut teneat eam in vita sua, et persoluat inde in quocumque anno Santo Saluatori de Codessosa unum marauitinum, et port mortem suam remaneat meis consoprimis scilicet Micahelli Paullis, et Menendo Joannis, et persoluant inde Sancto Saluatori unum marauitinum in quocumque anno, et port mortem eorum. rellinquant istas hereditates de Pedraluar clerico uel clericis de meo generi cui, uel quibus illis placuerit, et persoluant inde semper unum marauitinum Sancto Saluatori de Codeçosa pro meo anniuersario in quocumque anno, et non habeant potestatem vendendi, nec donandi, nec pignorandi, nec testandi, sed semper remaneant ipsas hereditates propinquiori clerico vel clericis comodo sursum resonat, et si clerici de meo genere defecerint remaneant ipsae hereditates Sancto Saluatori de Codessosa, et persoluat inde in quocumque anno Sanctae Mariae Vimar. unum marauitinum in die anniuersarii mei, et mando Joanni de Uluaria, et Micaheli Pellagii ut persoluant meam mandam, et meas debitas quasi heredes, et ista manda fuit facta per meum Abbatem Petrum Petri Testes Gunçaluus testis Micahel testis Joannes testis.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro II dos Testam. e doações, fl. 409.*

CCIII

Confirmatio donationis fundi in Creixomil. *Chartam hanc describendam curavimus ex Publico Archivo,* maço 12 de Foraes antigos, n.º 3, fl. 47.

1211-1223

Ego Alfonsus secundus dei gratia portugalie Rex una cum uxore mea Regina domna vrraca et filiis nostris infantibus domno Sancio et domno alfonso et domno fernando et domna Alionor. cartam illam cuius tenor in hac carta uerbo ad uerbum continetur quam auus meus excellentissime memorie Rex domnus alfonsus fecit et concessit mendo eriz et uxori eius Dordie reinaldiz de illa quintana quam habebant in creiximir cum ipsa vinea que stat iuxta eam et cum illo campo qui dicitur fundon roboro et confirmo vobis petro gunsaluus et donationem ipsam rectam et firmam habeo quemadmodum dictus auus meus illam fecit menendo eriz et uxori eius superscriptis Et ut mea concessio et confirmo et.... ut suprascriptum est. (1)

CCIV

1224

El-rei D. Sancho II por carta dada em Panoyas apud Matheus a 22 de julho da Era de 1262 concedeu ao mosteiro da Costa a porção das searas reguengas sitas em Adeganha, que já eram lavradas pelo dito mosteiro.

Vide Arch. da T. do T., *Livro I de D. Affonso III,* fl. 5.

CCV

Textus hic, quem nobis suppeditavit Ribeiro, *Dissert. Chronolog.,* I, pag. 264, *Regem D. Sancium II aera infrascripta fuisse Vimarane monstrat.*

1224

In Dei nomine. Quoniam et consuetudine, que pro lege suscipitur, et legis auctoritate dicimus, quod acta Regum, ac Principum scripto commendari debeant, ut commendata ab hominum memoria non decidant, et omnibus preterita presencialiter consistant. jcirco ego Sancius, Dei gratia, Portugalensis Rex, facio cartam donationis, et perpetue firmitudinis vobis Domno Menendo, Abbati Monasterii Sancti Tirsi, et omnibus Fratribus ibidem commorantibus, tam presentibus, quam futuris, de illo meo Regalengo de Saa, quod jacet in vestro Cauto..................................

....

Facta carta donationis apud Vimaranes, mense Decembri, Era MCCLXII. Ego supranominatus Rex, qui hanc cartam fieri precepi, coram subscriptis eam roboravi, et in ea hoc signum apponi..................................

....

CCVI

O texto seguinte, copiado da Monarchia Lusitana, parte 4.ª, fl. 127 v., *e abonado com a citação do documento respectivo, prova que El-rei D. Sancho II estivera em Guimarães na data infra mencionada.*

1225

A este Bispo (D. Pedro, Bispo de Lamego) confirmou elRey Dõ Sancho Segundo a villa de Canellas, que fora doação de seu auo Dõ Sancho. Estaua elRey então em Guimarães, & era o mes de ianeiro de mil & duzentos & vinte & cinco.

CCVII

Stephanus, archiepiscopus bracharensis, prioris monasterii Sancti Torquato statutum confirmat. Ex Archivo Collegiatae Vimaranensis hausimus.

1225

Stephanus dei pacientia bracarensis archiepiscopus. dilectis in christo filijs priori domno. M. et conuentui monasterii sancti torquati. salutem. et benedictionem. Supplicastis nobis humiliter quatinus dignaremus statutum quod in uestro monasterio statuistis circa uestiarium.

(1) Vide documento n.º XC, pag. 83.

et pictancias. misericorditer confirmare. Vnde nos considerantes utilitatem et necessitatem tam corporum quam animarum uestrarum, et uestrorum successorum. idem statutum de uerbo ad uerbum. in fine istius nostre kartule scribi fecimus seriatim. Illud ut est factum iuste et rationabiliter. nostri sigilli munimine confirmantes. Quod sic incipit. Notum sit omnibus presentibus et futuris. quod ego domnus Martinus monasterii sancti torquati. prior. considerans esse utile et honestum assignare possessiones aliquas conuentuj huius monasterij. de quibus possunt habere pitanciam et uestimenta. Iccirco do eis et firmiter concedo totam decimam quam nostrum monasterium. habet extra cautum. ut habeant inde uestes et qun fuerint infirmi siue minutj. habeant inde pitancias et refrigerium. et propter hoc quod illis facio. non tollant eis porciones suas scilicet habeant eas integras sicuti habere solebant. Quicumque hoc meum factum integrum inuiolatumque obseruauerit. sit benedictus a deo amen. Qui uero contra illud uenire presumpserit. non sit ei licitum. et quicquid fecerit ipse successor eius in irritum deducat. Facto plazo apud vimaran. mense. Junij. E.ª M.ªCC.ªLX.ªIII.ª Qui presentes fuerunt. Johanes fernandiz. confirmo. Laurencius menendi confirmo. Menendus fernandi. presbiter. confirmo. Fugaza presbiter. confirmo. Petrus martini laicus. confirmo. Pro testibus. Petrus. testis. Pelagius. testis. Menendus. testis. Data bracare. II. kalendas. Julij:

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Pergaminho* n.º 16.

CCVIII

Pactum fraternitatis inter capitulum lamecense et vimaranense factum. Ex apographo authentico saeculi XV, in tabulario Collegiatae Vimaranensis condito, sumpsimus.

1225

Nouerint vniuersi quod nos Petrus Johanis decanus et vniuersum capitulum ecclesie lamecensis facimus fraternitatem cum veneralibus viris et amicis karisimis vicario cantore et capitulo ecclesie vimaranis tali videlicet modo quod nos volumus et concedimus ut quilibet canonjcus seu porcionarius ecclesie vimaranensis cum eum venire contingerit ad ciuitatem lamecensem fructus prebende lamecensis ecclesie ex integro percipiat libere sicut unus de canonicis mansionarijs ecclesie lamecensis hoc tamen addito quod quamdiu in eadem ciuitate canonjcus siue porcionarius vimaranensis moram traxerit distribuciones cotidiane tam prebende quam aliorum prouentuum eidem cotidie integre persoluantur ita tamen quod si ex aliqua iusta causa ultra octo dies canonjcus siue porcionarius moram fecerit in ciuitate lamecensi teneatur seruire ecclesie sicut mansionarius in diuinis per hoc autem non intendimus aliquem ex eis in canonjcum recipere nec canonjcorum ecclesie nostre numerum augmentare nos vero predictus decanus et capitulum lamecense promitimus bona fide supradicta omnia fideliter pro nobis et successoribus nostris perpetuo obseruare jn cuius rei testimonium presentem cartam prefatis vicario cantori et capitulo vimaranjs sigillis nostris munjtam duximus concedendam cuj uolumus et concedimus quod sigillum vimaranensis capituli appendatur hec autem facimus et concedimus quare pedictus vicarius cantor et vniuersum vimaranense consimjlem fraternjtatem et condicionem in percipiendis fructibus prebendarum et prouentuum ecclesie vimaranensis teneantur nobis et etiam promiserunt bona fide pro se et successoribus suis perpetuo fideliter obseruare. Dante lameci kalendis septembris era milesima ducentesima LXª tercia.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Pergaminho* n.º 17. (1)

CCIX

1225

D. Martinho Sanches e D. Urraca Sanches, filhos d'El-rei D. Sancho e de D. Maria Ayres de Fornellos, venderam ao mosteiro de Santo Thyrso as herdades de Golães e de Villa Nova das Infantes, que seu pae lhes tinha dado.

Villa Nova das Infantes era couto com a ju-

(1) Este apographo foi passado por mandado do juiz ordinario de Guimarães João Perez de Faria, escudeiro, vassalo d'el-rei, por Luiz Vasques, tabellião da mesma villa pelo snr. D. Fernando, conde d'ella, em 14 de setembro de 1468.

risdicção civel e crime e, segundo Herculano, a venda de D. Martinho Sanches foi feita em janeiro de 1226.

Vide *Benedictina Lusitana,* II, pag. 32; *Hist. de Port.*, por A. Herculano, tomo II, pag. 480 da 4.ª edição.

CCX

Ius patronatus in ecclesia Villae Comitis Ecclesiae Vimaranensis fuisse, hoc diploma monstrat. Ex apographo authentico saeculi XVIII descripsimus.

1226

In christi nomine amem. Notum sit omnibus presentibus et futuris quod in presentia venerabilis Patris Domni Martini Archiepiscopi Bracharen. civitatis et testium subscritorum recognovit Dona Maria Pellagii se nullum jus habere in Ecclesia Sancti Joannis de Villa Comitis nec etiam in Pallatio quod construxerat in atrio Ecclesiae memoratae, et mandavit et concessit Stephano Petri Rectori Ecclesiae supradictae quod Pallatium supradictum acciperet, et quod faceret de eo quidquid vellet nomine Ecclesiae memoratae renunciabit etiam eadem Domna Maria Pellagii omni juri et actioni siquid vel quam habebat vel habere intendebat in Ecclesia et pallatio supradictis mandans maleditionem filliis, et Rectoribus suis, et omnibus illis qui ab ipsa descendebant siquid jus ractione ipsius Domnae Mariae in supradictis Ecclesia et pallatio demandarent. In cujus rei testimonium ego Joannes Petri subtabellio predictus requisitus ab predicto Stephano Petri his omnibus interfui, et inde hoc publicum instrumentum confeci et signum meum apposui in eodem mense setembris era millessima ducentessima sessagessima quarta. presentibus Magistro Joanne Cantore Bracharen. Domna Tharasia Joannis filia supradictae Domnae Mariae Pellagii. Domna Tharasia Martini et multis aliis. Petrus Joannes Menendus testes.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Padroados,* fl. 155 v.

CCXI

Testamentum Ferdinandi Petri. Ex apographo authentico saeculi XVIII descripsimus.

1226

Hoc est testamentum meum quod ego Fernandus Petri facio pro remedio animae meae. Inprimo mando corpus meum sepelliri in Ecclesia Vimaran. Mando altari Sanctae Mariae unum marauitinum; mando canonicis ejusdem Ecclesiae decem marauitinos; mando canonicis Sanctae Mariae ut habeant quotidie per meam hereditatem de Ripa Selli et per Matadussum, et per medium casale de Lauredo unam quartam vini ita ut quando exirint de mensa eant post prandium ad capitullum, et detur eis in ipsa ora unum almudium vini in mei memoria et post Completam dent eis aliud almudium de vino similliter in mei memoria et sic fiat in perpetum per meam hereditatem supraditam. Mando quod soror mea Domna Goncina habeat meum quinionem de ipsis domibus quas cum illa habeo, et ipsa ponat unam lampadem ante altare Sanctae Mariae et illuminet illam per totum annum per unum aureum, et mando quod persoluat in quocumque anno unum aureum Santo Saluatori de lagona pro meo anniuersario; mand quod post mortem suam relinquat dictum quenionem meum quod est medietas domorum talli homini qui persoluat in quocumque anno istos duos marauitinos supra numinatos sic ego mando, et si forte illos persoluere noluerit mando quod Capitullum Vimar, et Abbas Sancti Saluatoris de lagona veniant ad ditas domos, et compleant inde istos marauitinos supra numinatos Mando, et concedo canonicis Sanctae Mariae pro meo anniuersario ipsam hereditatem meam de Picoutos, et de Citofata, et de Ribo de mullinis de ultra, et citra quantam ibi habeo sicut diuisum est per alliam cartam quam ipsi de me tenent, et mando quod soror mea Domna Goncina teneat meam hereditatem de Ripa Sellii, et de Matadussu, et medium casale de Louredo, et compleat inde mediam quartam vini boni canonicis Sanctae Mariae in suo capitullo sicut superius escriptum est, et si illa vel successor illius istud complere noluerit mando quod canonici jam dicti recipiant ipsam hereditatem, et compleant inde illud quod ego mando. Mando

fratri meo Joanni Dominici medietatem meam de ipsa almuina quam cum illo habeo, et quantum habeo in montezios, et persoluat inde in quocumque anno pro meo anniuersario ad Eulesiam Sancti Pellagii et Sancti Jacobi, et Sancti Mickelis de Castello, et ad leprosos Sancti Andreae singullas quartas de marauitino, et non habeat potestatem vendendi nec donandi, nec impinorandi istam hereditatem alicui quam illi mando sed post mortem suam relinquat illam alicui clerico de meo genere, qui uiuat in Ecclesia Sanctae Mariae Vimaran. qui bonam, et honestam vitam ducat, et compleat inde in quocumque anno quod superius resonat et sic eat in perpetuum Mando fratri meo Affonso Petri ipsum casale de Varsena et teneat illud in uita et persoluat inde in quocumque anno Monasterio de Costa unum marauitinum pro meo anniuersario, et post mortem suam relinquat ipsum casale Fernando Benediti ut teneat illud, et compleat inde in uita sua unum marauitinum pro meo anniuersario Monasterio de Costa post mortem vero Fernandi Benediti teneat istum casale aliquis clericus de meo genere viuens in Ecclesia Sanctae Mariae, et compleat inde meum anniuersarium sicut superius mandaui, et eat per genus meum in perpetuum per illam conditionem, quam frater meus Joannes Dominici tenet alliam hereditatem supra ditam. Mando gratri meo Joanni Dominici, et Fernando Martini, et Fernando Joannis meam hereditatem de Lourosa, et totam hereditatem meam quam habeo in Taboadello, et persoluant inde pro meo anniuersario canonicis Vimaran, in quocumque anno in prima die mensis januarii unum marauitinum, prima die februarii unum marauitinum, prima die marci unum marauitinum, prima die aprilis unum marauitinum, prima die maii unum marauitinum, prima die Juni unum marauitinum, et si unus eorum obierit remaneat ipsa hereditatas duobus superviuentibus, et si alter duorum obierit remaneat uni semper viuenti, et ipse ultimus relinquat hereditatem alicui clerico de genere meo viuenti in Ecclesia Sanctae Mariae sub talli conditione quod non vendat, nec inpignoret illam, et sic eat per clericos de genero meo, et compleant inde per menses numinatos meum anniuersarium sicut superius dictum est. Mando Domno Benedicto campum meum qui jacet ante domum quae fuit de Gumesio Vermudi, et post mortem suam relinquat illum canonicis Vimaran. qui faciant inde michi anniuersarium semper in prima die Jullii, et expendant in ipsa die quanto de ipso campo exuerit. Mando fratri meo Ioanni Dominici meum quenionem de molliuo de maicia. Mando quod Benedictus Menendi, et frater meus Joannes Dominici recipiant totum panem, et vinum meum, et faciant inde missas, et cenam clericis et pauperibus et diuidant per ea, quae sepulturae meae fuerint necessaria pro ut mellius viderint expedire, et mando quod illi ambo compleant, et compleri faciant totum illud quod ego in meo testamento escribere mandaui; Siquis vero contra hoc venerit, qui illos disturbare voluerit in hoc testamento quod ego facio mando quod non habeat partem nec sit hereditatus in testamento meo. Ego Fernandus Petri qui in sana memoria mea hoc testamentum meum jussi fieri, concedo, et mando ut istud valleat, et ab alliquo nunquam conrumpatur cui presentes fuerunt Domnus Benedictus Mendi Suerius Garciae Cantor Vimaran. Michael Pellagii Petrus Petri Dulcis, Bartholomeus not. era millessima ducentessima sessagessima quarta in die Sancti Joannis Baptistae. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro I dos Testam. e doações,* fl. 358 v.

CCXII

Testamentum Maioris Petri. Ex tabulario Collegiatae Vimaranensis descripsimus.

1227

E.ª M.ªCC.ªLX.ªV.ª Ego Maior petri non graui infirmitate cohacta scilicet mente sana et in libero arbitrio permanens condo et ordino hoc testamentum meum et ita dispono de rebus meis transitoriis ac caducis. Trado corpus

---

(1) *Matadussum:* Matadussos, casal em Fermentões. — *Lauredo, Picoutos, Ribo de mullinis:* veja-se a nota ao doc. CC.— *Citofata:* Cedofeita, nome dado então a parte da actual freguezia de Gominhães.—*Montezios:* Montesinhos, casal em S. Miguel das Caldas. — *Lourosa:* Provavelmente a freguezia de Santo Adrião de Vizella, hoje do concelho de Felgueiras; a diversos terrenos proximos da egreja parochial é dado o nome de Leirós. —*Tauoadelo:* a freguezia de S. Cypriano de Taboadello.

meum ecclesie sancte Marie Vimaranensis et IIII. morabitinos. et clericis unum morabitinum. Mando meum casale de Riquiam meo soprino Petro iohanis qui persoluat inde in quolibet anno. II. aureos ecclesie sancte Marie Vimaranis pro meo anniuersario et unum aureum Ospitali de rumzasuales. et post mortem suam relinquat illud filio meo Stephano nuni supradicto pacto. et post mortem Stephani succedat propinquior clericus et ita currat subcessiue. et predictus Petrus iohanis habeat uineam de donili cum omni suo incluso. et faciat de ea uoluntate sua. Mando meam hereditatem de Luuigildi Petro godini. et persoluat inde unum aureum in quolibet anno ecclesie sancte Marie Vimaranis et faciant inde meum alterum anniuersarium. Mando meum casale de ripa selij domno Matheo. et det inde sancto Jacobo Vimaranis pro anniuersario matris mee. I. morabitinum. in quolibet anno. et pro meo anniuersario. I. morabitinum. et per ipsum casale ad rumzauales. II. morabitinos. in quolibet anno. et per ipsum casale ad Burium. II. morabitinos. pro meo anniuersario in quolibet anno. et post mortem suam relinquat illud casale Stephano filio meo. supranominato pacto. et post mortem Stephani succedat propinquior clericus et ita currat subcessiue. Mando fratribus de Auis. X. morabitinos. et pro cenis canonicis Vimaranis. II. morabitinos. et pauperibus. IIII. morabitinos. in cibo et in potu. Et pro missis. XXX.ª dierum. VI. morabitinos. pauperibus in cibo et clericis. II. morabitinos. Et mando clericis sancti Jacobi. I. morabitinum. in cibo. et ad opus sancti Pelagij. I. morabitinum. Et pro cantare missas XXX.ª diebus. II. morabitinos. Et pro cantare missas duobus annis. XXIIII. morabitinos. et Domne Mariothe. VII. morabitinos. et Domne Costancie filie sue. V. morabitinos. Et Leprosis. medium. et ad Gafas. medium. et Carcaue. I. morabitinum. et Bracare. I. morabitinum. Et mando medium casale de riuulo de Coiros cum suo molendino filijs Stephani filij mei. et dent inde in quolibet anno jn die cene domini et omnium sanctorum singulas taligas de tritico et singulas qnartas de vino et unam liberam de cera ad ecclesiam sancte Marie Vimaranis et ad Gafas... quartas de vino in quocumque anno. Et Marie petri de Astrufi. VI. morabitinos et togam meam. Et Marie filie sue unam almucelam. et. I. chumazum. et Petro petris meo abbati. III. morabitinos. Et Petro belfilo. medium. morabitinum. pro debita. et medium. pro manda. Et mando pro apartamento filijs et filiabus Johanis nunonis filij mei. C. morabitinos. quod nunquam ueniant ad bona mea. et mando quod istos. C. morabitinos custodiant Petrus iohanis et Petrus godinj ad profectum puerorum. Et Gomecio martinj meum roucinum. Et mando unum lectum cum culcetra et cum chumazo quod iaceat in eo uir leprosus qui fuerit magis ulceratus in sancto Andree. et Bartolameo. II. morabitinos. Vrrace baldurez. I. morabitinum. Et pro missis annalibus. XII. morabitinos. et mando Marie fernandi seruienti mee. meam garnacham. Tarasie gunsaluj. III. morabitinos. Petro seedino quartam de vinea de Caidi quam nocant de ropeiro. Mando etiam Gomecio martinj militi consanguineo meo medium casale quod habeo in Guondaar. Simeoni petri. medium morabitinum. Mando hoc testamentum meum quod feci in ultima mea uoluntate quod teneat illud Petrus iohanis et Petrus godinj. et persoluant quod in neo continetur. Pro quantum ego habeo et concessit Stephanus nunionis quod nunquam ueniat ad bona mea donec persoluatur. Pro testibus Petrus iohanis bernaldiz. Johanes petri gener domni Albinj. Stephanus suaris frater eius. Martinus bisoco. Domnus Gueda. Petrus iohanis aluardino. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Pergaminho* n.º 19.

CCXIII

Testamentum D. Petri Laurentii. Ex apographo authentico saeculi XVIII descripsimus.

1228

Era millesima ducentessima sessagessima sexta mense marcii; Ego Domnus Petrus Laurentii in mea memoria positus de corpore meo, et de rebus meis tale facio testamentum. Inprimis mando corpus meum sepeliri in Ecclesia Sanctae Mariae Vimar. et mando altari ejusdem quator marauitinos, et canonicis ejus-

(1) *Riquiam:* o casal de Requião em Silvares?— *Luuigildi:* Novegilde em S. Christovão de Selho?

dem quator marauitinos et mando eidem Ecclesiae viginti marauitinos annuatim per ipsam hereditatem meam de Rio máo quae fuit avi mei Domni Reinaldi Frogial scilicet quod faciant in quocumque die missam unam celebrare pro anima mea in perpetuum scilicet feria secunda, feria tertia, feria quarta, et feria sexta missa de Requie, et in feria quinta missam Sancti Spiritus, et sabbato die missam Benedictae Mariae semper Virginis, et teneat ipsam hereditatem frater meus Joannes Laurentii quem statuo in heredem meum, et persoluat annuatim supradita Ecclesia ipsos marauitinos viginti, et capellanus quem ellegerint celebret semper ipsas missas in Ecclesia Sanctae Mariae, et exeat super me pridie cum cruce, et aqua benedicta et si sepultus ibi non fuero exeat super patrem meum. Item mando pro decimis quas bene nom persolui quatordecim marauitinos, et pro cenis primi sabbati canonicis duos marauitinos, et pauperibus sex marauitinos. Item pro missis celebrandis per treginta dies duos marauitinos, et pro oblationibus totius anni duos marauitinos. Item in fine anni canonicis quator marauitinos, et pauperibus decem marauitinos. Item pro annali duodecim marauitinos. Item ad extrahendos captiuos viginti marauitinos. Item cuidam homini, qui eat pro me, et pro se ad Jerusalem viginti marauitinos et mando Sanctae Mariae Bracharen. unum marauitinum. Item ad Sanctam Mariam Rupis Amatoris quator marauitinos. Item ad Sanctam Mariam Roncevalles duos marauitinos. Item pontibus duos marauitinos, et mando leprosis Vimar. meam vineam de monte quae fuit Gunsti ex aboido cum arboribus suis, et ipsam meam domum de Rua Caldeiroa, et chausam de Rua de Gatos quae fuit Pellagii Mendi pro animabus Maijoris Petri, et fillii sui Petri Pellagii, et Pellagii Mendi, et mando leprosis femineis Vimar. hereditatem meam de Montezinhos scilicet quantum ibi habeo. Item Sancto Jacobo Vimar. duos marauitinos, et Sancto Jacobo de Galecia unum marauitinum. Item Sancto Michaeli de Creixomir unum marauitinum, et Sancto Martino de Farejia unum marauitino. Item pro duobus hominibus de quibus habui habere duodecim marauitinos pro uno annali celebraturo. Item Abbati meo duos marauitinos. Item pro calicis vino, pro pano lineo, et pro aliis necessaris in die mortis meae quindecim marauitinos. Item mando Martino Pellagii, et Joannem Pellagii ipsam hereditatem quam habeo in termino olisbonensi, et mando quod non sint ibi hereditarii nisi fillii ipsius Martini Pellagii, et Joannis Pellagii scilicet ipsa hereditas, quae mihi euenit ex parte Petri Pellagii consoprini mei. Item mando eis centum marauitinos qui currunt in facta Dorium. Item mando Petro Petri soprino meo quinqueginta marauitinos, et quito ei quidquid de me habet hatenus. Item Joanni Peixeiro quinqueginta liberas. Item fillis Domni Egidii Bracaren. decem marauitinos, et Mariae Petri uxori suae decem marauitinos. Item fractribus minoribus meum letum prefectum, et viginti marauitinos. Item fillis Geraldi Laurentii scilicet Joanni Geraldi, Petro Geraldi, et Iluirae ipsos marauitinos quos portat de me Petrus Geraldi in capitalli, et diuidat eos per tertias; Item mando Domno Petro Sueri canonico Vimar. totam hereditatem meam de Palumbali, Item mando Sanctae Mariae de Vimar. meos azougues pro anniuersariis fratrum meorum Bernardi Laurentii, et Sebastiani Laurentii quod inmentent eos singullos annuatim, et exeat super patrem meum; Item mando memoratae Ecclesiae Sanctae Mariae hereditatem meam de Nesparia quod faciant anniuersaria annuatim pro Petro Caldeirom et pro fillio suo Domno Egidio singullariter, et exeant super Joannem Caldeirom in loco Domni Egidii, et dicant annuatim unam missam pro Joanne Caldeirom, et habeant ipsam hereditatem in perpetuum, Item pro vestibus pauperum quadraginta marauitinos. Item mando filliis Mariae Petri quondam uxoris Cepriani Dominici centum marauitinos de capitalli quod de me portat ipsa Cepriani Dominici et de alio residuo respondat heredi meo Joanni Laurentii. Item mando Eluirae Suerii criantulae Domni Sujerii ipsam meam domum que stat justa cellarium Domini Regis, et mando ei ipsam hereditatem, quae fuit Domni Sueri, et jaez in collationibus Sancti Petri de Poluoraria et Sanctae Eulaliae de Petenariis talli videlicet condictione quod non sint ibi hereditarii nisi fillii legitimi ipsius Eluirae Suerii, et si unus fillius ejus sine semine obierit hereditet alterum. Item Mariae Bernaldi alliam domum quae stat sirca ipsam domum. Item Joanni Geraldi alliam domum quae stat sirca ipsam domum; Item Estephano fillio de Bona decem marauitinos; Item fratri suo Petro Sueri duos marauitinos; Item mando casale

meum de Trasaris filliis Gomesii Pellagii, et Martini Pellagii, et diuidant eum equaliter per capita; Item predicatoribus viginti marauitinos. Item mando fratri meo Joanni Laurentii. domos meas Vimar. quae fuerunt de mea avoenga, et non vendat eas, nec implaset sed relinquat eas propinquiori homini de meo genere, cui ipsa eas mandauit, Item mando ei meum casale de Curugeiras, et casale regalengum de Sancto Martino de Farejia. Item mando ei Joanni Laurentii totam hereditatem de Creixemir domos, vinias, molendinos, hereditatem de fundu, et hereditate de Mundar, et quidquid habeo preter illud quod jam mandaui, et mando eam sibi pro ad fillios suos, et siquis de filliis suis obierit sine semine hereditet alterum, et sic eat usque finem. Item mando ei domos quas habeo cum eo in Santarena et mando quod dent portionem inclusis Santi Estephani, et Santi Micahelis de Creixemir in omni vita illarum sicut ego sibi dabam. Item mando Mariae Mendi, et Pellagio fratri suo ipsam domum quam habeo in Rua Caldearona, quae jaes sirca ipsam quam mandaui leprosis Vimaran. Item crientullo meo Joanni quinque marauitinos pro anima mea, et Laurentio fillio de Maria Bernaldi decem marauitinos, Item Petro de Goardia et Martino singullos marauitinos, Item Santo Pellagio de Vimaran. unum marauitinum. Item Sancto Micaheli de Castello unum marauitinum. Item Mariae Dominici quinque marauitinos. Constantiae Dominici quinque marauitinos Item Vrracae Dominici quinque marauitinos. Item mando Mariae Joannis uxoris meae ipsum casale de Moucos, et ipsas domos meas quas habeo in Ferraria Vimar. Item mando ei Dominicam quae seruiat ei in uita ipsius Mariae Joannis, et post mortem suam ipsa Dominica sit libera et ingenua Item mando filliae de Iluira leigada decem marauitinos pro apartamento Item filliae de Majori Pellagii decem marauitinos pro apartamento, et ego Petrus Laurentii do in testimonio quod nom nutriui eas, nec baptizaui et nec teneo eas pro meis filliabus, et constituo Domnum Joannem Laurentii meum fratrem in heredem meum in omnibus rebus meis mouillibus, et inmobillibus, et mando quod respondiant ei omnes debitores mei sicut, et michi tenentur respondere, et ipse persoluat omnia debita mea, et istud testamentum meum Item mando per hereditatem meam de Creixemir, quae fuit de Pellagio Mendi unum marauitinum annuatim Canonicis Vimaran. cum inter azougues pro anniuersariis fratrum meorum supraditorum.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro II dos Testam. e doações*, fl. 116.

CCXIV

Gregorius Papa IX, Chartam immunitatis a Rege D. Sancio Ecclesiae Vimaranensi concessam, confirmat. Ex apographo authentico saeculi XVIII descripsimus.

1228

Gregorius Episcupus seruus seruorum Dei. Dillectis Filliis canonicis Vimaran. Salutem et appostolicam benedictionem. Sacrossanta Romana Ecclesia deuotos et humiles fillios ex asuetae pietatis officio propensius diligere consuevit, et ne prauorum hominum mollestiis agitentur eos tamquam pia mater suae protectionis munimine confouere. Quapropter dilecti in Domino fillii vestris justis postullationibus grato concurrentes assensu libertates et immunitates quas vobis, et seruientibus domorum vestrarum clarae memoriae Sanctius Portugalliae Rex concessit sicut vobis pie ae provide sunt ab eodem Rege concesse ac ipsius Regis autentico quod presentibus ad cautelam inseri fecimus continetur vobis et per vos Ecclesiae vestrae autoritate appostollica confirmamus, et presentis scripto patrocinio communinus Tenor autem autentici prefacti tallis est. (1)..................................

Nulli ergo onino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, uel ausu temerario contraire. Siquis autem hoc atemptare presumpserit indignationis Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Paulli appostollorum ejus se nouerit incurssum Dat. Asisii nonis Junii Pontificatus nostri anno secundo.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Padroados*, fl. 158.

---

(1) Segue-se o doc. n.º CLXIII, que fica a pag. 116.

CCXV

Pactum venditionis fundi in Gonça. *Ex Archivo parochiali* do Mosteiro de Souto *descripsimus.*

1229

In christi nomine. hec est karta uenditionis et eterne firmitudinis quam iussimus facere ego domna maior et vir meus Julianus petri vobis nuno gomesio et uxori vestre urrace petri ex una nostra leira hereditatis que iacet in abeleira cum quanto ibi gaanavimus de Joane pumaris et de monachis et de altera leyra quam ibi de ipsis gaanavimus in abeleira cum quanto habemus in pumare qui fuit de ipso Johane pumaris et de monachis. et est ista hereditas in alquffim in collatione sancti michadis de Gonza. Vendimus uobis totas ipsas duas leiras predictas que fuerunt de Johane pumaris et de monachis cum suo quinione de pumare et cum suo iure pro pretio quod de uobis accepimus IIII. morabitinos minus terciam tantum nobis et uobis placuit et de pretio nichil pro dare remansit. habeatis igitur ex hac die semper firmiter totam ipsam hereditatem et quis uobis placuerit in perpetuum. Sed si aliquis homo uenerit qui hoc factum nostrum irrumpere uoluerit componat vobis ipsam hereditatem duplatam et quantum fuerit meliorata et cui uorem uestram dederitis pectet illi D. solidos et si nos uobis illam in concilio auctorisare noluerimus uel non potuerimus similiter faciamus. Facta karta mense januarii E. M.CC.LX.VII. per manus Pelagii iohanis tabellionis vimaranis hoc signum apponentis testimonio veritatis. +. Nos predicti hanc kartam nostris manibus roboramus. Pro testibus. Petrus — testis. Pelagius — testis. Johanes — testis. (1)

(1) Veja-se a nota n.º 2 ao documento n.º CVII.

CCXVI

D. Sancius II immunitates monasterii Sancti Torquati confirmat et ampliat. Ex apographo authentico saeculi XVIII descripsimus.

1229

Santius Dei gratia Portugaliae Rex Pretori et Durano Pelagii et judici de Vimar. Salutem. Sciatis quod Joannes Petri Prior monasterii Sancti Torquati dixit mihi quod homines compararunt hereditates in suo Cauto contra defentionem Patris mei et contra meam defentionem unde ego mando vobis quod de quantis inveneritis quod ibi compararunt hereditatem post defentionem Patris mei et post meam defentionem quod saquetis inde mihi meum incautum et Prior recipiat hereditatem pro ad monasterium et de cetero similiter defendo quod nec cauallarii nec clerici nec burguenses comparent ibi hereditatem et si compararent mando vobis quod saquetis inde mihi meum incautum per meum portarium de Vimaranis et Prior recipiat hereditatem pro ad monasterium. Preterea mando quod homines qui habent hereditatem in Cauto et nolunt eam laborare constrigatis eos quod dent rationem de ea monasterio et quod dimitant eam liberam ad monasterium et mando quod homines qui morantur in ipso Cauto quod non habeant alium Dominum quam Priorem ipsius monasterii, et si habuerint mando Priori quod accipiat eis quantum habuerint, et ideo do istam meam cartam apertam ut sit in monasterio in testimonio quae fuit facta apud Collimbriam quinto kalendas februarii sub era millessina ducentessima sexagessima septima.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Coutos,* fl. 4.

CCXVII

Johannes, episcopus Sabinensis, legatus apostolicus, in Ecclesia Vimaranensi ordinationem chori aliorumque onerum statuit. Ex apographo authentico saeculi XV descripsimus.

1229? (1)

Johanes dei gratia sabinensis episcopus apostolice sedis legatus. dillectis filijs priori et ca-

pitulo Vimaranensi salutem in domino. Ex jnjuncte nobis legacionis officio ad uestram ecclesiam visitacionis causa accedentes statum eius dilligenter examinare curauimus et super hijs que in eadem ecclesia corrigenda siue reformanda ant ordinanda reperimus taliter duximus statuendum. Inprimis igitur statuimus quod singulli in vestra ecclesia tam persone quam simplices canonici et porcionarij suas faciant ebdomadas per se uel per allios de socijs de missa de euangellio et de epistola in ordinjbus sujs secundum quod eis ebdomade a cantore fuerint asignate. Poterunt autem canonjci diaconj sine subdiaconj per allios canonicos siue porcionarios suj ordinjs suas ebdomadas adjmplere. Siquis autem canonjcus uel porcionarius defectum fecerit de missa uel de euangellio uel de epistola si profestus dies duodecim denarios si dies festus fuerit duos solidos persoluat secundum arbitrium prioris usibus jn ecclesia necessarijs deputados. hoc jntelligimus de diebus nonem lectionum. De distribucionibus autem cotidianjs districte precepimus quod tam persona quam simplex canonicus uel porcionarius qui matutinis non interfuerit usque ad benedictus per priorem uel eius vices agentem denariorum eiusdem diei perceptione priuetur. Qui misse maiori non interfuerit usque ad finem jn subtracione vinj et qui vesperis et conpletorio non interfuerit in subtracione panis de cena pugniatur nisi infirmus fuerit uel minutus ant de mandato prioris ecclesie negocijs occupatus. De anniuersarijs quoquod sit duximus hordinandum quod qui misse et processioni jnterfuerunt jntegram per cipiat porcionem. Quj neutris jnterfuerit njchil percipiat nisi jnfirmjtate uel minucione uel ecclesie negocijs sicut superius dictum est fuerit excusatus. ad oras canonicas post gloriam primj psalmj ad missam post primam orationem nullus jntrare presumat. Nullus canonjcus siue porcionarius dum diuina offitia jn vestra ecclesia cellebrantur ecclesiam jntrare presumat jn habitu seculari, quod qui fecerit a coro et cotidiana distribucione per duos dies habeatur suspensus. Cantor matricullam scribat et qui matutinis injuntum sibi offitium de lectione uel responsorio per se uel per allium neglexerit adjmplere eiusdem diei totam portionem amjctat. Numerus igitur triginta quinque canonicorum decem portionariorum in uestra ecclesia nisi adeo eius excreuerint facultates quod positis plures recipere duximus confirmandum. Districte precipimus quod in vestra ecclesia semper sit vnus magister qui studium regat jn gramatica et eidem magistro quandiu regerit vnam prebendam jntegram asignamus. mandantes njchilominus quod si eadem prebenda ipsi magistro non suficiat quatordecim aureos de bonjs uestris comunjter supradictis eidem, quod ibi studium perpetujs temporibus perseueret. Districius jnhibemus ne alliquis canonjcus uel porcionarius ecclesie uestre sit judex uel aduocatus in foro seculari nisi pro ecclesia uestra, quod qui fecerit ad ipsius prioris arbitrium punjatur. Concedimus jnsuper quod prior uester secundum constitucionem uestram poset jn ecclesia uestra ad curam animarum vnum instituere sacerdotem njchilominus confirmantes eidem quod in ecclesia sancti pellagij de Vimarañ. jn ecclesia sancti mjcaellis de castello jn ecclesia sancti micaellis de creixemir et jn ecclesia sancte eolalie de formontanos prellatos perpetuos valleat ordinare sicut in conposicione facta jnter ecclesiam uestram et ecclesiam bracarensem uidimus contineri. Vobis quoque fillij capitulum districte precipimus et mandamus quatinus priori uestro tanquam uestro ordinario obedientiam et reuerentiam debitam jnpendatis. hanc igitur ordinationem perpetuis temporibus autoritate qua fungimus jn ecclesia uestra precipimus obseruari. Siquis autem huic nostre ordinationj contra ire presumpserit jndignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum et ecclesie romane se nouerit jncursum. Data apud legionem VIII° idus agusti.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Pergaminho* n.° 21, e *Livro dos Padroados*, fl. 267 v.

CCXVIII

Textus hic Regem D. Sancium II aera infrascripta fuisse Vimarane monstrat. Textum nobis suppeditavit Herculano, *Hist. de Port.*, tomo II, pag. 325, nota 2, da 4.ª edição.

1231

Facta carta... in curia d. regis Sancii se-

(1) Esta data não consta do documento, é porem provavel. Veja-se *Hist. de Port.*, por A. Herculano, tomo II, nota XX.

cundi... coram Petro Martini superjudice domini regis... Qui *tunc temporis curiales erant*: D. Petr. Joh. M. C. D. Mart. Joh. signif., Mag. Vicentius electus gardensis cancellar... Vimaranes, I die aug. era 1269.

CCXIX

Testamentum Gundisalvi Gundisalvi, canonici Vimaranensis. Ex apographo authentico saeculi XVIII sumpsimus.

1232

Era millessima ducentessima septuagessima hoc est testamentum quod ego Gonçallus Gonçalui canonicus Vimar. facio pro anima mea Imprimo mando corpus meum sepilliri in Ecclesia Santae Mariae Vimar., altari tres marauitinos, canonicis ejusdem Ecclesiae tres marauitinos; canonicis et pauperibus tres marauitinos, et pro missis treginta dierum canonicis quator marauitinos, pro missis annalibus tres marauitinos, pauperibus octo marauitinos, Sancto Verissimo quinque marauitinos, Sancto Petro de Ferreira unum marauitinum, Sancto Micaheli de Castello unum marauitinum pro libro, et pro opere marauitinum, Sancto Pellagio unum marauitinum, Sancto Jacobo quator, leprosis de Vimar. unum marauitinum, et ad Gafas marauitinum; Sancto Martino de Farijia unum marauitinum. Sancto Micaheli de Cerzedo duos marauitinos; Vrracae Latronae decem marauitinos, Joanni Gunçalui meam hereditatem de Harões et persoluat inde pro anniuersariis patris et matris meae sex marauitinos annuatim, et mando quod mea hereditas de Ribollo mallo, et de Tabuadello diuidatur inter Joannem Gunçalvi, et Fernandum Guncalui fratrem ejus, et diuidant eam per medium scilicet duo casalia quae habeo in Ribullo mallo, et duo casalia in Tabuadello cum quanto ibi ganaui. Mando Santiae Gonçalui meum casale de Feramontanos; Mando casale de Ripa de Avizella in Frigiaa Sanctae Mariae de Gemeos in quo moratur Joannus Pellagii quod Santia Gartiae, et Petrus Morariae teneant illud in uita sua, et compleant de illo quantum ego mandaui, et in uita eorum semper illud teneant; post mortem vero amborum recipiant ipsum casale Joannes Gonçalui, et Fernandus Gunçalui frater ejus et persoluant inde canonicis Vimar. pro meo anniuersario in quocunque anno sex marauitinos. istis fratribus ambobus mortuis canonici Vimar. recipiant totum casale integrum pro meo anniuersario. Mando quod si Martinus Gunçalui persoluerit Joanni Goncalui et Fernando Gunçalui ducentos aureos quod debet recipiant quintam partem illius casalis quod mando Santiae Gartiae, et Petro Morariae in uita eorum, et de omnibus alliis casalibus quae in meo testamento resonant preter hereditatem de Arões. Mando Santio Gartiae quanto habeo in domibus in quibus ipse moratur. Mando meas domos, et totam meam hereditatem quae in testamento meo nom resonat, et omnes meas res mouilles, et inmonibilles Joanni Gunçalui, et Fernando Gunçalui: Mando Petro Petri meo Abbati meam capam pellii Santio Gartiae meum pallium de Gamili Petro Morariae meam garnachiam Martino Gunçalui fratri meo meum pallium de penna blanca Santae Mariae de Gemios unum marauitinum, Sancto Christopharo unum marauitinum Simoni Petri tres marauitinos, Mendo Petri decem marauitinos, et faciat de eis sicut ego mandaui Petro Morariae tres marauitinos, et faciat de eis sicut mandaui; Sanctiae Dias quinque marauitinos; Tharasiae Dias duos marauitinos; Dominico quinque marauitinos; Jordam duos marauitinos Martino Fernandis unum quartum de millio ad suam soprinam unum sextum de millio quae sedet cum fillio de Monaco Matri suae unum sestum de millio Petro fillio viginti marauitinos Joanni Santo quinque marauitinos per manum Santii Gartiae, et Petri Morariae Laurentio Faber duos marauitinos, Michaelli chaueira duos marauitinos Gunçaluo duos marauitinos Micahelli Gunçalui viginti marauitinos, Petro Ribeira quinque marauitinos, Judici decem marauitinos; Menendo Petri clerico de Donna Alda viginti marauitinos Petro Crispo decem marauitinos, Dominico Giraldo decem marauitinos; Augustino meam garnachiam in qua jaceo; Joanni Petri de Santo Pellagio tres marauitinos Maijori Petri chaueira duos marauitinos Micahelli Guncalui de Pardaoso duos marauitinos Filliae de Petro Pellagii de almuija de Santio Gartiae unum marauitinum Maijori Rascada unum quartum de millio. Mando quod Petrus fillius non det de ipsa casa de Ribollo mallo nec de exitu ipsius domus directuram in uita

sua, et mando quod Santius Gartia, et Petrus Morariae sint heredes mei testamenti, et faciant illud compleri per meas hereditates, et per panem et vinum, et per meas bestias excepto puldrio, et per quanto inuenerint de meo sensu, et nullus inde aliquid recipiat quousque testamentum meum sit completum sicut escriptum est. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro II dos Testam. e doações,* fl. 113 v.

CCXX

Carta regia de protecção ao convento da Costa.

1235

El Rey dom sancho o primeiro per graça de Deus Rey de puurtugall a vos dom gill vasquez saude sabede que o prioll da costa se queixou a mym de muito torto de muita força que lhe fazem em suas erdades e seus homeens que nom tem porco nem ovelha nem galinha por amor dos caualleiros mallfeitores seus vezinhos e moordomos e pouoradores de çelorico E outros homeens os quaees o prior me nom quis dizer os quaees sam em vosa terra / . e credes que nom tenho tamto rancor e desprazer deles mallfeitores como de vos que jsto lhe sofres porque vos bem sabees que o moesteiro E as erdades e hos homeens dele todo he meu onde vos mando que vista esta carta vos façaees logo sacar e tirar ho meu emcouto E emmendar o danno ao prior e os emprazaje pera o meu juizo que venham amte mym e maees vos mando que costramgaees o alcajde e o juiz de guimaraes e fernam Reymondo que sabem parte da jmquiriçam que lhes mandey sobre em felgeiras e em vall de boiro e em eses lugares em que lhes diser o prior e se a tem ja tirada dem a vos e fazea aselar de uoso selo e dos selos deles e temdea asy emparada e defesa esta erdadẽ e as outras do moesteiro que nenhuum hy nom posa mall fazer e tambem vos mando que pelas cartas as quaees tem o prior de meus avoos e de meu padre seladas e mynhas per esas julguees e façaees julgar ao juiz de guimaraes E quando vos dom gill nesa terra nom fordes o alcajde e o juiz de guimaraes façam comprir e guardar esta carta E as outras as quaees tem o prioll de meus avoos e de meu padre seladas e mynhas per meu porteiro de guimaraes que nenhum nom posa hy mall fazer Dada em leiria a xj de feuereiro era de mill e ij^{c} l xx iij. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Chancellaria de D. Manuel,* Liv. 16, fl. 87 v.

CCXXI

Confirmatio chartae immunitatis canonicis Vimaranensibus facta. Ex apographo authentico saeculi XVIII hausimus.

1236

Sancius Dei gratia Portugalliae Rex prectori et judici et cunsilio de Vimaran. et omnibus aliis qui istam carta uiderint salutem. Sciatis quod canonici Vimaran. monstrauerunt michi cartam aui mei per quam erant illi et sui seruientes de suis domibus emparati et deffensi quod non pectarent vocem nec calumniam. unde sciatis quod ego mando et concedo quod ipsi sint judicati sicut unquam melius fuerunt in tempore aui mei, et sicut jacet in illa carta sua quam tenent de meo auo. unde aliud non sit, et ut semper inde sint liberi et deffensi in perpetum dedi eis istam meam cartam apertam, ut teneant eam in testimonium, que fuit facta apud Colimbriam decimo nono die januarii. Era mil dusentos setenta e quatro.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Privilegios,* tomo 1.°, fl. 5.

---

(1) *Harões:* Arões, freguezias hoje de Fafe. — *Ribolo malo, Farijia, Cersedo:* veja-se a nota ao doc. n.° CXIII. — *Frigiaa:* ?; talvez deva lêr-se *Frigida* e designe a freguezia de Villafria, hoje de Felgueiras.—*Santo Christopharo:* provavelmente S. Christovão d'Abbação. —*Feramontanos:* a freguezia de Fermentões.

(1) A data não confere com o reinado de D. Sancho I; deve ser D. Sancho II.

CCXXII

Pactum venditionis aquae, quae decurrit de Nespereira. *Ex apographo authentico saeculi XVIII sumpsimus.*

1236

In Dei nomine. Haec est carta venditionis et firmitudinis quam jussimus facere Ego Gunçaluus Pellagii, et uxor mea Maria Menendiz vobis Domno Vincentio Priori et capitullo Vimar. de medietate ipsius aquae quam venit de Nespereira de quinque quinionibus duos quiniones, et ipsa aqua debet venire in saluo ad ipsum vestrum casale de heira vetra Vendimus vobis ipsos duos quiniones ipsius aquae cum omni suo jure de monte in fontem per ubi illam inuenire potueritis pro pretio quod a vobis accepimus tres marauitinos et quartam tantum nobis et vobis placuit, et de pretio nichil remansit; habeatis ipsos duos quiniones ipsius aquae in perpetuum. Sed si aliquis venerit vel nos venerimus qui hoc nostrum factum irrumpere vollueri t componat vobis ipsos duos ipsius aquae quiniones duplatos et quantum fuerit mellioratos, et cui vocem vestram dederitis pectet illi mille solidos. Facta carta mense Junii era millessima ducentessima septuagessima quarta Nos supra nominati qui hanc cartam jussimus facere coram bonis hominibus nostris manibus roboramus. pro testibus Petrus testis. Pellagius testis. Martinus testis. Joannes notauit.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Contractos, Posses e Compras,* fl. 283.

CCXXIII

Donatio in Guilhamir. Ex apographo authentico saeculi XVIII sumpsimus.

1237

Notum sit, tam presentibus, quam futuris hominibus quod nos Capitullum Vimar. dedimus Estephano Joanis duodecim marauitinos per illud casalle quod ipse habet in villa quae vocatur Guilhamir ex parte patris sui Joannis Stephani talli videlicet pacto, ut ipse Stephanus Joannis habeat, et possideat illud casale in uita sua et nom habeat potestatem vendendi, nec donandi, nec amplasandi sed habeat inde fructus in vita sua, et post mortem suam illud casale liberum et sine diminutione remaneat Capitullo Vimar. et sciendum est quod Capitullum debet facere annuatim anniuersarium pro ipse Sthephanus Joannis, et ipse Sthephanus debet dare in uita sua in unoquoque anno Capitullo Vimar. de illo casali unam teigam de pane pro cognocimento. Siquis nostrorum contra hoc factum vẹnerit quantum quesierit tantum alteri parti duplet, et cui vox data fuerit pectet illi quingentos solidos. Facto plaso siue carta mense Junii era millesima ducentessima septuagessima quinta ego Sthephanus Joannis hoc plasum siue cartam manus meas roboro pro testibus Petrus testis. Pellagius testis. Joannes testis. Martinus notauit. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro II dos Testam. e doações,* fl. 67 v.

CCXXIV

Pactum venditionis fundi in Sesufe. Ex apographo authentico saeculi XVIII descripsimus.

1238

In Dei nomine. Haec est carta venditionis et perpetue firmitudinis quam jussimus facere ego Petrus Ferro, et uxor mea Eluira Petri vobis capitulo Vimar. de ipsa casa, et de ipso campo cum suo cidral, et ipso campo cum sua eira, et duabus laireis quos ego inquiatabam in Sezufe in vestros cortinal trans vestros valles; Vendimus vobis omnes istas hereditates cum suo jure et hoc facimus pro pretio quod de vobis accepimus duobus marauitinis, tantum nobis et vobis bene complacuit et de pretio apud vos nichil remansit: Habeatis igitur omnes supradictas hereditates in cunctis temporibus secullorum. Sed si forte aliquis homo venerit vel nos venerimus qui hoc factum nostrum irrumpere vollueri t non sit ei licitum sed pro solla temptatione petet alteri parti quingentos solllidos bonae monetae. Facta carta mense martii sub era millessima ducentessima septuagessima sexta. Nos supra nominati qui hanc cartam jnssimus facere coram

(1) *Guilhamir:* Guilhomil; em Polvoreira ou Matamá?

bonis hominibus nostris manibus roboramus. pro testibus. Petrus testis. Joannes testis. Pelagius testis. Didacus Petri notauit. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *L. dos Cont., Posses e Comp.*, fl. 295.

CCXXV

Textus hic Regem D. Sancium II aera infrascripta fuisse Vimarane monstrat. Nobis suppeditavit Historia Genealogica, Provas, tomo 1.º pag. 42.

1238

D. Sancho por graça de Deus Rey de Portugal, a vos Dom Sylvestre pella mesma Arcebispo de Braga, saude..................

....

Data em Guimarães sette dias antes das Calendas de Dezembro da Era de mil e duzentos e setenta e seis.

CCXXVI

Pactum compositionis inter Ecclesiam Vimaranensem et haeredes Ferdinandi Petri. Ex apographo authentico saeculi XVIII descripsimus.

1239

Nouerint vniversi ad quos presens scriptum peruenerit quod cum intentio verteretur inter priorem et Cappitulum Vimar. ex parte una et Joannem Dominici et consoprinos suos scilicet Martinum Remondi et Fernandi Regmondi, et Joannem Regmondi, et Dordiam Regmondi, et Mariam Regmondi, et Elviram Regmondi, et Santiam Regmondi ex altera super testamento Fernandi Petri Bousom quondam canonici Vimar. per quod idem Prior et Cappitullum allegabant duodecim marauitinos sibi esse legatos ab ipso Fernando Petri per suas hereditates ut pro eo annuatim anniuerssaria duodecim celebrare aduersa parte dicente hoc non esse verum sed sex marauitinos tantum pro suo anniuerssario reliquisse scilicet duos marauitinos per suam medietatem de quintana de Ripa Selii, et duos marauitinos per suum casale de lourosa aserente quod ita continebatur in ejus testamento ultimo cumque super hoc fuisset diutius letigatum tandem de consensu partium ad tallem deuenerunt compositionem ut Prior et capitullum habeat in pace per ditos sex marauitinos per supraditas hereditates in quolibet anno in die anniverssarii sui scillicet in festo Sanctae Mariae Magdallenae. Item positum fuit et concessum ab utraque parte ut Prior et capitullum habeant allios tres marauitinos per preditas hereditates scilicet duos marauitinos et medium per quintana de Ripa Sellii et medium marauitinum per domum et almoyam et Prior et cappitullum obligauerunt se ad fassiendum alliud anniuerssarium pro eodem Fernando Petri in calendis Decembris in quo anniuerssario debent soluere istos tres marauitinos annuatim debent etiam Prior, et cappitullum facere alliud anniuerssarium pro jam dito Fernando Petri in callendis aprillis pro uno casalli de Picoutos quod ipse in uita sua dedit eidem Priori, et Cappitullo; Siqua autem partium uel aliquis alius contra hanc compositionem venire presumsserit non sit ei licitum sed quantum inde diminuire volluerit tantum in duplo alteri partae componnat, et cui vox data fuerit quingentos solidos bonae monetae. Fato plaso compositionis, et firmitudinis apud Vimar. mense jullii. Era millessima ducentessima septuagessima septima pro testibus Petrus, Joannes, Martinus, Pellagius notauit, et ut ista compositio majus robur obtineat fecimus inde fieri duo placita per alphabetum diuisa qui presentes fuerunt Fernandus Dominici Burguensis Vimar. Gunssaluus Godini Presbiter, Pellagius Arias Presbiter, Martinus Gunssalui Presbiter, Mendus Gomes Prellatus de Cerzedo, Michael Laurentii laicus, Martinus Lopis laicus Vimar. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro das Trans. e Escambos,* fl. 234.

(1) *Sesufe:* Sesulfe em Asurey. Veja-se a nota ao documento n.º LXXXV.

(1) Veja-se o documento n.º CCXI e respectiva nota.

CCXXVII

Pactum venditionis fundi in Fiiz (Santa Eufemia de Prazins). *Ex Archivo parochiali* do Mosteiro do Souto *descripsimus*.

1240

In dei nomine. Hec est karta uenditionis et perpetue firmitudinis quam iussimus facere eluira petri cum filiis et filiabus meis. Johanes suarij et petrus suarij. Maria suariz. et suus maritus Dominicus gunsaluj. et Durancia suariz. et ejus maritus petrus martinj. vobis Johanj menendiz et uxori uestre Marie petri. De nostra hereditate quam habemus in fiiz et in suo termino in loco qui uocitant lagea a sumitate montis castro usque riuolum aue. Vendimus uobis ipsam hereditatem de monte in fonte pro pretio quod a uobis accepimus XXII. morabetinos tantum nobis et uobis placuit et de pretio apud uos nichil remansit. Habeatis igitur ex hac die semper firmiter et qui uobis placuerit. Siquis uenerit uel uenerimus qui hoc nostrum factum irrumpere uoluerit conponat uobis ipsam hereditatem duplatam et quanto fuerit meliorata et cui uocem uestram dederitis pectet illi D. solidos. Facta karta mense februarij E. M. 2 XX. VIII. Nos supranominati qui hanc kartam facere iussimus coram bonis hominibus nostris manibus roboramus. Pro testibus. Petrus. Pelagins. Johanes. testes. Martinus notuit. (1)

(1) Veja-se a nota 2 ao documento n.º CVII.

Lagea: Lage, casal na freguezia de Santa Eufemia de Prazins. — *Montis Castro:* Monte de Castro, que se eleva na divisoria com Santo Thyrso de Prazins.

CCXXVIII

Donatio agri in oppido Guimarães. *Charta, olim ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, hodie in Publico Archivo invenitur, unde eam describendam curavimus.*

1242

In dei nomine. Hec est karta donationem et firmitudinis quam iussi facere Ego Gunsaluus petri de flandes vobis consoprine mee Sancie martinj et marito uestro. Dominico uincenti. De ipso meo campo quod habeo in uilla vimaranis in Rua de Sancta Maria et iacet inter casas que fuerunt de Cantore. et inter casam de Menendo facunda. et similiter de meo quinione quod habeo in ipso Molendino qui uocitant de Relio. do et concedo vobis ipsum campum tam de auolengo quam de ganantia et similiter quantum habeo in ipso molendino in casamento. et debeo facere uobis in ipso campo casas per mea custa. et si ego uobis illas non fecerit debeo dare uobis. centum morabitinos ueteros. in quibus illas faciatis habeatis igitur ex hac die ipsum campum et molendinum in casamentum et faciatis de hoc quicquid uobis placuerit. Siquis uenerit uel ego uenero qui hoc meum irrumpere uoluerit conponat uobis ipsum campum et molendinum duplatum et quanto fuerint melioratum et cui uocem uestram dederitis. pectet illi. d. morabitinos et insuper sit maledictus a deo amen. facta karta mense augusti E.ª M.ª CC.ª LXXX.ª Ego Gunsaluus petri uobis Sancie martinj et uobis Dominico uincenti consanguineis meis hanc kartam coram bonis hominibus meis manibus roboro et accepi a uobis pro rebora unum cifum argenteum. Pro testibus — Petrus testis = Pelagius testis = Johanis testis = Martinus notuit. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 9.

(1) *Relio:* Relho, rua ainda conhecida vulgarmente por este nome, embora officialmente se denomine de Villaflor.

CCXXIX

Jus patronatus in Ecclesia de Villa do Conde *Ecclesiae Vimaranis fuisse, hoc diploma monstrat. Ex apographo authentico saeculi XVIII hausimus.*

1243

In Dei nomine amem. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod Domino Joanne Egeae Cantore Bracharen. et Domni Silvestri Archiepiscopi ejusdem vicario sedente pro tribunalli in claustro Bracharen. presenti-

bus Martino Decano et cappitullo ejusdem loci Magister Martinus Prior Vimaran. quodam instrumentum apertum exhibuit signatum sigillo Domnae Mariae Pellagii Ribeira quod sigillum erat appositum ad latus ipsius literae per quam inneptam appositionem et tenuitatem materiae ipsius sigilli timens dictus Prior ne sigillum facile corrumperetur vel amoveretur aut alio modo viciaretur petit supradictum instrumentum autoritate prefacti vicarii sub forma publica exemplari saepe factus utique vicarius tam ipsum instrumentum quam sigillum diligenter inspexit, et nulla sui parte viciata reperit, et in presentia Cappitulli legit unde motus ex causis supra scriptis habito cum Cappitullo consillio precepit autoritate qua fungebatur michi Martino Petri notario Bracharen. ut supra nominatum instrumentum exemplarem ipsum sub forma publica redigendo quod et fuit instrumento tantum et sigillo diligenter a me ibidem prius inspectis et in nulla sui parte viciatis repertis est autem dicti instrumenti tenor talis.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Domna Maria Pellagii timens Deum et Beatam Mariam quito, et abrenuntio Priori et capitulo Vimaran. Ecclesiam Sancti Joannis de Villa Comitis quam eis demandabam et impediebam, et hoc facio quia pro veritate inveni quod ipsa Ecclesia spectat ad Ecclesiam de Vimaran. et ad Priorem et Cappitullum ejusdem. Dat. Port. quarta die mensis marcii sub era millessima ducentessima octogessima prima hujus rei testes Dominus Martinus Decanus Petrus Gunssalui de Barundo Rodericus Fernandi magister Joannes Gomesius Alvici Stephanus Sueri Fernandus Petri canonici et multi alii. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Padroados*, fl. 155 v.

(1) O padroado d'esta Egreja, e da Ermida de S. Julião *de Ripa Maris* a ella annexa, passou em 1319 para o convento de Santa Clara de Villa de Conde em virtude de troca pelo da Egreja de Murça. Os documentos relativos a esta permuta encontram-se no *Livro dos Padroados*, fl. 148 e seguintes.

CCXXX

1245

No mez de maio da Era de 1283 D. Urraca Sanchez vendeu ao Mosteiro de Santo Thyrso os bens que possuia em Villa Nova das Infantes e Golaens, como se prova por um documento, que existiu no Cartorio do referido Mosteiro.

Vide *Dissert. Chronol.*, por J. P. Ribeiro, tomo IV, 1.ª parte, pag. 74. (1)

CCXXXI

Pactum venditionis fundi in Sancto Johanne de Calvos. *Ex apographo authentico saeculi XVIII hausimus.*

1246

In Dei nomine. Haec carta vendictionis, et eterne firmitudinis quam jussi facere ego Ausenda Garciae vobis Capitullo Vimar. de tota mea hereditate quam habeo in Villa Viride in termino de Asperandei in collatione Santi Joannis de Caluis quantum ego ibi habeo vendo vobis totam ipsam hereditatem quam habeo et habere debeo in Villa Viride in termino de Asperandei de monte in fontem per ubi illam potueritis inuenire pro pretio quod de vobis accepi tres marauitinos tantum michi et vobis bene complacuit, et de pretio apud vobis nichil remansit; habeatis igitur ex hac die semper firmiter ipsam supradictam hereditatem et qui vobis placuerit in cunctis temporibus secullorum. Sed si aliquis homo venerit vel ego venero qui hoc factum meum irrumpere volluerit componat vobis ipsam hereditatem duplatam et quantum fuerit melliorata, et cui vocem vestram dederitis pectet illi quingentos sollidos. Facta carta mense marcii era millessima ducentessima octogessima quarta ego supra nominata quae hanc cartam jussi facere coram bonis hominibus meis manibus roboro. pro testibus. Pe-

(1) Veja-se a primeira parte da nota 1 ao documento n.º CLIX.

trus. Paullus. Joannes testes. Pellagius notauit. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Cont., Posses e Comp.*, fl. 265 v.

CCXXXII

Pactum venditionis fundi in Guilhamil. Ex apographo authentico saeculi XVIII descripsimus.

1246

In Dei nomine. Haec est carta venditionis, et eternae firmitudinis quam jussi facere ego Petrus Nunni vobis Priori et capitullo Vimar. de tota tertia integra ipsius hereditatis quam Bernaldus Simioni et uxor sua Domna Elvira habebant in Guillamil in illo casalli quod habebant cum Joanne Stephani et ipsa tertia ipsius hereditatis evenit michi ex parte Totae Bernaldi, quae fuit monacha de Thoyas, et relliquit ibi ipsam hereditatem, et omnia bona sua, et Regina cum Abbatiça et cum conuentu de ipsius monasterii dedit illam michi pro debito quo Sugerius Petri Carnes debebat Patri meo Nunno Petri. Vendo vobis ipsam hereditatem cum omni suo jure et prestantiis suis de monte in fontem per ubi illam potueritis invenire pro pretio quod de vobis accepi sex marauitinos tantum michi, et vobis placuit, et de pretio apud vos nichil remansit. Habeatur igitur ex hac die semper firmiter ipsam supradictam hereditatem, et qui vobis placuerit in cunctis temporibus secullorum et sciendum est quod isti marauitini sunt de anniuersariis; Sed si alliquis homo venerit vel ego venero qui hoc factum meum irrumpere vollueri qui hoc factum componat vobis ipsam hereditatem duplatam, et quantum fuerit melliorata, et cui vox data fuerit pectet illi quingentos solidos. Facta carta mense octobris era millessima ducentessima octogessima quarta. Ego supra nominatus qui hanc cartam jussi facere coram bonis hominibus roboro. pro testibus Petrus. Pellagius. Joannes testes. Pellagius notauit. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Cont., Posses e Comp.*, fl. 290 v.

(1) *Sancti Joannis de Caluis:* S. João de Calvos, freguezia extincta e incorporada na de Lordello e da qual ainda existe a pequena egreja, que serviu de parochial. — *Villa Viride:* Villa Verde, casal na freguezia de Guardisella, limitrophe de Lordello. — *Asperandei:* Esplendens, lugar em Guardisella.

(1) *Guilhamil:* Guilhomil é nome de casaes em Polvoreira e Matamá.

CCXXXIII

1246

Alexandre Herculano, firmando-se n'uma inquirição do tempo de D. Diniz, *Hist. de Port.*, tomo II, pag. 410 da 4.ª edição, escreve que Guimarães, a antiga corte do conde D. Henrique, foi uma das povoações importantes, que sustentaram seu preito ao monarcha deposto (D. Sancho II), sendo reduzida á viva força e submettida pelas armas á obediencia de D. Affonso III.

CCXXXIV

Testamentum Ferdinandi Dominici. Ex tabulario Collegiatae Vimaranensis sumpsimus.

1247

E.ª M.ª CC.ª LXXX.ª V.ª mense marcij. hoc est testamentum quod ego Fernandus dominicj facio. primo mando corpus meum sepeliri in ecclesia sancte marie Vimaranensis in loco ubi sepultus est filius meus Johannes. Et mando ibi abatj (?) et canonicis eiusdem. IIII. morabitinos. In primo sabato pauperibus. V. morabitinos. et canonicis. II. morabitinos. pro missis triginta dierum pauperibus. V. morabitinos. et canonicis. II. morabitinos. In fine annj pauperibus. IIII. morabitinos. et canonicis. II. morabitinos. Mando iohanni II. morabitinos. Didaco petri. medium morabitinum. Mando pro meo anniuersario meam domum de rua Cabreira. in qua moratur Petrus gunsalui pincalio. Et leprosibus et leprosis Vimaranis. I. morabitinum. Sancto Jacobo. medium morabitinum. Sancto micaheli de opido. medium morabitinum. Mando Dominice fernandj meam domum de rua zapateira in qua moratur Martinus de molares. et. C. morabitinos. Item mando Marie fernandj meam

domum de rua de gatos que stat intra casam Gunsaluj nugala. Item mando Geraldo fernandj meam domam in qua moratur Johannes menendj et quartam de domo quam habeo cum Suerio pelagij. Item aparto Dominicum fernandj cum. I. morabitino. Mando Johanni dominicj fratri meo meam hereditatem de pugaees (?) cum sua casa. Item mando domne Vrrace meas domos in quibus nunc habito et meam hereditatem de Gafian. et de zoues. et de palunbare quas habeat eas in uita sua. et nec habeat licenciam vendendi nec donandj nec alienandj. et post mortem eius remaneant filiis meis. quos habeo de illa. et si uos (?) obierit sine semine remaneant hereditates illas aliis fratribus suis. et sic de singulis. Mando Martino fernandj et filiis quos habeo de domna Vrraca totam meam hereditatem quam habeo in fornelo. Mando sancto pelagio medium morabitinum. Mando pro tribus annalibus. XXXVI. morabitinos. et statuo heredem meum Johannem dominicj canonicum Vimaranensem ut persoluat meam mandam. et faciat in meo sicut ego facerem. sicut ei uisum fuerit pro bono. et nemo sit ausus uenire contra meum testamentum nec diuidere bona mea donec debita mea et testamentum meum sit placatum. et siquis inde aliud uoluerit facere aparto ipsum cum. I. morabitino. presentibus Johannes pelagiz alfaiate. Petrus gunsaluj presbiter. Martinus petri bilmir. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Pergaminho* n.º 25.

---

(1) *Rua cabreira:* a situação da rua Cabreira determina-se por um documento, exarado em Guimarães *sexta die junii era millessima trecentessima tregesima secunda*, copiado no seculo XVIII, *Livro das Transacções e Escambos*, fl. 60 v., existente no Archivo da Collegiada, no qual se lê: *Damus vobis dicto Priori et conventui* (de S. Domingos) *illas nostras domos quas habemus in Vimar. in rua quae vocatur Cabreira et habet adjacentiam sirca domos Joannis Martini dicti Cebolla ex parte una et locum ubi vos intenditis fundare Ecclesiam vestram ex altera justa portam occidentalem.* E' todavia certo que nos livros da Collegiada se designa esta rua na parte alta de Guimarães. Projectariam os dominicos mudar a primitiva fundação do seu convento *intra muros* antes de determinado o local onde actualmente se acha?

CCXXXV

Pactum venditionis in Guimarães. *Charta authographa, olim ad Collegiatam Vimaranensem pertinens, hodie in Publico Archivo asservata, unde eam describendam curavimus.*

1247

In dei nomine. hec est karta uenditionis et perpetue firmitudinis quam iussimus facere ego Lupus petri et uxor mea domna Constancia vobis domno Martino pelagij Cantori Vimaranis. De ipsis nostris duabus Tendis quas habemus in Vimaranis in vico de Azougue in Regataria cum suo solio secundum diuidit solium per trabem quam uobis monstrauimus coram bonis hominibus et habent iacentiam inter Tendam Martinj menendj et de alia parte. diuidunt cum ipsa nostra Domo in qua habitamus. Vendimus uobis ipsas duas Tendas supradictas cum suo solio et cum omni suo iure secundum uobis ipsum solium diuisauimus per trabem pro precio quod de uobis accepimus C.ᵐ L.ª morabitinos quos dedimus domno Martino egidij per mandatum domnj Regis pro debito de pane. quod illi debebamus tamen nobis et uobis bene conplacuit de precio apud uos nichil remansit pro dare. Et sciendum est quod si aliquod dannum fuerit factum ipsis qui in ipsis dictis Tendis morati fuerit per illam partem solij quam nos tenemus super illis nos et alij quo istas Domos nostras habuerint post nos debemus eas totum corrigere et ememdare Debemus etiam tapare per medium uobiscum inter domum nostram et uestras Tendas quam uobis uendimus. Habeatis uos igitur ex hac die senper firmiter ipsas supradictas duas Tendas cum suo solio secundum est diuisatum et qui uobis placuerit in cunctis temporibus seculorum. Set si aliquis homo uenerit qui hoc factum nostrum irrumpere uoluerit non sit ei licitum. set pro sola tentatione quantum quesierit uel inpedire tantum uobis in duplo conponat. et cui uocem uestram dederitis pectet illj mille solidos. Et si nos uobis illas in Concilio auctorizare noluerimus uel non potuerimus similiter faciamus. facta karta mense Nouembris. E.ª M.ª CC.ª LXXX V.ª Nos supranominati qui hanc kartam iussimus fieri uobis eam coram bonis hominibus nostris propriis manibus roboramus pro testibus. Petrus testis =

pelagius testis = Johanis testis = Pelagius iohanis notuit.

Vide Arch. da T. do T., *Colleg. de Guim.*, maço 12, n.º 10.

CCXXXVI

?

In dei nomine. Ego Sancius Dei gratia Port. Rex, timens diem mortis meae... condidi testamentum meum.........................

....

Mando... Capit. S. Mariae de Vimaran. ccc. morab. pro meo anniversario...............
monasterio S. Mariae *(sic)* de Costa cc. morabit. pro meo anniversario. (1)

Vide *Hist. Genealog., Provas, I,* pag. 48.

CCXXXVII

D. Affonso III confirma as immunidades do convento da Costa.

1248

Dom afonso comde de belonha per graça de deus Rey de purtugall a vos alcaide e juiz de Guimaraes e meu meirinho damtre doiro e minho saude sabede verdadeiramente que o moesteiro da costa he meu jmteiro com todos seus termos e pertemças porque meu avoo o fez e fumdou e lhe deu todo quamto tem onde como quer que ese moesteiro de samta marinha da costa foy sempre em tempo de meu avoo e dos meus amteçesores e defeso e omrrado e emparado e eu em meu tempo em esto e em as outras cousas os ey de seguir mando a vos firmemente dizer que asy como ese moesteiro da costa Em tempo de meu avoo e de meus amteçesores foy defeso e enparado e onrrado vos asy o tende defeso e emparado e omrrado contra os Ricos homeens da terra e comtra os moordomos e contra todolos homens que em ese moesteiro mall ou torto per força ou soberba fazer quiserem, porque asy como eu achey per cartas as quaees foram de meus amteçesores as quaees sam em este moesteiro que os homeens e as erdades suas de sousa e de momte lomguo e de vall de boiro som omrradas e descarregadas e liures de todo foro Reall e tambem vos mando que por esas cartas mynhas e dos meus amteçesores as quaees em ese moesteiro da costa tem as quaees eu muytas vezes conçedi e comçedo vos mando que per esas ese moesteiro da costa julgues e semelhauelmente vos mando que se alguum do meu Reino tam ousado for que este meu mandado quiser quebrantar vos todos meus emcoutos tiray deles E assy meus amteçesores onde all não façades / senam crede que eu me tornarey per onde a vos e por eses meus emcoutos e dos meus amteçesores E por amor desto mando que o prioll da costa dese moesteiro tenha este minha carta aberta / Em testemonho Dada enn Coimbra per Vasco Dias meu sobrejuiz deçimo ij calendas dabril era de mill e dosentos e oitenta e seis.

Vide Arch. da T. do T., *Chancell. de D. Manuel, Livro XVI,* fl. 87 v.

CCXXXVIII

Textus hi Regem D. Alphonsum III aera infrascripta fuisse Vimarane monstrant.

1248

A. dei gratia Rex Port. et Comes Bolon. Concilio et alcaldibus de freyxeno salutem...

....

Datum Vimarane VI kalendas. aprilis E.ª M.ª CC.ª LXXX.ª VI.ª

*

A. Dei gratia Rex Port. et Comes Bolon. vobis alcaldibus et concilio de moas salutem...

....

Datum vimarane XI die aprilis Era M.ª CC.ª LXXXVI.ª

Vide *Port. Mon. Hist., Leges et Consuet,* pag. 381 e 391.

(1) Não está datado este documento. D. Sancho II falleceu em 1248 e por isso o collocamos n'este lugar.

CCXXXIX

Pactum venditionis fundi in parrochia de Caldellas. *Ex apographo authentico saeculi XVIII hausimus.*

1248

In Dei nomine. Haec est carta venditionis, et eternae firmitudinis quam jussi facere ego Mayor Petri una cum viro meo Petro Petri vobis Domno Magistro Martino Priori, et Capitullo Vimar. de omni jure quod ego habeo et habere debeo in illo casalli de Villar de Caldellis quod casalle vocatur de Castello in collationi Sancti Thomae de Caldellis, et ipsum casalle habetis vos ex parte Domni Gunssalui Sugerii quondam canonici vestri qui vobis illud legauit in suo testamento et ego demandabam inde vobis quinionem ex parte patris mei Petri Fernandi Testa vendo vobis totum jus quod habeo vel habere debeo in predicto casalli de monte in fontem per ubicumque illud potueritis inuenire pro pretio quod de vobis accepi sex marauitinos tantum michi et vobis bene complacuit et de pretio apud vos nichil remansit; Habeatis vos igitur ex hac die semper firmiter totum directum quod ego habeo et habere debeo in ipso supradicto casalli de Villar de Caldellis quod casalle vocatur de Castello et faciatis de illo quidquid vobis placuerit in cunctis temporibus secullorum. Sed si aliquis homo venerit qui hoc factum meum irrumpere vollucrit componat vobis quantum quesierit vel impedierit duplatum et quantum fuerit melloratum et cui vocem vestram dederitis pectet illi quingentos sollidos et si ego vobis illud in concillio autorisare nolluero vel non potuero similliter faciam. Facta carta venditionis mense Junii era millessima ducentessima octogessima sexta. Nos supra nominati qui hanc cartam jussimus fieri vobis Domno Magistro Martino et Capitullo Vimar. eam coram bonis hominibus nostris propriis manibus roboramus. pro testibus Petrus testis. Pellagius testis. Joannes testis. Pelagius Joannis notauit.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Cont., Posses e Comp.*, fl. 291 v.

CCXL

Charta remissionis. Ex apographo authentico saeculi XVIII hausimus.

1248

In Dei nomine. Haec est carta quitationis et renuntiationis quam jussi facere ego Maijor Petri fillia Petri Fernandi Testa una cum fillia mea vobis capitullo Vimar. de quinione toto quod ego vobis demandabam in ipso casali de Villar quod casale vos habetis ex testamento Domni Gunssalui Sugerii canonici vestri et habet jacentiam justa portum Auis in Parrochia Sancti Thomae de Caldellis do, et renuntio vobis totum ipsum quenionem quod vobis ibi demandabam cum omni jure quod ibi habeo vel habere debeo, et hoc facio pro sex marauitinis quos michi dedistis quia sic michi, et vobis placuit, et de istis sex marauitinis apud vos nichil remansit. Habeatis vos hoc totum cunctis temporibus secullorum et faciatis de eo quidquid vobis placuerit in perpetuum sed si aliquis homo venerit qui hoc factum meum irrumpere vollucrit componat vobis quantum quesierit vel impedierit duplatum et quantum fuerit melloratum, et cui vocem vestram dederitis pectet illi quingentos sollidos facta carta quitationis mense Augusti Era millessima ducentessima octogessima sexta Ego supranominata quae hanc cartam jussi fieri coram bonis hominibus eam meis propriis manibus roboro Pro testibus Petrus testis. Paullus testis. Joannes testis. Pellagius Joannis notauit. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro das Trans. e Escambos,* fl. 253 v.

CCXLI

Jus Patronatus Ecclesiae Sancti Jacobi de Sobradello *fuit Ecclesiae Vimaranensis. Ex apographo authentico saeculi XVIII hausimus.*

1249

Noverint uniuersi presentis scripti seriem

(1) *Portum Auis:* nas margens do Ave existe um campo denominado *Porto,* pertencente ao casal da Taipa.

inspecturi quod cum inter Domnum Martini Pelagii Chantorem et Capitullum Vimaran. ex una parte, et parochianos, et alios qui dicebant se heredes Ecclesiae sancti Jacobi de Sobradello contra Petrum Cambom ex altera super censum quem Capitullum Vimar. debebat percipere de Ecclesia de Sobradello super jure patronatus ipsius ecclesiae verteretur tandem coram magistro scholarum Petro canonico et vicario Bracharensi predicti governatores et alii et predictus Petrus Cambom confessi fuerunt jus patronatus predictae Ecclesiae Sancti Jacobi de Sobradello ad Capitullum Vimaran. ab antiquo spectare, et censum scilicet duorum aureorum, et unius quartii de castaneis secis in festo Natalis Domini persolvendum et quod Prellatus ipsius Ecclesiae Sancti Jacobi de Sobradello tenetur recipere ditum Chantorem et canonicos Vimaran. tamquam patronos secundum possibilitatem ipsius Ecclesiae cum ad ipsam Ecclesiae de Sobradello casu aliquo contingeret declinare. Haec confessio facta fuit in Capitullo Bracharen. in presentia mei Stephani Petri tabellionis Bracharen. civitatis qui rogatus a parte dicti chantoris hoc instrumentum inde confeci et in registro conscripsi decimo quinto Kallendas Januarii Era millessima ducentessima octogessima septima. Petrus. Joannes. Mendus testes.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Padroados,* fl. 66 v.

CCXLII

Confirmação de cartas regias de protecção ao mosteiro da Costa.

1249

Dom afonso per graça de Deus Rey de puurtugall Conde de belonha a todos que estas presentes letras virem saude saberees como eu vy cartas as quaees meu auoo el Rey Dom Samcho e meu padre o Senhor Rey dom afonso e meu jrmão Rey Dom Samcho deram e concederam ao moesteiro de Samta Maria *(sic)* da Costa pelas quaees o dito moesteiro fose melhor defeso e emparado com todolos direitos e pertenças suas das quaees o theor tal he (1)...

Hic incipit inquisitio Sancti Romani de Aronis et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Fernandus Petri, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, quod est herdatorum et gubernatorum ipsius Ecclesie, et ad presentationem ipsorum Bracarensis Archiepiscopus Petrum Gomecii in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xlij. casalia, et sunt inde xiij. casalia ipsius Ecclesie et habuit ea de testamento; et v sunt Monasterii de Refoios et habuit ea de testamento; et duo sunt Nunionis Martini canonici Vimarañ.; et duo sunt Domne Maioris de Baucis; et aliud est Judicis Vimarañ.; et aliud est Maioris Durandi Vimarañ.; et aliud est Fernandi Gunsalvi cadilo Vimarañ.; et aliud est Martini Realis et filiorum Johannis Verve Vimarañ.; et quintana est Martini Egidii et ejus sororis; et aliud est Marie Alvim; et aliud est Martini Laurencii cum sua germanitate herdatorum, et dant annuatim Domino Regi xvj. varas bracalis pro fussadaria; et aliud est Stephani Barral; et duo sunt Marie Alvim, et unum istorum de Trophaes dant annuatim Domino Regi viij. varas bracalis pro fussadaria; et aliud est Fernandi Petri cum sua germanitate herdatorum; et duo sunt Domne Elvire de Valo bono cum sua germanitate; et aliud est filiorum Gomecii Pelagii cum sua germanitate herdatorum de Ferrariis, et dant inde annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. cabritum, et j. leitonem, et j. taligam milii, et geiram una die in qualibet septimana: et de isto casali Gomecii Pelagii de Ferrariis est inde pars vj.ta Domini Regis in monte et in valle et in fonte et in omnibus locis qui pertinent ad ipsum casale, preter domos et chousas: et aliud est Menendi Pelagii de Requexo cum sua germanitate herdatorum, et dant inde annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. cabritum, et j. lectonem, et j. taligam milii, et geiram una die in septimana qualibet; et aliud est Domne Guede Sanctarene et facit tale forum per totum sicut aliud supradictum Menendi Pelagii; et aliud est Martini Menendi; et aliud est Monasterii de Caramalis et habuit illud de testamento: et omnes isti qui morantur in ista collacione pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dant luctosam inde herdatores Domino Regi. Item, dixit quod de hereditate Petri Nunionis de Trophaes cum sua germanitate dant inde annuatim Domino Regi viij. varas bracalis et j. corazillum pro fussadaria; et de hereditate de Subaco Johannis Petri cum sua germanitate dant inde annuatim Domino Regi ij. varas bracalis minus terciam et j. corazillum minus terciam pro fussadaria; et de hereditate Gomecii Pelagii cum sua germanitate de Olariis dant annuatim Domino Regi viij. varas bracalis pro fussadaria; et de hereditate de Olariis que fuit Marie Guterriz cum sua germanitate dant annuatim Domino Regi iij. varas bracalis minus terciam pro fussadaria. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod in Poeioso jacet una leira; et in Grandal ij. leire; et in Coirela ij. leire; et in Agras Outarii jacent iiij. leire; et in conchouso Outarii ij. leire; et in alio loco qui dicitur Planus ij. leire; et in Gonderiz jacet unus campus; et in Codessado j. leira; et in Riparia j. leira; et in Varzenela ij. leire; et in Porral ij. campi; et in Portela j. leira; et in Sudos unus campus; et in Arado j. leira; et in conchouso Ville Cove j. leira; et in Travessa j. peza magna campi; et in alio loco qui dicitur Casale Vermudi j. peza campi; et in Fundo alia peza campi; et in Costa alia peza campi; et in Valle de Carvalo alia peza campi; et in Leiradelo jacet j. peza Regalengui, et dant inde annuatim Domino Regi j. taligam panis; et circa aream Petri Ferri j. leira; et in vinea Petri Ferri contra bacellum j. leira; et ad portam casalium de Carvalio j. leira; et in Portu j. leira; et in fundo de Pumari Matris j. leira; et in Gayndo j. leira; et in Britelo j. leira; et in Molelos una peza campi; et in Barrada j. peza montis; et in Senroo j. peza montis; et in Sampil j. leira; et in Rapiadi in Agro Johannis Pelagii j. leira; et in conchouso ipsius Johannis Pelagii j. leira; et in aria ipsius Johannis Pelagii j. leira; et ad fontem de Infesta j. leira; et in Pomariis j. leira; et in Planis una leira; et in Subaco j. leira: et totum Regalengum laborant homines istius collacionis, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, et dant casalia Carvalii de Olariis annuatim Domino Regi ij. capones, et xiiij. ova, et xiiij. denarios. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, di-

xit quod filii et nepotes Pelagii de Aroes debent esse Maiordomi dum fuerint in Terra, et filii et nepotes Pelagii Goterriz qui vocabatur Bracalis debent esse Maiordomi Terre dum fuerint in Terra. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Petrus Pelagii Ferro, Petrus Dominici, Fernandus Petri, Menendus Pelagii, Johannes Johannis, D. Petri, Johannes Petri, Petrus Martini, Gomecius Petri, alius Gomecius Petri, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 726.

Atães — Santa Maria d'

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancte Marie de Ataes et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Fernandus Petri, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est medietas Monasterii de Costa, et alia medietas est herdatorum, et ad presentacionem ipsorum Bracarensis Archiepiscopus Laurencium Menendi in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxx casalia, et sunt inde xv. casalia et medium Monasterii de Costa et nescit unde habuit ea, et duo casalia sunt Pelagii Acha cum sua germanitate, et dant xiiij. varas bracalis pro fussadaria, et est inde medietas Domini Regis, et alia medietas est Monasterii de Costa; et aliud casale de Outerelo est herdatorum, et dant cum sua germanitate annuatim Domino Regi quartam unius bracalis de vij. varas bracale pro fussadaria; et aliud casale de Campele cum sua germanitate dant inde annuatim Domino Regi xiiij. varas bracalis; et de casali de Gonderey herdatorum dant inde annuatim vij. varas bracalis pro fussadaria; et de casali Martini Cachopo Outarii dant inde annuatim ij. varas bracalis minus quartam: et de omnibus istis fussadariis est inde medietas Domini Regis, et alia medietas est Monasterii de Costa: et aliud est Martini Cachopo Vimarañ.; et duo sunt filiorum Petri Martini Bernaldiz; et duo sunt Monasterii Burii et habuit ea de testamento; et duo sunt filiorum Petri Abbatis herdatorum; et aliud est Sancte Marie Vimarañ. et filiorum Pelagii Martini Portus et habuit Sancta Maria suam medietatem de testamento; et medium casale est Johannis Corruti: et omnes isti qui morantur in ista collacione pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod in senaria vinee ipsius Ecclesie jacet ibi una peza magna in medio ipsius senarie, et dant inde annuatim Domino Regi medietatem vini. Item, dixit quod in vinea casalis Menendi Pelagii jacet alia peza magna in medio ipsius vinee, et dant inde annuatim Domino Regi j. puzalem vini et non magis. Interrogatus quis dedit ipsam vineam ad istud forum, dixit quod nescit. Et in alio loco qui dicitur Lama de veedo jacet ibi una peza campi, et est inde medietas Domini Regis, et alia medietas est herdatorum. Interrogatus si habet ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Menendus Martini, Petrus Laurencii, D. Petri, D. Martini, Petrus Martini, Sujerius Menendi, Martinus Johannis, Petrus Fernandi, Alfonsus Johannis, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 730.

(1) *Trophaes:* Estrefans, casal. — *Ferrariis:* Ferreiros, lugar. — *Requexo:* Requeixo, lugar. — *Subaco:* Subáco, lugar. — *Olariis:* Oleiros, lugar. — *Poeioso:* ? — *Grandal:* será Trendal, nome por que é conhecida uma casa? — *Coirela:* ha campos com este nome. — *Outarii:* Outeiro, lugar. — *Planus:* ? — *Gonderis:* ? — *Codessado:* o campo de Codessido? — *Riparia:* Ribeira, lugar. — *Varzenela:* Varziella, nome de campos. — *Porral:* idem. — *Portela:* nome de lugar. — *Sudos, Arado, Villa Cove:* ? — *Travessa:* nome de campo. — *Casale Vermudi:* ? — *Fundo:* nome de campo. — *Carvalo:* Carvalho, lugar. — *Costa:* Costa e Costinha, nomes de campo e casa. — *Leiradelo:* Eiradello é nome de campos. — *Portu:* Porto, lugar. — *Gayndo:* Graido, lugar? — *Britelo, Molelos, Rapiadi, Senroo:* desconhecidos. — *Barrada:* nome d'uma encosta de monte. — *Sampil:* nome de campos. — *Fonte de Infesta:* desconhecido.

(1) *Outerelo, Lama de vêedo:* desconhecidos. — *Campelo:* lugar. — *Gonderey:* Gondarem, lugar. — *Outarii:* Outeiro, lugar.

Azurey — S. Pedro d'

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Petri de Asorey et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Johannes Didaci, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Sancte Marie Vimarañ. Interrogatus unde habuit illam, dixit quod nescit. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxviij. casalia, et ix. sunt inde Sancte Marie Vimarañ. et nescit unde habuit ea; et tria sunt Menendi Fafiz et ejus sororis; et aliud est Johannis Corruti cum sua germanitate; et duo sunt Cantoris Vimarañ. et Alfonsi Johannis; et iiij.^or sunt Orrace Manteiga; et aliud est Domini Regis in Pousada et est hermum, et fecit Orraca Manteiga in terrenis ipsius casalis bonas vineas, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, et dant inde annuatim Domino Regi j. morabitinum; et viij. casalia sunt Domini Regis, et dant inde tria casalia de Sesil annuatim Domino Regi quodlibet per se j. spatulam cum xij. costis et vj. denarios, et duo dant singulos cordarios albos, et unum dat j. cabritum et singulos capones et singulos caseos et singulos solidos pro vendima et x. x. ova, et dant duo casalia de Bornaria singulas spatulas et singulos sextarios tritici et singulos cordarios albos et singulos franganos et v. v. ova et ij. ij. capones et xx. xx. ova et singulos leitones si habuerit eos et xiiij. xiiij. varas bracalis et singulas gallinas quando Dominus Rex transierit citra Dorium; et aliud casale Johannes de Veyga dat annuatim j. spatulam cum xij. costis, et j. cabritum, et tertiam quartam vini, et j. alqueire castanearum; et aliud casale de Betecara dat annuatim Domino Regi j. spatulam; et aliud casale quod tenet Petrus Gomecii qui moratur in Castello Vimarañ. non dat ullam derecturam. Interrogatus quare, dixit quod propter quod habet varrere ipsas domos castelli Domini Regis et curare illas et revolvere in quolibet anno. Et debet inde facere forum sicut unum istorum casalium, et tenet istud casalem per cartam istius Regis. Et ista viij. casalia Domini Regis dant annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, et medietatem vini de Bornaria. Item, dixit quod illud casale supradictum de Botecara comparaverunt illud Didacus Ney et Domnus Facumdus montarius et Petrus Ceritom et partierunt illud inter se, et propter illam particionem est illud casale depopulatum. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis supradictis casalibus, dixit quod in Agrelo jacet unus campus; et in Presizal jacet alius campus; et in Chausa jacet unus campus; et inter vineas Domne Orrace et Domini Regis jacet alius campus; et super lagare Domne Orrace jacet alius campus. Item, dixit quod in vinea Orrace Nuniz de Pausada jacet ibi Regalengum sicut incipitur per ubi fuit via vetera per valle usque Moutam de Cerzariis sicut vadit ad fundum contra Selium; et subtus Presam jacet alia magna peza sicut incipitur in Presa et vadit usque Perseguarios, deinde usque ad illum locum ubi stetit nugaria contra Quintanam: et de istis vineis predictis regalenguis que jacent contra Selium fuerunt de terrenis illius predicti casalis heremi regalengui de Pousada. Item, dixit quod deffensa que vocatur Maffomade est regalenga. Item, dixit quod Fons de Heirigo cum deffensis et cum terrenis et cum quanto ibi jacet est regalengum quanto vertit agua contra Sesil. Item, dixit quod in alio loco qui dicitur Macenaria jacet ibi unus mons et fuit deffensa et est regalengus; et in Portela de Userey jacent ij. leire; Item, dixit quod campus subtus vineam Riparii est regalengus; et super vineam casalis canonicorum jacet ibi unus campus; et in Lavandaria ij. leire; et in Lama de Froya jacet alius campus; et in Castinario subtus vineam Sancti Petri jacent ibi iij. leire; et in Presa de Serra ij. leire; et in Cantono unus campus. Item, dixit quod in Campo de leiris j. leira; et in Petra abelaria alia leira; et circa vineam de Bornaria ij. leire; et in Campo de rua jacet unus campus magnus, et non faciunt inde ullum forum; et in Picoto jacent ij. leire, una in fundo et alia in fine; et in Galfararia jacet ibi unus campus cum sua deffensa et cum suo sauto; et in Outario jacet ibi unus campus magnus, et debent inde extrahere ij. leiras ingenias; et in via de Amorosa jacet j. leira; et in fundo vinee Nuni Martini in Amorosa jacet una leira; et subtus Castellum de Martilom ij. leire; et in Pousadoiro jacet unus campus magnus, et est totus Domini Regis usque aquam, preter una leira Cantoris Vimarañ.: et totum hoc Regalengum laborant homines istius collacionis, et dant inde annua-

tim Domino Regi terciam partem omnium fructuum tam panis quam vini. Item, dixit quod vinea que fuit Gunsalvi Sancii que est modo cantoris Vimarañ. est tota regalenga. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est quod ita est. Et omnes isti homines qui morantur in ista collacione pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dant luctosam illa casalia que sunt regalenga. Johannes Didaci, D. Menendi, D. Laurencii, D. Petri, Silvester Petri, Pelagius Petri, Petrus Subjerii, Johannes Martini, Petrus Petri, Pelagius Petri, Martinus Gomecii, Johannes de Veyga, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem,* pag. 723.

Balasar — Salvador de

Item in collatione Sancti Salvatoris de belsar. Petrus martinj abbas ipsius Ecclesie iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus nec habet ibi Regalengum. Item dixit quod non dant fossadariam domino Regi nec est ibi honor de nouo et milites et hordines nichil acquisierunt ibi et ame militum et forarij dominj Regis non sunt ibi. Item dixit quod de ista collatione pectant uocem et calumpniam et intrat ibi Maiordomus dominj Regis.

Stephanus iohanis — Dominicus menendi — Michael suariis—Dominicus petri iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus martinis abbas.

Vide Arch. da T. do T., *Inquirições de D. Affonso 3.º*, Livro 9.º, fl. 30.

Barco — S. Claudio do

Item in Collatione sancti Croyo Martinus laurencij Capellanus istius Ecclesie iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus nec habet ibi Regalengum set dant domino Regi annuatim de fossadaria pro Marcio scilicet de hereditate de Vilar. iij. uaras medio bragale. Item de hereditate de fromarigos. iij. uaras medium de bragale. Item de hereditate Marce saluatoris cum sua germanitate. j. uara de bragale. Item de hereditate dominj Michaelis cum germanitate sua. ij. uaras de bragale minus quarta Item dixit quod in ista Collatione intra Maiordomus dominj Regis et pectant uocem et calumpniam et dant loitosam. Item dixit quod Cauta et honores noui et ame militum et forarij dominij Regis non sunt ibi et milites et ordines nichil acquisierunt ibi nec de nouo nec de ueteri.

Laurencius petri — Petrus menendi — Martinus petri — Dominicus martinj — Petrus martinj iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus laurencij.

Vide Arch. da T. do T., *Ibidem,* Livro 9.º, fl. 32 v.

Barrosas — Santo Estevão de

Hic incipit inquisitio Sancti Stephani de Barrosas et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie. Johannes Martini, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Militum de Ferrazibus. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xvj. casalia, et viij. sunt inde Monasterii Ulvarie et habuit ea de Militibus. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod de casali Petri Subgeriie dat annuatim Domino Regi terciam morabitini de renda pro voce et pro calumpnia, et ij. gallinas, (et) v. ova. Et de casali Stephani Fernandi dat de renda annuatim Domino Regi medium morabitinum pro voce et pro calumpnia, et ij. gallinas, et v. ova. Et de casali Gonsalvi Garcie dant annuatim Domino Regi quartam de morabitino pro voce et pro calumpnia, et j. gallinam, et v. ova. Et de casali Michaelis Martini dant inde annuatim Domino Regi j. cabritum de renda pro voce et pro calumpnia, et ij. gallinas, (et) v. ova. Et casali Petri Martini dant inde annuatim Domino Regi medium morabitinum de renda pro voce et pro calumpnia, et j. gallinam, et v. ova. Et de casali Martini

---

(1) *Pousada :* quintas, cabeça do vinculo d'este nome instituido em 1302 por Gonçalo Gonçalves Peixoto. — *Sesil :* Cesite, lugar. — *Bornaria :* lugar. — *Selum :* Selho, rio. — *Quintana :* Quintã, casal. — *Picoto :* lugar que constitue uma rua suburbana de Guimarães. — *Amorosa :* lugar.

Martini non dat rendam et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et j. gallinam, et v. ova. Et de casali Martini Johannis dat annuatim Domino Regi j. morabitinum pro voce et calumpnia, et j. gallinam, xv. ova, et j. caponem. Et de casali Dompni Silvestri non dat rendam, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum. Et tria sunt casalia Monasterii de Costa et nescit unde habuit ea. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod de casali de Bafareira dat annuatim Domino Regi j. morabitinum de renda pro voce et pro calumpnia, et j. gallinam, (et) v. ova, et j. caponem; et de casali Dompni Simeonis dant inde annuatim Domino Regi ij. partes de morabitino de renda pro voce et pro calumpnia, j. gallinam, x ova, et j. caponem, Et de Casali Garcie Martini dat inde annuatim Domino Regi medium morabitinum de renda pro voce et pro calumpnia, v. ova, ij. gallinas. Et tria sunt Hospitalis, et non faciunt ullum forum propter privilegium suum; et unum est de Caramalos et de Ceti et habuerunt illud de testamento, et pectat vocem et calumpniam et vadit ad chamatum; et aliud est herdatorum et Dominici Martini de Tui, et pectat vocem et calumpniam quantum est herdatorum ipsius casalis. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod in loco qui dicitur Ventoselas jacet ibi j. leira campi et alia leira vinee, et dant annuatim Domino Regi de ipsa leira campi terciam partem omnium fructuum, et de ipsa leira vinee dant inde annuatim Domino Regi medietatem vini; et in alio loco qui dicitur Lamela jacet ibi una leira et una devesa Domini Regis; et in alio loco qui dicitur Pexe jacent ibi ij. leire, et in Presa alia leira; et in alio loco qui dicitur Mandamento jacet ibi una peza magna; et in Vessada alia leira; et in conchouso Martini Johannis j. leira; et in alio loco qui dicitur Seserigo j. leira cum tribus castinariis; et in alio loco qui dicitur Regalengum jacet ibĩ unus campus, et est inde medietas Domini Regis et alia medietas est Monasterii de Costa; et in conchouso Dompni Simeonis jacet j. leira, (et) medietas est Domini Regis et alia medietas est de Costa, et laborant istud Regalengum homines Ordinum, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum: et de hereditate Dompni Silvestri cum suis fratribus dant iij. varas et mediam bracalis pro fussadaria: et de hereditate Outurii que est herdatorum dat j. varam bracalis pro fussadaria. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Item, dixit quod de casali Martini Johannis dant vij. varas bracalis de directura: et de hereditate Dompne Aragunti dant inde annuatim Domino Regi ij. denarios pro fussadaria. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit. Martinus Martini, Michael Martini, Dompnus Silvester, omnes isti dixerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Port. Mon. Hist., Inquisitiones,* pag. 683.

Barrosas — Santa Eulalia de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancte Ovaye de Barrosis et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie. Juratus et interrogatus *(sic)* cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Monasterii de Costa et herdatorum, et ad presentationem ipsorum Bracarensis Archiepiscopus Petrum Michaelis in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod lviij. casalia, et xij. casalia et medium sunt inde Monasterii Vilarini et nescit unde habuit ea, et x. casalia jacent in cauto Aque levade, et tria casalia et medium pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et xv. casalia sunt Monasterii de Costa et nescit unde (habuit) inde xiij. et duo comparavit inde intus cauti de Militibus in tempore Domini Regis *(sic)*, et de istis xv. casalibus jacent inde in ipso cauto xiij. casalia, et duo jacent extra cautum, et dat inde unum istorum duorum j. morabitinum de renda pro voce et pro calumpnia, et dat j. gallinam et v. ova, et aliud casale dat de renda annuatim Domino Regi medium morabitinum pro voce et pro calumpnia, et dat v. ova, j. gallinam; et xj. sunt Vicencii Roderici, et vij. casalia istorum xj.cim pectant vocem et

(1) *Bafareira:* Bufareira, casal. — *Ventoselas:* lugar. — *Outario:* Outeiro, casal. — *Mandamento:* nome de campos. — *Vessada:* Idem. — *Outurii:* Outurio, casal.

Dos outros toponymicos não ha noticia.

calumpniam, et iiij.or jacent in ipso cauto predicto; et duo sunt Dompni Menendi Subgerii; et aliud est Dominici Martini Militis; et aliud est Dompne Marie Menendi; et vj. sunt Dompne Tarasie Martini; et iiij.or sunt Dompne Maioris Subgerii; et duo sunt Monasterii de Feaes et habuit ea de testamento et jacent in ipso predicto cauto; et aliud est Monasterii Ulvarie et nescit unde habuit illud et dat de renda annuatim Domino Regi medium morabitinum, et j. gallinam, et v. ova; et aliud est herdatorum et jacet in ipso cauto; et aluid est filiorum Dompni Johannis Martini Avana et filiorum Stephani Milii ct jacet in ipso predicto cauto. Interrogatus quis cautavit ipsum cautum Aque levate, dixit quod Rex Domnus Sancius avus istius Regis. Interrogatus si cautavit ipsum cautum per cartam sive per patrones, dixit quod per patrones. Interrogatus quomodo scit quod cautavit ipsum cantum per patrones, dixit quod vidit ipsos patrones, etvidit et audivit dicere multociens quod Dominus Rex cautavit ipsum cautum; et postea nutriverunt ibi Dominum Regem Sancium fratrem istius Regis. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dicitur quod in loco qui dicitur Rompicilas jacet ibi una vinea et unus soutus, et laborant hoc Regalengum homines Vicentii Roderici Militis, et dant inde annuatim Domino Regi duos capones, et xx. ova, et terciam partem panis, et medietatem vini et de castaneis: et dicitur quod habetur ibi una heremita que vocatur Sanctus Martinus de Barrosis, et in circuitu ejus stat unus soutus et dant inde annuatim Domino Regi medietatem castinearum et solebat ibi morari surreganus terre, et nescit utrum esset regalenga nec ne. Item dixit quod de uno casali Monasterii Vilarini illorum xij. predictorum daȝ de renda annuatim Domino Regi terciam morabitini, et j. gallinam, et v. ova pro voce et pro calumpnia; et de alio casali Monasterii Vilarini ipsorum predictorum dat de renda annuatim Domino Regi terciam morabitini pro voce et pro calumpnia, et j. gallina, v. ova. Item, dixit quod in alio loco qui dicitur Rooriz jacet ibi unum magnum Regalengum et una devesa; et in alio loco qui dicitur Mandamento jacet ibi una peza magna regalenga, et dant inde annuatim Domino Regi iij. almudes milii, et j. gallinam, et v. ova, et si Dominus Rex hoc noluerit debent dare inde terciam partem omnium fructuum; et in alio loco qui dicitur Quinom jacet ibi una magna leira, et est inde medietas Domini Regis et alia medietas est de Costa, et dant inde annuatim Domino Regi j. gallinam et v. ova. Item, dixit quod de hereditate de Toseiros herdatorum dant inde annuatim Domino Regi xj. varas bracalis pro fussadaria; et de alia hereditate de Barro herdatorum dant inde annuatim Domino Regi vj. varas bracalis pro fussadaria; et de alia hereditate et de casis vie dant inde annuatim Domino Regi iiij. varas bracalis pro fussadaria; et hoc Regalengum supradictum laborant homines Vincentii Martini Militis, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum. Item dixit, quod Rodericus Johannis Petri Vincentii Roderici (sic) comparavit unam hereditatem in Rompicilis de uno herdatore, et solebant inde dare rendam et fossadariam, et ex quando ipse Miles comparavit ipsam hereditatem nunquam inde fecerunt ullum forum. Interrogatus in quo tempore comparavit eam, dixit quod comparavit in tempore avi istius Regis. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit. Petrus Dominici, Dominicus Martini, Dominicus Menendi, Petrus Menendi, Martinus Garcie, Johannes Petri, Stephanus Cabeça, Benedictus Martini, omnes isti perhibuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 684.

Briteiros — Santo Estevão de

Item in Collatione Sancti Stephanj de Silua escura Stephanus iohanis abbas ipsius Ecclesie iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus nec habet ibi Regalengum nec fossadariam nec pectant uocem et calumpniam nec intrat ibi Maiordomus dominj Regis nec ullum forum inde faciunt domino Regi quia est honor de domno Menendo catiuo. et de domino Petro corona. Item dixit quod non sunt ihi forarij dominj Regis nec uadunt extra

(1) *Aque levade:* Agua Levada, lugar. — *Rompicilas:* Rompecias, quinta. — *Sanctus Martinus*, *Rooris:* desconhecidos. — *Mandamento:* Mandamentos, lugar.— *Quinom:* um campo da quinta de Pomarelho denomina-se *Quinhões*. — *Toseiros:* campo da quinta da Fonte de Cima.

laborare hereditates forarias seu Regalengas dominj Regis.

Pelagius iohanis — petrus iohanis — petrus menendi — domnus dominicus = Martinus iohanis iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Stephanus iohanis abbas. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Inquirições de D. Affonso III,* Livro 9, fl. 31 v.

Briteiros — Santa Leocadia de

Item in Collatione sancte Leocadie de palmeira. Johanes pelagiz abbas ipsius Ecclesie iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus nec habet ibi Regalengum set dant domino Regi annuatim de fossadaria scilicet de hereditate de Rua. ij. denarios. Item de hereditate que fuit Pelagij de Outeiro ij. denarios. Item dixit quod audiuit quod de hereditate de Ruela dabant de ueteri fossadariam et nescit quanta. Item dixit quod est honor uetus domini Menendi catiuo et non intrat ibi Maiordomus dominj Regis nec pectant uocem et calumpniam nec forarij dominj Regis non sunt ibi nec uadunt extra laborare hereditates forarias. seu Regalengas dominj Regis Petrus petri—Menendus menendi—Petrus petri. Martinus gonsaluj—Suarius petri iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johanes pelagiz abbas. (2)

Vide Arch. da T. do T., *Ibidem,* Livro 9.°, fl. 32.

Briteiros — Salvador de

Item in Collatione sancti Saluatoris de briteirus dominus Giraldus abbas ipsius Ecclesie iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus set habet ibi unum Casale Regalengum qui uocatur Requeixo de quo dant annuatum de auctuno tertiam et de milio et vino medietatem et dat pro Natale. j. spatulam de xij costis cum pede et j. taleiga de centeno. et j. almude de uino et alium de castaneis uirides et pro entroydo cabrito et pro quadragesima medietatem. iij. solidos pro uno saual et pro pasca. iij. solidos de caseis et pro pentecostem. iij. solidos pro carnario et pro pidida de Maiordomo. iij. solidos et pro Sancto Johanes. j. taleiga tritici pro fugacia et. j. franganum et si tenuerit Maiordomum dabit medietatem de lino seu ante xij affusaes espadado et pro sancto Michaele. ij. bragales et. ij. capones cum. xx. ouis et. j. franganum de lino et pro eyradiga. j. solido de pane et alium de uino inter se et Maiordomum et uocat Maiordomum ad colligendum panem et ducunt eum ad celarium dominj Regis et dant loitosam. Item dant de fossadariam domino Regi annuatim scilicet de hereditate. Menendi cadeira cum germanitate sua. iij uaras de bragale. Item dixit quod non intrat ibi Maiordomus nec pectant uocem et calumpniam quia est honor uetus dominj Menendj catiuo. Item dixit quod forarij dominj Regis non sunt ibi. Martinus menendi dominus Vincentius — Petrus petri — Petrus egee — Johanes menendi iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut dominus Giraldus abbas. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Ibidem,* Livro 9, fl. 32 v.

Brito — S. João

In collatione sancti iohanis de brito........ Rex non est patronus set habet ibi Regalengum scilicet in Carualio iiij.^or Casalia et in Laurario vii casalia et unum non est populatum et in pardelias. j. Casale et in patos ij. casalia. et in Concieiro. j. casale. et in brito. j. casale et casale de palacio et ista casalia sunt populata Item casale de Outeiro et casale de Ripparia et casale de marra non sunt populata propre malfectoriam prestamarijs. De istis uero Casalibus de Carualio et de Laurarjo dant domino Regi annuatim tertiam partem de toto pane et leguminibus et de Vino et de Lino temporaneo dant medietatem et debet seminare linum temporaneum siue uellit siue non silicet. j. almude de linaza quam si non seminauerit pignorabitur a Maiordomo pro quanto seminauerit. j. almude de linaza et dederit in fructum et dant domino Regi annuatim pro directuris silicet pro Natale singulas spatulas cum pede de. xij. — costis et singulos alqueires de uino

---

(1) Um titulo d'apresentação do cura Custodio Alves da Silva, passado em 1743, existente na camara ecclesiastica de Braga, denomina esta freguezia: Santo Estevão de Briteiros da Silva Escura.

(2) *Palmeira:* veja-se a nota ao doc. n.° XLV.

(1) *Requeixo:* lugar.

et singulos de castaneis uiridis et pro Januario singulos bragales et pro entroydo singulos cordarios et singulos cabritos et pro pascha singulos caseos cum x. x. ouis et pro sancto Johane singulas taleigas de tritico de agro pro fugacia et singulos franganos de lino et pro Sancto Michaele dant singulos capones cum. x. x ouis et singulos franganos pro lino serotino et singulos bragales et pro merendale de maiordomo singulos medios bragales et quicumque habuit porcum porcas dabit lectigam quociensqumque peperint et de casali heremo dant pro directuris quantum magis inde Maiordomus dominj Regis poterit extorquire. Item dixit quod audiuit quod Casale Menendi laurario et de Dominico laurario consueuerunt esse tria Casalia de ueteri et modo non sunt nisi duo Casalia et faciunt forum de duobus casalibus sicut supradicta Casalia faciunt et fuerunt inde Maiordomum terre et de omnibus istis Casalibus dant pro eyradiga inter se et Maiordomum singulos quartarios de pane et singulos puzales de uino et singulas quartas de uino de cupis suis si habuerint et hoc totum per mensuram vimaranis. Item de casali de pardelias dant de tritico et centeno tertiam partem de uino et de omnibus alijs meditatem excepto de lino serotino de quo dat tertiam partem et dat pro Natale. j. spatulam de xij. costis. cum pede et alqueire de uino et alqueire de castaneis. et. j. taleiga tritici et pro entroydo cabrito et pro pascha caseum. x. ouis et pro sancto johanes. j. bragale et j. taleiga tritici de agro et medium morabitinum pro porco et pro pidida de Maiordomo ij. solidos medios et dat pro sancto Michaeli. j. caponem cum. x. ouis et j. franganum Item de duobus Casalibus de patos et de casali de concieiro et de Casali de brito et de Casali de outeiro et de Casali de Riparia et de Casali de Marra faciunt forum de pane et de directuris in omnibus et per omnia sicut Casale de Pardelas excepto qnod dant singulos cordarios ubi casale de pardelias dant cabritum. Item de Casale de palacio dat tertiam de pane et medietatem de uino et pro eyradiga. j. puzale de uino inter se et Maiordomum et pro Natale. j. spatulam et. j. almude de tritico et pro sancto Michaele. ij. capones cum. xx. ouis et. j. franganum et hoc totus per mensuram Vimaranis et istud casale non facit maius forum et homines de istis suis casalibus dant geiras .... requisite fuerint

Item dixit quod sunt ibi alie leire Regalengue silicet in chousela. ij. leiras. et in quintas. ij. leiras et milites de fornelos tenent ipsas leiras per iure et non dant inde domino Regi nisi. ij. capones Item in Casale de monte. j. uinea. et. iij. leiras et medium de souto et unam casam per cachena. Item in bouzoo. j. campum. Item in concieiro. j. uinea. et alia in gonderim et in seara. j. campum et in Vilar. ij. leiras et in uarzeela. j. leira et in petra lamego. j. leira et in carualio. j. leira. et in carpacido. j. ieira. et in carregal. j. souto. et in goeua. j. souto cum toto suo termino et in sub riba. j. leira et in rrazóó. j. leira et in arenis. j. leira et in uarzea. j. leira et in arenis. ij. pez. cum suo souto et in caneiro. ij. pez. et in pradaindo. ij. pez. cum una uinea et in uão longo. ij. leiras et in gondim. ij. leiras et in corredoira. iij. leiras et iuncario. iij. leiras. et in saina. j. leira et in bouzas. ij. campo et in Joannj. j. leira et in uueiras. j. leira et in portozelo. j. souto. Item vinea de seara et in auelanido. j. leira et in salgario. j. leira et in arca. j. leira et roonriz. j. leira. Item in monte sancti Michaelis .... ria. j. campum. Item in... ria. ij. leiras de quibus dant. j. ... et. j. galina. Item in quintana de..... medietas unius domus.... in circuito eius et in sou... de sauto de quo dant. j. leira et in casali de chousa. iij. leiras et sub casali de brito. j. leira. et in arca. j. leira et in figueira. j. leira et in regada. j. pez. magnam sicut est demarcata cum medietate de una casa et cum suis uineis et dant inde. j. spatulam et. j. almude tritici. Item a deuesas de gonderim cum suo termino de quibus dant. j. spatulam et. j. almude de tritico et. iij. capoes. Item a deuesa darganedas cum suis terminis. Item in casal de Ordonio. j. campum et in Róóriz. j. campum de quibus dant medium bragale et in fundo de cortina de cabanelas. j. leira de qua dant. j. taleiga de milio. Item in cortinal de carualio. j. campum de quo dant. j. taleiga tritici et. j. capom. x. oua. Item de uno molendino de carualio dant annuatim. ij. uaras de bragale Item in arenas. ij. molendinos Regalengos et quando molent dant singulos bragales sin ante non. Item de molendino de Porto. ij. uaras de bragale Et de omnibus istis leiras dant tertiam partem totius fructos et de uino medietatem et uocant Maiordomum dominj Regis ad colligendum pane tam de casalibus quam de istis leiris et ducunt panem

ad Ripam de Aue uel ad belmir et Maiordomus dominj Regis non audet propter milites. hordines et ista Ecclesia et mercatores Vimaranis dare pro maiorj precio quod si auderet maius forum inde haberent. Item dixit quod dant domino Regi annuatim de fossadaria pro Januario silicet de hereditate de zorros. j. spatulam de. xii. costis cum pede. et. j. almude tritici et. j. bragale. Item de hereditate de Peayno et de hereditate Johani gonsaluj dant singulas spatulas et singulos bragales — Item de hereditate Didaci gonsaluj medio bragale. Item de hereditate Menendi suarij cum germanitate sua medio bragale. Item de hereditate de Raynas medio bragale. Item dixit quod in ista Collatione intrat Maiordomus dominj Regis et pectant uocem et calumpniam et uadunt in anuduuam et dant loitosam domino Regi silicet melius signum quod habuerit excepta bestia uel adu enerit se cum Maiordomo dominj Regis. Item dixit quod Cauta et honores nouj non sunt ibi et Milites et ordines et ame militum et forarij dominj Regis non sunt ibi et de Casali de almerodes debent esse Maiordomj. Item dixit quod de Casali de brito debet esse Maiordomus et istud Casale fuit de tonta media. Item dixit quod audiuit quod dominus Rex habet partem nescit quot in sauto de laurario Stephanj menendi: Item dixit quod Maiordomus de laurario dant domino terre annuatim unum utrem de capra et carnem eius pro azores et unum panaleno pro ad equum suum et adubare unam cupam de sex maravedis de arcos. et meitegam quando recapitulauerit et hoc audiuit ab ipso eodem Maiordomo et addidit quod si magis inuenerit in Registro ueteri et nouo totum ipsi concedunt Gonsaluus martinj — Petrus palia — Gonsaluus petri — Martinus pelagiz — domnus Nicolaus — Johanes pelagiz Saluator de outeiro iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Suerius menendi abbas. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Ibidem,* Livro 9.º, fl. 32.

(1) *Carualio:* Carvalho, lugar. — *Outeiro:* lugar.— *Ripparia:* Ribeira, lugar.— *Patos:* lugar.— *Monte sancti Michaelis:* veja-se o doc. n.º II e nota. — *Quintana:* Quintã, casal. — *Belmir:* a freguezia de Vermil.

Cahide — Santa Christina

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancte Christine de Caidi et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Menendus Johannis, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est herdatorum et ad presentacionem ipsorum Bracarensis Archiepiscopus Petrum Martinum in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collatione, dixit quod xxj. casalia, et xij. casalia sunt inde Monasterii de Costa et nescit unde habuit ea, et de istis xij. casalibus dant inde Casale de Medeiro annuatim Domino Regi iiij. varas bracalis pro fussadaria; et aliud est Monasterii Ville Cove; et aliud est Monasterii de Sauto et nescit unde habuit ea; et aliud est Menendi Barral; et aliud est Stephani Menendi; et duo sunt Sancte Marie Vimarañ. et nescit unde habuit ea; et aluid casale de Fine de Villa fuit Ecclesie Sancti Cosmati Lubarie, et comparavit inde medietatem ipsius casalis Menendus Barral, frater Monasterii Coste, et comparavit illud in isto anno presente de Era M.ªCC.ªLXL.ªVJ.ª; et aliud est Domini Regis et Ordinis Hospitalis, et est depopulatum, et dant inde annuatim Domino Regi medietatem spatule cum vj. costis, et unum almude milii, et j. franganum, et medium cabriti, et iij. varas et mediam bracalis, et terciam partem omnium fructuum; et aliud casale plani est inde medietas Domini Regis, et alia medietas est Stephani Menendi, et dant inde annuatim Domino Regi de sua medietate medietatem spatule cum vj. costis, et j. alqueire tritici, et j. franganum, et v. ova, et iij. varas et mediam bracalis, et medium cabriti, et terciam partem omnium fructuum: et omnes qui morantur in ista collacione pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod de monte de condado de Caydi est inde de viij.º quinionibus quartam partem unius quinionis de ipso condado est Domini Regis. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Domnus Silvester, Durandus Pelagii, Martinus Johannis, Martinus

Pelagii, Johannes Pelagii, Nunio Johannis, omnes isti peribuerunt predictum testimonum verbo et verbum per se sicut primus.

Vide *Port. Mon. Hist., Inquisitiones,* pag. 731.

Caldas de Vizella — S. João das

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Johannis de Caldis et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie. Johannes Laurencii, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Domini Regis et herdatorum. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collatione, dixit quod xv. casalia et quintana, et unum est inde Martini de Casali: et aliud est casale et tres partes est Monasterii Vilarini et habuit illud de testamento, et non faciunt ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et xij.cim casalia fuerunt Domini Regis et modo sunt Martini de Casali. Interrogatus quomodo habuit ipsa casalia, dixit quod Dominus Rex Sancius, avus istius Regis, dedit ipsa casalia Petro Nunis Petri Stephani de Casali *(sic).* Interrogatus si vidit inde cartam, dixit quod non, sed dixit quod audividici quod tenebat inde carta Martinus de Cat sali. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod non. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit. Ciprianus Johannes abbas ipsius Ecclesie, Lorencius Martini Laurencius Subgerii, Michael Johannis, Gonçalvus Petri, Petrus Petri.

Vide *Ibidem,* pag. 683.

Caldas de Vizella — S. Miguel das

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Michaelis de Caldis et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. D. Garcie, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia dixit quod est Domini Regis, et ad presentationem Domini Regis Bracarensis Archiepiscopus Johannem Martini in priorem constituit in eadem. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collatione, dixit quod xlvij. casalia et xlvij. cabanarii, et vj. sunt inde Monasterii Vilarini et nescit unde habuit ea; et aliud est Sancte Marie Vimarañ. et habuit illud de testamento; et aliud est Alfonsi Johannis canonicus Vimarañ. et fuit Domini Regis. Interrogatus quis dedit ei ipsum casale Domini Regis, dixit quod Dominus Rex Alfonsus pater istius Regis dedit ipsum casale Johanni de Caldis avo Alfonsi Johannis. Interrogatus si vidit inde cartam Domini Regis per quam Dominus Rex dedisset ipsum casale Johanni de Caldis, dixit quod non. Et aliud est Martini Menendi et Subjerii Menendi Vimarañ.; et duo fuerunt Gunsalvi de Frandres; et duo sunt Martini Reimondi (et) ejus fratrum, et unum istorum duorum est Domini Regis et non dant inde Domino Regi ullam derecturam, nisi j. gallinam, et j. solidum, et j. taligam panis de heiradiga, et dant terciam partem panis et medietatem vini. Interrogatus quare non dant totam dereyturam sicut aliud casale regalengum, dixit quod propter quod tulerunt domos de terreno regalengo et posuerunt illas in alia hereditate que non erat regalenga et depopulaverunt casale Domini Regis, et ideo non dat ullam dereituram. Et aliud est Petri Dominici et ejus fratrum herdatorum, et non faciunt inde ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et iiij. sunt ipsius Ecclesie et nescit unde habuit ea; et unum est Domne Marie Vimarañ.; et aliud est Dominici Martini et Domne Marie; et aliud est Dominici Cochon; et duo sunt Cantoris Vimarañ. et ejus fratrum; et aliud est Petri Laurencii et Domne Marie cum sua germanitate; et duo sunt Dominici Garcie cum sua germanitate et Martini Gunsalvi cum sua germanitate, et dant annuatim Domino Regi xxviij. varas bracalis pro fussadaria; et xxiij. casalia sunt Domini Regis, et xx. casalia sunt inde populata et iij. casalia sunt inde depopulata. Interrogatus cujusmodi faciunt forum inde Domino Regi de istis xx. casalibus populatis, dixit quod dant inde annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis si habuerit porcum ex festo Sancti Martini avancius, et si non habuerit porcum usque festum Sancti Martini debet dare unum solidum pro illa, et debent dare cum spatula unam presam castanearum vel unam presam de porris, et debet dare j. cabritum vel j. cordarium, et j. lectonem si habuerit eos, et si habuerit vacam tenreiram det j. caseum, et j. gallinam quando venerit Dominus Rex citra Dorium una vice in anno, et istam derecturam dat

quilibet homo per se, et dant omnes geiras quilibet homo per se in qualibet septimana, et dant terciam partem panis et terciam partem vini, et omnes qui habitaverint in ista collatione pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum. Item, dixit quod omnes cabanarii supradicti dant omnes singulas dereyturas sicut aliud casale forarium, et quot focos ibi fecerint debent dare singulas dereyturas. Item, dixit quod due domus sedebant in Regalengo et posuerunt ipsas domos in hereditate ejusdem Ecclesie, et solebant facere forum sicut predicte domus et modo non faciunt ullum forum. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod in Palatio de Caldis jacent iiij. vessade que vocantur Vessade Palacii, et laborant istas vessadas illi homines quibus eas dat Maiordomus vel Servicialis. Interrogatus cujusmodi forum faciunt inde Domino Regi, dixit quod dant inde annuatim iij. vessate iij. spatulas, et iij. taligas tritici, et iij. cordarios albos, et vj. bracales de vij. varas bracale. Et in istis iiij.or vessatis bene posset ibi habere unum bonum casale, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem outuni et medietatem milii. Item, dixit quod in loco qui dicitur Encruzilada jacet unus campus ibi; et infra Palatium jacet alius campus; et subtus ripam j. vessata et j. leira; et subtus devesam jacet alia vessata; et in Gardos subtus senariam Alfonsi Joannis jacet ibi j. leira; et in alio loco qui dicitur travessa jacent duo campi; et in Leiris de penis jacet una leira; et in alio loco qui dicitur Gramido unus campus; et campus de leira Eutres est regalengus; et in Porto jacet alius magnus campus, et super campus Portus de sobrado (jacet) una leira; et in Levada jacet unus magnus campus et j. leira; et in Paridenario magnus campus et j. leira; et in Maarigas j. leira; et in alio loco qui dicitur Stevay jacet ibi vj. medii casalis; et in fine Vinee nove j. leira; et in Pedrali jacet ibi unus campus; et in Felmir jacet ibi una vinea, et subtus domum Johannis de Portela j. leira; et subtus viam j. leira vinee; et subtus quintanam j. vinea; et in Sancta Susanna j. vinea: et totum hoc Regalengum laborat totum prelatus Sancti Michaelis supradictus, et dat inde Domino Regi annuatim terciam partem panis et vini: et campus de lapa Sancti Simeonis est totus regalengus; et in cortina de Stavay jacet una leira; et campus de rancada est totus regalengus; et subtus balneum leprosorum ij. leire; et super ipsum balneum leprosorum jacent iij. leire; et subtus pladum iij. leire; et in testa balnei magni una leira; et in Varzenela v. leire: et hoc Regalengum laborat illud heremita Sancti Simeonis, et heremita est Domini Regis et dat inde annuatim sicut dant de alio predicto Regalengo: et campus Portus est totus Regalengus; et in agra casalis Gomecii Cochon jacet unus campus; et campus Senarie est totus regalengus; et campus de ultra vineam est totus regalengus; et in Cardos ij. leire; et ultra Palacium jacet unus campus et j. senaria vinee subtus viam; et in Lapa j. leira; et in Gramir ij. leire; et in Penis unus campus; et subtus travessam ij. campi; et super vineam de trilicali ij. leire; et super viam ij. leire; et subtus penam unus campus; et subtus cortinam que fuit Gunsalvi de Frandes unus campus; et super Palacium Domini Regis jacet ibi unum magnum Regalengum et terminatur sic: incipit in Albergaria; deinde ad Bouranzo; deinde per ipsum montem quomodo vadit ad porcarigum; deinde ad Portelam balnei; deinde ad Penam longam; deinde ad molendinum Palacii; deinde ad Albergatorium ubi primitus incepimus: et intus in istis terminis jacent ix. leire aliene, et totum aliud quod ibi jacet est totum Domini Regis: et in Portela v. leire; et in Paadim iij. leire; et in Pomario de quartis ij. leire; et campus Outarii est totus regalengus; et in vinea Militum intus jacet una leira; et subtus chausam Portele j. leira; et super aream Portelle una leira; et in Gonderiz jacet ibi unus magnus campus: et de toto Regalengo supradicto dant inde terciam partem panis et vini et omnium fructuum. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et audivit et passus fuit. Petrus Dominici, Martinus Gunsalvi, Petrus Martini, Martinus Stephani, Gunsalvus Michaelis, Johannes Petri, Martinus Petri, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se. (1)

Vide *Ibidem,* pag. 697.

---

(1) *Devesam:* talvez o casal denominado ainda hoje Devesa. — *Gardos, Cardos:* Cardóso, casal proximo da egreja parochial. — *Penis:* Pena, lugar. — *Sobrado:* casal. — *Levada:* lugar de *Sub-Levada.* — *Maarigas̃:* Maragatas, lugar ? — *Felmir:* Fermil, lugar. — *Portela:* Portella, lugar.— *Sancta Susanna:* casal d'este nome, onde ainda em 1369 existia uma capella dedicada

Caldellas — S. Thomé de

Item in Collatione sancti Thomei de Caldelas Johanes iohanis abbas ipsius Ecclesie iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus set habet ibi suum Regalengum scilicet medietatem quatuor casalium de quibus casalibus dant terciam partem tocius panis leguminibus et lino et medietatem uinj et dominus Rex non leuat de isto terradigo nisi medietatem tantum de pane et de lino non etiam de uino nec de directuris omnibus quia milites qui habent medietatem istorum Casalium non .... (1) singulos almudes de centeno et singulos alqueires de uino et pro entroydo singulos cabritos et pro paschoa singulos caseos et in finem Maij singulas pernas de carnario et pedida Maiordomj et pro sancto Johane singulas taleigas tritici pro fugacia et pro sancto michaele singulos bracales et duo duo capões et xx. xx. oua e pro eyradiga singulos sextarios de pane et singulos sextarios de uino illi qui habuerint uinum et iij — iij uaras de bracale et singulos franganos et singulas geiras in qualibet ebdomada si requisiti fuerint et dant loitosam et de omnibus istis supradictis directuris nichil dant domino Regi nec dederunt quia dant milites scilicet Gonsaluus coronel et filij Martinj martinj et Monasterium de boyro et Johanes gualter quod capita istorum casalium sedent in suis hereditatibus. Item dixit quod in ista collatione habet dominus Rex Regalengum in leiris scilicet in carregal j leira cum sauto de qua dant incensorie j taleiga de milio. Item in agro de gontino j campum. Item cabo de ameal. j. leira. Item in casali de tapia j leira Item in aruor. j. leira. Item in porto de aue. ij. leiras — Item in grangias de caldelas. j. uinea de qua dant tertiam partem uinj et. j. morabitino et. j. capom cum x ouis. Item in casali petri pelagij j. leira. Item in portela — j — leira de qua dant medio alqueire panis de stiua. Item in pardelias. j. leira. Item in sancta Ouaya mediam uessada et medietas de tota laboyra. sicut est demarcata et deuesa tota est dominj Regis de quibus dant. j — cabritum. Item in pena maladoira. j. leira et de omnibus istis leiris dant domino Regi annuatim terciam partem totius fructus et uocant Maiordomum dominj Regis ad colligendum panem ad ducunt panem ad Rial. Item dixit quod dant annuatim de fossadaria scilicet in Marcio. de quintana Johanes iohanis cum germanitate sua medio bracale. Item de hereditate Gonsaluj suarij medio bracale. Item de hereditate de bouzóós et de carrapitos. j. bracale. Item dixit quod pectant uocem et calumpiam et intrat ibi Maiordomus dominj Regis et herdatores istius parrochie dant domino Regi mediam loitosam. Item dixit quod cauta et honores noui non sunt ibi et milites et ordines nichil acquisierunt ibi et ame militum et forarij dominj Regis non sunt ibi

domnus Michael — Petrus pelagiz — Petrus filo — Johanes iohanis = Petrus petri = Martinus iohanis iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johanes iohanis abbas (1)

Vide Arch. da T. do T., *Inquirições de D. Affonso 3.º*, Livro 9.º, fl. 32.

Calvos — S. Lourenço de

Hinc incipit Ecclesia Sancti Laurencii de Calvis et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Johannes Petri, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est herdatorum, et ad presentacionem ipsorum herdatorum Bracarensis Archiepiscopus Gomecium Menendi in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xiiij. casalia, et vj. casa-

---

a esta santa (Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Cont., Posses e Compras*, fl. 50) que em 1550 já tinha desapparecido (Arch. parochial de S. Miguel das Caldas, tombo da freguezia). — *Heremita Sancti Simeonis:* da ermida de S. Simão de Montesinhos, que talvez fosse a sede d'uma parochia independente e que em 1292 foi reconhecida já na dependencia de S. Miguel das Caldas (Arch. da T. do Tombo, *Livro I dos Padroados*, fl. 202), não existem vestigios; só a tradição a recorda. — *Penam longam:* Pedra longa, lugar. — *Paadim:* Padinho, lugar. — *Outarii:* Outeiro, lugar.

(1) Está cortado o alto da folha.

(1) *Carregal:* lugar. — *Tapia:* Taipa, lugar. — *Aruor:* Arvore, campo do casal da Taipa. — *Porto de Aue:* uns campos com o nome de Porto pertencem ao dito casal da Taipa. — *Pardelias:* Pardelhas, campos do mesmo casal. — *Bouzoós:* Bouços, lugar. — *Carrapitos:* lugar.

lia sunt ipsius Ecclesie et habuit ea de testamento herdatorum, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dat inde unum casale ipsius Ecclesie et herdatorum de Badoucos annuatim Domino Regi xvj. varas bracalis pro fussadaria, et aliud casale de Fine de Heiriz dat annuatim Domino Regi iiij. denarios pro fussadaria; et aliud casale est de Leborino herdatoris (et) dat annuatim Domino Regi iij. varas bracalis pro fussadaria; et duo sunt Crucis Colimbriensis, et non faciunt ullum forum propter privilegium suum; et aliud est Gunsalvi Pelagii cum sua germanitate herdatorum, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dant annuatim Domino Regi j. quartarium panis de foro; et aliud est Fernandi Fernandi herdatorum, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dant annuatim Domino Regi ij. varas bracalis pro fussadaria; et aliud est Michaelis Menendi et Gunsalvi Fernandi, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et aliud est Sancte Marie Vimarañ. et nescit unde habuit illud, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et aliud est filiorum de Dominguios herdatorum, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dant ij. varas bracalis pro fussadaria: et de hereditate Marie Petri de Fine de Heiriz dant annuatim Domino Regi ij. varas bracalis pro fussadaria: et de hereditate herdatorum de Garapa dant annuatim Domino Regi xiiij. denarios pro fussadaria. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod in loco qui dicitur Badoucos jacent ibi iij. leire et una leira vinee, et dant annuatim Domino Regi iiij. solidos, et j. franganum pro almeitiga; et in alio loco qui dicitur Quintanale jacet j. leira, et dant annuatim inde j. taligam panis, et si Maiordomus noluerit istam taligam debent dare terciam partem panis, et in Laurario jacent iij. leire vinee; et in Silvaribus una leira; et in Pena de porco j. leira; et in Amexenaria una leira; et in Fonte donega ij. castinarii; et in Lubata vj. castinarii; et ad portam Dominici Petri j. castinarius; et in Sorim in fundo de vessada Sancti Laurencii jacet ibi unus campus, et dant inde annuatim Domino Regi unam quartam vini, et si Maiordomus noluerit istam quartam debent inde dare terciam partem panis. Item, dixit quod in Parietibus jacet unum casale depopulatum et est jam totum esmigalatum, et jacet absconditum magnum tempus habetur. Interrogatus quomodo scit quod ipsum casale ibi jacet absconditum, dixit quod vidit una vice unum hominem qui vocabatur Johannes Frison, et similiter vidit alios multos homines, et erat Maiordomus Domini Regis, et dixit ei: «o consuprine mi, nescis tu quod scio in hoc loco?» dixit quod non: tunc posuit suos pedes in ipso loco, et dixit: «in hoc loco habuit unum casale Domini Regis, et hic sederunt domus ipsius casalis, et habuit inde Dominus Rex magnum tortum», et dixit quod de palacio quod fuit Michalis Menendi usque Parietes quod erat totum regalengum, et monstravit inde eis marcos ipsius casalis. Item, dixit quod chause que stant circa ipsum palacium Michaelis Menendi, et una vinea que ibi jacet, sicut vadit ad aliam vineam Domini Regis et sicut vadit ad riparium de Guiluffi, est totum regalengum: et in Agro covo jacent ij. leire quas vendidit Maria Subjerii ama Domini Martini Sancii de casale quod tenebat de Domino Rege, et vendidit ipsas leiras Ecclesie Sancti Laurencii, et in Corrego jacet una peza magna campi et una chausa et sautus qui fuit Subjerii Conde est regalengum; et in Batoca jacet ibi unus campus, et dant de isto campo et de aliis leiris supradictis iij. taligas panis, et iij. quartas vini, et iij. franganos de foro, et si Maiordomus hoc noluerit debent ei dare terciam partem omnium fructuum; et ad portam Johannis Regis stant duo paridenarii Domini Regis; et ista omnia casalia predicta herdatorum dant omnia luctosam. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et audivit et passus fuit. Johannes Calvus, Petrus Salvatoris, D. Petri, D. Gunsalvi, Johannes Petri, Petrus Gunsalvi, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se. (1).

Vide *Port. Mon. Hist., Inquisitiones*, pag. 697.

---

(1) *Badoucos*: casal.— *Heiriz*: Eiriz, lugar.—*Laurario*: Loureiro, campo do casal de Cima d'Eiriz e ainda terreno de matto pertencente a diversos. — *Pena de porco*: Penedo do porco. — *Agro covo*: campo do casal de Balteiro. — *Batoca*: será Barroca, casal? — *Guiluffi*: Guilhufe, casal da freguezia de Gemeos, limitrophe. — *Sorim*, *Palacium*: Sonim, Paço; terreno e casal na dita freguezia de Gemeos.

Candoso — S. Martinho de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Martini de Candaoso et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Martinus Petri, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Johannis Curracus et ejus progeniei (1). Interrogatus si habet ibi Dominus (Rex) aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde Domino Regi aliquod forum, dixit quod non. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collatione, dixit quod xxvij. casalia, et viij. sunt inde ipsius Ecclesie et habuit ea de testamento herdatorum, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dat inde unum istorum quod vocatur Casale de Lagenis dat annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. cabritum, et j. caponem, et j. quartarium panis, et viij. varas bracalis pro fussadaria; et aliud casale quod vocatur de Lourido dant inde annuatim Domino Regi xiiij et mediam varas bracalis pro fussadaria, et in alia parte dat annuatim Domino Regi viij. varas bracalis pro dereitura, et j. taligam tritici, et unam spatulam et j. cabritum; et aliud casale Outarii dat annuatim Domino Regi ij. varas bracalis pro fussadaria; et v. casalia sunt Hospitalis et nescit und habuit ea, et unum casale istorum v.ᵉ quod vocatur de Lagenis dat annuatim cum sua germanitate xxiiij. varas bracalis pro fumadaria, et ij. quartarios panis de secunda de foro; et aliud est Stephani Subgerii Vimarañ. et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat annuatim Domino Regi cum sua germanitate unam spatulam cum xij. costis, et j. cabritum, et unum caponem, et j. quartarium panis, et viij varas bracalis pro fussadaria; et tria casalia sunt Petri Villemi et Johannis Galteri Vimarañ et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat annuatim Domino Regi j. caponem, et x. ova, et vij. varas bracalis. Interrogatus si ista tria casalia laborant regalengum dixit quod circa Sanctum Bartholomeum jacent ij. leire, et super Texeram jacet una vinea et in medietate istius vinee jacet une peza magna regalenga, et de istis leiris dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, et medietatem vini istius vinee. Et aliud casale est Petri Muti cum sua germanitate herdatorum, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dat viij. varas bracalis, et j. taligam panis pro fussadaria; et aliud est Johannis Bitouti Vimarañ. et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et laborat istud casale ij. vessadas regalengas in loco qui dicitur Senra de Anas, et dant annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum; et aliud est Martini Petri herdatoris, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat luctosam; et aliud est Johannis Egee cum sua germanitate herdatorum, (et) pectat vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dat Domino Regi annuatim viij. varas bracalis pro fussadaria; et aliud est Dominici Soltarii cum sua germanitate, (et) pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dat annuatim Domino Regi iiij. varas bracalis pro fossadaria; et de hereditate Sancie Fernandi cum sua germanitate dant annuatim Domino Regi iiij. varas bracalis pro fussadaria; et de hereditate Marie Benedicte cum sua germanitate dant annuatim Domino Regi ij. varas bracalis pro fussadaria; et de hereditate Domni Geraldi cum sua germanitate Vimarañ. dant annuatim Domino Regi viij. varas bracalis pro fussadaria; et de hereditate que fuit Gunsalvi Migale cum sua germanitate dant annuatim Domino Regi xij. varas bracalis pro fussadaria; et de hereditate Elvire Maledicte dant annuatim Domino Regi j. sextarium panis pro fussadaria; et de hereditate de Batoca dant annuatim Domino Regi iiij. varas bracalis pro fussadaria; et vij. casalia sunt Domini Regis. Interrogatus cujusmodi forum faciunt Domino Regi inde, dixit quod duo istorum casalium que vocantur de Lourido dant annuatim Domino Regi ij. spatulas, (et) ij. coracilla, et ij. alqueires castanearum, et ij. cabritos, et ij. caseos, et ij taligas tritici, et v. varas bracalis, et ij. capones, et ij. leitigas; et alia duo que vocantur de Lagenis dant annuatim Domino Regi ij. spatulas, et ij. almudes tritici, et ij. alqueires castanearum, et ij. cabritos, et ij. taligas tritici, et xxviij. varas bracalis, et ij. capones, et xx. ova; et aliud casale quod vocatur Egee Cachopi dat annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij.

(1) O padroado d'esta Egreja pertenceu posteriormente á Collegiada de Valença; foi unido a uma das cadeiras canonicaes d'esta corporação em epocha para nós desconhecida. (Arch. da Cam. Ecc. de Braga, Estados Igrejarios, maço 22.º da letra M).

costis, et j. alqueire castanearum, et j. cabritum, et j. caponem, et x. ova, et vij. varas bracalis; et aliud casale quod vocatur de Zaamas dat annuatim Domino Regi j. spatulam, et j. alqueire castanearum, et j. caponem, et x. ova, et j. cabritum, et vj. varas bracalis, et iij. denarios pro caseo, et j. leitigam si habuerit porcam; et omnia ista vj. casalia dant singulas gallinas quando Dominus Rex venerit citra Dorium: et aliud casale est depopulatum, et debebat dare talem dereituram sicut unum istorum vj., et modo non dat nisi iiij. varas bracalis, et j. caponem, et x. ova; et omnia ista vij. casalia dant annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum et medietatem vini. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod in Serra jacet una vessada subtus viam, et Campus de Boali est totus regalengus, et in alio loco qui dicitur Bolarius jacet ibi unus campus magnus: et de hoc toto Regalengo dant annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum. Item, dixit quod in omnibus predictis casalibus supradictis debet esse pressum ganati, nisi quintana Hospitalis. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Et omnia ista casalia de quibus dant fossadarias dant luctosas, et similiter illi qui dant spatulas dant luctosas. Item dixit quod unum casale illorum predictorum de Lagenis est heremum. Martinus Petri, Johannes Egee, Fernandus Menendi, Martinus Pelagii, Martinus Dominici, Petrus Subjerii, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 706.

Candoso — S. Thiago de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Jachobi de Candaoso et omnium parochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Michael Martini, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Sancte Marie Vimarañ. et ad presentationem canonicorum ipsius Ecclesie Bracarensis Archiepiscopus Johannem Dominici in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus (Rex) aliquod jus vel habuit uel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collatione, dixit quod xxiij. casalia, et sunt inde vij. casalia abatisse Arauce, et non faciunt ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod propter honorem Domni Martini Fernandi. Et aliud est Sancte Marie Vimarañ. et habuit illud de testamento, et non facit ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et aliud est filiorum et nepotum Petri Solie, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat luctosam; et aliud est Elvire Johannis Vimarañ. et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Johannis Corruti, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Marie de Rozas, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et xj. sunt Domini Regis, et de istis xj. casalibus *(sic)*. Interrogatus cujusmodi forum faciunt ipsa casalia Domino Regi, dixit quod casale Michaelis Martini de Romarigo dat annuatim Domino Regi unam spatulam cum xij. costis, et j. alqueire vini, et j. alqueire castanearum, et unum caponem, et x. ova, et unum cordarium album, et iij. denarios pro caseo, et ij. pernas cabriti, et j. taligam tritici, et vij. varas bracalis, et j. franganum, et j. coracillum; et aliud casale in quo moratur Menendus Martini dat aliam talem dereituram sicut istud supradictum; et aliud casale in quo moratur Matheus dat talem dereituram sicut istud supradictum; et aliud casale in quo moratur Dominicus Dominici dat annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. alqueire vini, et j. alqueire castanearum, et unum cabritum, et j. caponem, et x. ova, et unum almude tritici, et vj. varas bracalis, et j. corasilum; et aliud (casale) in quo moratur Martinus Stephani de Candaoso dat annuatim Domino Regi unam spatulam cum xij. costis, et j. taligam tritici, et unum caponem, et x. ova, et unum cabritum, et iij. denarios pro caseo, et vij. varas bracalis, et unum alqueire vini, et unnm alqueire castanearum; et aliud casale in quo moratur Martinus Alfonsi dat talem derecturam sicut istud casale supradictum Martini Stephani; et aliud casale de Mascutelis in quo moratur Johannes

(1) *Lourido:* casal. — *Outarii:* Outeiro, lugar. — *Sanctum Bartholomeum:* capella sob a invocação de S. Bartholomeu. — *Texeram:* Teixeira, lugar. — *Batoca:* lugar. — *Zaamas:* Samas, casal.

Dominici dat annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. alqueire vini, et j. alqueire castanearum, et j. cabritum, et vj. varas bracalis, et j. caponem, et x. ova, et j. taligam tritici, et j. caseum; et aliud casale in quo moratur Menendus Johannis de Crexemir non dat ullam derecturam nisi quod debet facere panem quandocumque Dominus Rex venerit ad terram; et aliud casale Palacii dat modo viij. morabitinos pro derectura et pro morada; et aliud casale herenum quod laborat Pellaginus, et dat annuatim Domino Regi unam spatulam cum xij. costis, et unum alqueire castanearum, et j. caponem, et x ova, et j. cabritum, et vij. varas bracalis; et aliud casale herenum laborant Johannes Corrutus et Maria de Rozas, et dant inde annuatim Domino Regi medium morabitinum pro tota dereitura. Item, dixit quod si hoc casale fuisset populatum non essent ista casalia Johannis Corruti et Marie de Rozas populata. Et omnia ista predicta casalia Domini Regis dant annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, et medietatem vini, et singulos quartarios panis pro heiradiga, et singulos puzales vini. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod in loco qui dicitur Fiuza jacet ibi unum casale regalengum absconsum ex longo tempore, et jacet unus magnus sautus, et unus campus magnus, et una peza vinee, et unum carvalale, et dividitnr sic: sicut incipitur in Larangeira, deinde ad tuffum Prese, deinde ad Riparium, et quantum jacet intus in istis terminis totum est regalengum: et in fundo senarie que fuit Petri Solie jacet una peza magna de vinea; et in vinea Elvire Johannis jacet una leira; et in chousa ipsius Elvire Johannis jacet una leira; et in senaria vinee Ecclesie Sancti Jacobi jacet ibi una peza magna regalenga. Item, dixit quod in loco qui dicitur Regos una vessata, et alia vessata que vocatur Petri Didaci, et alia vessata que vocatur Domni Egee; et in Revoiras alia vessata; et in Godino alia vessata; et totus Penousos est regalengus; et in lama de cina (?) jacet ibi unus magnus campus et medietas campi plani; et subtus vineam de Mundariis jacet unus magnus campus; et subtus ripam una peza magna campi; et in Spinario jacet ibi unus magnus campus; et in alio Spinario de inferius jacet unus campus; et lama de Candaoso, et de ista lama non dant inde ullum forum Domino Regi quia tenet illam Johannes Dominici canonicus deffessam et emparatam et darent pro illa libenter annuatim Domino Regi j. morabitinum vel terciam partem omnium fructuum; et in portela de Monte de Mascutellis facit ibi Johannes Dominici unam devesam in Regalengo Domini Regis: et omnes istos campos et istas vessadas et istas leiras supradictas laborat ista Ecclesia Sancti Jacobi, et dat inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum. Et dixit quod si hoc Regalengum fuisset populatum haberet ibi bona tria casalia. Item, dixit quod in Campo de Covis jacet ibi unus magnus campus; et in Spinario jacet alius magnus campus et similiter due leire; et in Castello moceio j. leira; et in Forno teleiro jacebant iiij. vessate, et plantavit Fernandus Martini canonicus Vimarañ. in illis vineam, et jacet ibi magna vinea bona, et debet inde dare annuatim Domino Regi terciam partem vini sicut antea dabat de pane, et stat ibi unus fornus tegule, et dant inde annuatim Domino Regi de qualibet fornata tegule vj. quartarios tegule: et de toto supradicto Regalengo dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Menendus Martini, Johannes Vermudi, Reimondus Gunsalvi, Pelaginus, Martinus Stephani, Menendus Dominici, Johannes Dominici, Johannes Gunsalvi, Menendus Johannis, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem,* pag. 708.

---

(1) *Candaoso:* Candoso, um casal e denominação da freguezia. — *Mascutelis:* Mascotellos, casal. — *Crexemir:* Creixomil, casal. — *Palacii:* provavelmente o casal denominado Pácinhos.—*Mundariis:* provavelmente o lugar das Mondas. — *Castello moceio:* Castello de Moçoulo, casal. — *Forno teleiro:* de forno de telha não ha noticia; deveria porem ser situado nos limites d'esta freguezia, Mascotellos e Creixomil, em terreno de matto, hoje, do casal de Eiras, como nos indicam os vestigios ali existentes. — *Regos:* campo do casal da Veiga de Cima. — *Penousos:* Penouços, bouça do dito casal. — *Spinario:* Espinheiro, campos do casal de Pácinhos. — *Covis:* Cova, campo do casal da Veiga.

Cepães — S. Mamede de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Mametis de Zapaes et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Petrus Garcie, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est filiorum Domni Egidii Velasci. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, dixit quòd non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxviij. casalia et sunt omnia ipsorum filiorum Domni Egidii Velasci, et non faciunt inde ullum forum Domino Regi. Interrogatus quare, dixit quod semper fuerunt onrata per honorum Domni Egidii Velasci. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Martinus Garcie, Petrus Gomecii, Johannes Petri, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 730.

Conde — S. Martinho de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Martini de Conde et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Dominicus Dominici, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Sancte Marie Vimarañ. et herdatorum ipsius loci, et ad presentationem ipsorum Bracarensis Archiepiscopus Silvestrum Michaelis in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collatione, dixit quod XIX. casalia et quarta et una quintana, et duo sunt inde (et) quintane Martini Dade, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et unum istorum duorum in quo moratur Petrus Martini dat annuatim Domino Regi j. spatulam, et j. taligam centeni, et j. cabritum, et j. franganum, et x. ova, et j. quartam vini, et j. taligam centeni, et j. lectonem si habuerit eos, et x. varas bracalis et mediam; et aliud casale est Laurencii Martini, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat aliam talem derecturam sicut istud casale supradictum; et aliud casale est Juliani Durandi, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat talem derecturam per totum sicut unum istorum supradictorum forariorum; et aliud est Domini Egee et Stephani Dominici, et pectat vocem e calumpniam, et dat talem derecturam sicut unum istorum forariorum; et aliud est Petri Reimondi, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat derecturam sicut unum istorum predictorum forariorum; et medium casale est Ousendine, et dat mediam derecturam; et quarta casalis est Susane, et dat quartam derecture: et dixit quod capita istorum casalium non sedent domus inde in hereditate Domini Regis nisi in hereditate Militum, et dixit quod dant medietatem castanearum: et aliud casale est Domini Regis, et dat talem derecturam per totum sicut unum istorum predictorum forariorum, et terciam partem omnium fructuum, et medietatem vini; et tria casalia et medium sunt Vilarini et habuit ea de testamento, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et unum istorum in quo moratur Petrus Bazaco dat j. gallinam et unum fexe de palea; et aliud est Juliani Durandi herdatoris, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat annuatim Domino Regi xviij. varas et mediam bracalis pro fussadaria, et j. gallinam, et j. mosteam palee; et aliud est filiorum Domni Ousidri, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat mediam varam bracalis pro fussadaria; et aliud casale est Petri Reimondi, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat ij. varas bracalis pro fussadaria, et j. gallinam, et j. mosteam palee; et de hereditate Petri Grili cum sua germanitate dat annuatim Domino Regi iiij. varas bracalis pro fussadaria; et aliud casale est Dominici Johannis, et pectat vocem et calumpniam et vadit ad chamatum, et dat annuatim Domino Regi v. varas bracalis pro fussadaria, et j. gallinam, et j. mosteam palee; et aliud casale est ipsius Dominici Johannis et ejus sororis, et dat annuatim Domino Regi iiij.or varas et vj.tam bracalis pro fussadaria, et j. gallinam et unam mosteam palee; et aliud est

(1) Esta freguezia pertence actualmente ao concelho de Fafe.

Laurencii Salvatoris, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat xxj. varas bracalis pro fussadaria; et aliud est Dominici Menendi cum sua germanitate herdatorum, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat v. varas bracalis pro fussadaria, et j. gallinam, et j. mosteam palee; et aliud casale est Petri Dominici cum sua germanitate, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat annuatim Domino Regi xj. varas bracalis pro fussadaria; et de hereditate de Bazacos de avolo dant inde annuatim Domino Regi j. varam bracalis pro fussadaria; et de hereditate filiorum Petri Garcie de Villa mediana dant inde annuatim Domino Regi iiij. varas bracalis pro fussadaria; et de hereditate Menendi Dominici cum sua germanitate dant annuatim Domino Regi unam varam bracalis pro fussadaria; et de hereditate Petri Doni dant annuatim Domino Regi j. varam bracalis pro fussadaria; et de hereditate Marie Nigre cum suis consuprinis dant inde annuatim Domino Regi j. varam bracalis pro fussadaria; et de hereditate Maioris Pelagii dant inde annuatim Domino Regi xj. varas bracalis minus vj.tam pro fussadaria; et de hereditate Susane j. varam et quartam pro fussadaria; et de hereditate de Chusaros dant inde annuatim Domino Regi j. varam et quartam bracalis pro fussadaria; et de duobus molendinis qui ibi stant dant inde annuatim Domino Regi xiiij. varas bracalis. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod in loco qui dicitur Fonte bona jacent ibi iij. campi, et dant inde Domino Regi annuatim vij. varas bracalis; et dixit quod Campus de Agrelo est totus regalengus, et jacet in Riparia una leira, et dant inde annuatim Domino Regi xj. varas bracalis; et in Scanario et Riparia ij. leiras, et dant inde annuatim Domino Regi j. varam et mediam bracalis; et in Curreduyra et in Merla due leire, et dant inde v. varas bracalis annuatim Domino Regi: et laborant istud Regalengum homines Militum et herdatores, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum. Item, dixit quod in alio loco qui dicitur Campus de super fontem est totus regalengus, et dant inde j. franganum, et v. ova; et in Scanario jacent ij. campi; et in Bornaria ij. campi magni, et dant inde Domino Regi annuatim j. spatulam cum xij. costis, et terciam partem omnium fructuum; et in Lamas iij. vessate, et in Gouvenso j. vessata, et dant pro istis vessatis offrecionem annuatim Maiordomo, et dant terciam partem omnium fructuum; et in Cornosa jacet unus magnus campus, et dant annuatim pro illa j. morabitinum, et terciam partem omnium fructuum; et in ipsa Cornosa (jacet) ibi una bauza, et dant inde annuatim Domino Regi ij. franganos, et x. ova, et quartam partem omnium fructuum; et in Barnotas j. bauza, et dat inde annuatim Domino Regi j. franganum et quartam partem omnium fructuum; et in Semondi j. bauza, et dant inde annuatim Domino Regi j. franganum et quartam partem omnium fructuum; et in cortina de Barro jacet unus campus, et dant inde terciam partem omnium fructuum; et in Outario xlviij. leire, et dant inde terciam partem omnium fructuum; et in Petra de Polumbaria jacet ibi unus campus, et dant inde terciam et quartam omnium fructuum, et solebant dare unum bracale et modo non dant. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et in Rana jacet unus campus cum una devesa, et dant inde quartam partem omnium fructuum; et in Cerzariis j. bausa, et dant inde quartam partem omnium fructuum. Stephanus Dominici et Martinus Subjerii Dominicus Petri et Petrus Martini dixerunt quod ousiia Sancti Martini usque molendinum quod est totum regalengum. Interrogati quomodo sciebant quod erat regalengum, dixerunt quod audierunt dicere cuidam capellano Martino Egee ipsius Ecclesie quod audiverat dici cuidam abbati Domno Petro Garcie ipsius Ecclesie, qui erat veterissimus homo et quod nutriverat ipsum capellanum, quod erat totum regalengum. Item, dixit quod omnia casalia supradicta dant medietatem luctose Domino Regi, preter tria casalia in quibus morantur Egeas Menendi et D. Petri et Petrus Petri quod dant luctosam integram Domino Regi. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod filii et nepotes Petri Petri debent esse Maiordomi Terre. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est quod ita est. Item dixit quod de hereditate Petri Martini cum sua germana dat annuatim Domino Regi mediam varam bracalis pro fussadaria. Egeas Menendi, Stephanus Dominici, Martinus Subgerii, Petrus Martini, Durandus Martini, D. Menendi, Petrus Reymundi, Martinus Martini, D. Petri, omnes isti peribuerunt predictum

testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 700.

Corvite — Santa Maria de

Hic incipit inquisitio (Ecclesie) Sancte Marie de Corvite et omnium parrochianorum ipsius Ecclesie. Memendus Menendi, juratus est interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est filiorum et nepotum Domini Menendi Petri, et ad presentacionem ipsorum Bracarensis Archiepiscopus Domnum Silvestum in priorem constituit in eadem. (2) Interrogatus si habetur ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collecione, dixit quod xvj. casalia et due quintane, et iiij. casalia et una quintana sunt Martini Menendi de Calvis, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dat ipsa quintana annuatim Domino Regi j. varam bracalis pro fussadaria; et iiij. sunt Hospitalis et habuit ea de testamento, et non faciunt inde ullum forum propter suum privilegium; et duo sunt Domne Maioris Egee, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et duo sunt Ecclesie Ville Nove et nescit unde habuit ea, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et aliud est Dominici Vincencii Vimarañ. cum sua germanitate, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Sancie Godini Vimarañ. et tenet domos in sua hereditate et quantum aliud laborat est totum regalenguum. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod Agra de Froyam est inde medietas Domini Regis, et alia medietas est herdatorum, et determinatur sicut incipitur in cauto Sancti Johannis; deinde ad lamam de hermario; deinde ad vineam de Aljarozes; deinde ad grangiam de Curviti; deinde ad portam de bauza Gontim; deinde ad cautum ubi primitus incepimus. Item, dixit quod circa carvalium de gradaindi jacet una leire; et in Pousadoiro ij. leire; et in Sovereira ij. bauze. Item, dixit (quod) in grangis de Froyam jacet ibi una vinea Sancie Godini et filiorum Petri Menendi, et dant inde annuatim Domino Regi vij. varas bracalis; et in eodem loco jacet alia vinea Sancie Fernandi, et dant inde annuatim Domino Regi vij. varas bracalis; et alia vinea Dominici Vicencii et Petri Johannis dant annuatim Domino Regi vij. varas bracalis; et alia vinea filiorum Menendi Bacarim dant inde annuatim Domino Regi iiij. varas et mediam bracalis; et alia vinea Pelagii Subjerii dat annuatim Domino Regi iij. varas bracalis; et alia vinea Petri Subjerii dat inde annuatim Domino Regi ij. varas bracalis; et alia vinea quam tenet ibi ipsa Ecclesia de Corbite dat annuatim Domino Regi j. puzalem vini de heyradiga; et alia vinea de Aljarozibus dant inde annuatim Domino Regi j. puzalem vini de heyradiga; et alia vinea Michaelis Revelo dant annuatim Domino Regi j. puzalem vini de heyradiga; et alia vinea filiorum Petri Menendi dat annuatim Domino Regi j. sextarium vini; et alia vinea Dominici Vincencii dat annuatim Domino Regi j. sextarium vini; et alia vinea que fuit Menendi Caballarii dat annuatim Domino Regi j. pussalem vini; et alia vinea Petri Johannis cum sua germanitate dat j. pussalem vini. Item, dixit quod in eodem loco quod Menendus Menendi de Froiam et D. Vicencii et Sancia Godini et Sancia Fernandi habuerunt plantare unum campum magnum de vinea, et Menendus Menendi de Froiam et D. Vicencii plantaverunt inde medietatem ipsius campi, et dant inde annuatim Domino Regi iij. varas bracalis et mediam, et Sancia Godini et Sancia Fernandi noluerunt plantare ipsum campum, et dant inde annuatim. Domino Regi terciam partem omnium fructuum: et omnes istas vineas supradictas jacent in Regalengo Domini Regis, et debent inde dare domino Regi annuatim terciam partem vini. Interrogatus quis dedit eis istas vineas ad plantandum in Regalengo Domini Regis ad istud forum, dixit quod Dominus Rex. Interrogatus qualis Rex fuit ipse qui dedit ipsum Regalengum ad istud forum, dixit

---

(1) *Villa mediana:* Villa meã, casal.— *Fonte bona:* Fonte boa, campos das quintas do Avenal, Assento e Donegas. — *Agrelo:* campo do Avenal e Villa meã. — *Merla:* Melra, campo da quinta de Baço de Boi.— *Gouvenso:* campo de Tresmonde.— *Cornosa:* Coronhosa, campo de Baço de Boi. — *Semondi:* Tresmonde, quinta ou casal.— *Barro:* Bairro, casal.

(2) O padroado pertenceu posteriormente ao Mosteiro de Ronfe; em 4 de novembro de 1476 o Arcebispo D. Luiz Pires uniu-o com os fructos da Egreja á de Santa Christina de Longos. (Arch. da Cam. Ecc. de Braga, Estados Igrejarios, maço 31.º da letra M).

quod nescit. Item, dixit quod de hereditate de Rua que fuit prioris Domini Didaci dant inde annuatim Domino Regi iiij. denarios pro fussadaria; et de casali Martini Menendi de Foragozas dant inde annuatim Domino Regi viij. Varas bracalis pro fussadaria de Regalengo quod est jam supradictum; et de Passarali dant annuatim Domino Regi ij. solidos. Item, de casali Roderici Menendi dant inde annuatim Domino Regi j. solidum. Item, de casali de Libi dant annuatim medium morabitinum; et de hereditate de Palaes dant inde annuatim Domino Regi j. denarium pro fussadaria. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Item, dixit quod istud vinum et panem supradictum debent ducere homines supradicti ad Vimarañ. vel aliud tantum si dederit Terram Prestamario. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quad vidit et passus fuit et bene certus est. Durandus Johannis, Petrus Johannis, Durandus Roderici, Laurencius Petri, Laurencius Gunsalvi, Johannes Petri, Johannes Johannis, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem,* pag. 717.

Costa — Santa Marinha da

Hic incipit inquisitio Monasterii de Costa et omnium parrochianorum ejusdem Monasterii ipsius loci. Gunsalvus Petri, juratus et interrogatus cujus est ipsum Monasterium, dixit quod est Domini Regis. Interrogatus si dant inde collectam Domino Regi vel (si) faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxxij. casalia. et sunt inde x. casalia ipsius Monasterii de Costa; et v.e sunt Sancte Marie Vimarañ. Interrogatus unde Sancta Maria habuit ipsa casalia, dixit quod de Domino Rege. Et xvij. casalia sunt Domini Regis. Interrogatus cujusmodi forum faciunt inde Domino Regi, dixit quod dant inde xj. casalia annuatim Domino Regi quodlibet per se j. spatulam cum xij. costis, et j. taligam panis, et j. quartam vini, et j. cabritum, et j. leitonem si habuerint porcam, et j. gallinam quando Dominus Rex transierit citra Dorium, et dant terciam partem omnium fructuum, et medietatem vini; et aliud casale quod fuit Menendi Gunsalvi dant inde annuatim Domino Regi unam spatulam cum xij. costis, et ij. taligas tritici, et j. caponem, et x. ova, et unum cordarium album, et xiiij. varas bracalis, et j. quartarium panis de heiradiga, et j. pussalem vini de heiradiga, et dat terciam partem panis et medietatem vini. Interrogatus quare ista casalia iiij.or non dant dereituras, dixit quod Judex Vimarañ. tenet inde unum quod vocatur de Invernizo, et non facit inde ullum forum Domino Regi; et aliud tenet Maria Alvim quod fuit Barbe rufe; et alia duo tenet Monasterium de Costa. Et aliud casale de Geminalibus fecerunt in ipso casali unam maximam vineam et tenet eam Hospitalis, et dant inde medietatem vini Domino Regi de medietate ipsius vinee annuatim Domino Regi, et in omnibus terminis istius casalis fecerunt ibi istam vineam et tenet illam Hospitale pauperum. Interrogatus quare de ipsa alia medietate ipsius vinee non dant inde porcionem, dixit quod audivit dicere quod Dominus Rex dedit ipsam medietatem ipsius vinee pauperibus Hospitalis. Interrogatus si vidit inde cartam Domini Regis per quam ipsam vineam dedisset pauperibus, dixit quod non. Et omnes isti pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, preter iiijor casalia predicta Sancte Marie Vimarañ. que jacent in Vilari. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod campus de Persegariis est regalengus. Item, dixit quod campus de Varzenela est regalengus, et una devesa que stat circa ipsum campum tenet illam Monasterium de Costa et non facit de illa ullum forum. Interrogatus (quare, dixit quod nescit). Et super Presam casalis jacet ibi unun campus in Valle in Margaride; et alia senaria Monasterii subtus viam de Lamario ad sursum est tota regalenga; et audivit dici quod almuina que stat circa vineam Vicencii Forjaz est tota regalenga; et super molendinum de Cerzaria jacet ibi in ripa ipsius rivuli una peza campi, et non faciunt inde ullum forum Domino Regi; et sub-

(1) *Froyam:* Frijão, casal. — *Cauto Sancti Johannis:* a freguesia de S. João de Ponte, que era Couto da Collegiada de Guimarães. — *Hermario:* Ermeiro, casal na dita freguesia de Ponte, limitrophe. — *Aljarozes:* Gandarós, ? campo do casal de Ribas. — *Pousadoiro:* tem este nome umas leiras cultivadas do casal d'Alem. — *Sovereira:* Sobreiras, lugar. — *Foragozas:* Fragossos, casal. — *Passarali:* Passaral, campo.

tus Penam moscariam jacet ibi j. almuina et j. santus; et in Petraria jacet ibi j. campus et fecerunt ibi sautum et devesam, et non faciunt inde ullum forum Domino Regi; et in Alffavees jacet ibi una peza vinee; et in Preza de Toutino alia peza vinee; et super Campum de Feira iij. campi magni, in quibus potest habere bonum casale; et in Agro Sauto ij. vessate; et in Pena dosso ij. campi et j. devesa: et in Campo de Beenti j. campus et j. sautus; et in Freezi j. campus; et in Covelo j. leira; et in Cantoni j. leira; et in Alffavees jacet j. campus et sautus et devesa; et ad portam de Paredes jacet j. sautus; et in Cortegaza ij. sauti, et unum tenet Judex Vimarañ. et alium tenet Monasterium de Costa, et non faciunt ullum forum Domino Regi. Item, dixit quod de Verdenali dant inde annuatim Domino Regi j. modium vini de foro; et de casali de Tireuvel dant inde annuatim Domino Regi v. puzales et j. quartam et terciam quarte vini de foro; et de hereditate Menendi Gunsalvi de Cantoni dant inde aliud tantum; (et) de hereditate Martini de Costa dant inde annnatim aliud tantum. Item, dixit quod de hereditate de Cantoni dant vj. puzales vini casali de Strebaria. Item, dixit quod de vineis que jacent inter quintanam Domini Nicholai et casale de Belmonte de Costa dant inde annuatim Domino Regi x. puzales vini de foro, et non dant inde modo Domino Regi de ipsis vineis nisi ij. puzales vini; et de vinea Michaelis Petri de Rivulo de Coriis dant inde annuatim ix. quartas vini de foro; de vinea de Terronis dant inde j. quartam et terciam vini. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit dixit quod vidit et passus est et bene certus est.

Gonsalvus Petri, Petrus Pelagii, Johannes Dominici, Petrus Gunsalvi, Johannes Durandi, Petrus Gunsalvi, D. Johannis, Johannes Petri, Petrus Filius, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 735.

(1) *Vilari:* Villar lugar. — *Margaride,* lugar e casaes na extrema com Mesão-frio onde tambem ha outro com o mesmo nome. — *Preza de Toutino:* presa do Toucinho, proximo do largo do Campo da Feira em Guimarães. — *Cantoni:* Cantonha, lugar. — *Rivulo de Coriis:* Rio de Couros, que banha Guimarães.

Creixomil — S. Miguel de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Michaelis de Crexemir et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Johannes Pelagii, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Sancte Marie Vimarañ. et ad presentationem ipsorum canonicorum Vimarañ. Bracarensis Archiepiscopus Martinum Pelagii cantorem Vimarañ. in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collatione, dixit quod xx. casalia, et unum est Petri Laurencii qui fuit almuissariffe et fuit regalengum. Interrogatus quis dedit ei ipsum casale regalengum, dixit quod comparavit illud Gunsalvi Albertini. Et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat medietatem luctose, et debet facere aream Domini Regis et borrare illam tali modo quod possunt in illa malare, et debet facere ramatam Domino Regi et targere castellum; et aliud est Ecclesie Sancti Jacobi Vimarañ. et fuit regalengum. Interrogatus quis fuit qui dedit ipsum casale regalengum ipsi Ecclesie Sancti Jacobi, dixit quod quedam Domina Regina dedit ipsum casale ibi. Interrogatus quomodo scit quod Domina Regina dedit ipsum casale ipsi Ecclesie, dixit quod audivit dicere multociens. Et alia duo casalia sunt cantoris Vimarañ., et omnes terrenos quod ista casalia laborant sunt Domini Regis, preter unum paucum de terreno in quo posuerunt domos ipsorum casalium. Interrogatus quot terrenos laborant ipsa casalia cantoris Vimarañ. de Regalengo Domini Regis, dixit quod in Prava jacent duo campi magni; et in Macenaria jacet alius magnus campus; et in Porta Macenarie jacet alius magnus campus; et in alio loco qui dicitur Agra Sancti Michaelis, de petra senarie usque vineam cantoris, et deinde per stratam et deinde quomodo partit per flumen, et quantum jacet in istis terminis, est totum regalengum: et totum hoc Regalengum laborant ista casalia supradicta cantoris Vimarañ., et dant inde terciam partem omnium fructuum Domino Regi. Item, dixit quod carvalale quod jacet circa domos ipsius casalis est totum regalengum, et celarium ipsius casalis est regalengum et sautus qui ibi jacet, et tota devesa est Domini Regis; et aliud

casale est Leprosorum Vimarañ. et habuerunt illud de Subgerio Petri Judici Vimarañ., et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et istud casale Leprosorum laborat de Regalengo campum de Miserela et est magnus campus, et in Prova laborat aliam vessatam magnam, et super ripam laborat alium magnum campum, et tota chousa et vinea ipsorum Leprosorum est Domini Regis, nisi una parva peza que jacet in Gema in medio ipsius vinee; et aliud casale est Leprosorum Vimarañ. quod jacet circa Ecclesiam Sancti Andree, et domus ipsius casalis sedent in terreno ingeno; et ipse campus de Vinali cum suo sauto toto est regalengus; et alia peza magna super ripam jacet; et alius campus jacet in Petraria; et ij. peze vinee super casale de Prova; et aliud casale Leprosorum tenet duas pezas magnas de terrenis; et in Lasis alia vinea regalenga; et vinea de valle et devesa de Cova est regalenga Domini Regis, et dedit eam ipsis Leprosis Domnus Sujerius; (et) in alio loco super Covam habet ibi una vinea et est regalenga, et tenent illam ipsi Leprosi; et aliud casale est Petri Subjerii, et pectat vocem et calumpniam, et laborat regalengum Domini Regis; et circa domos suas jacet una leira, et facit ibi almuinam et chausam; et super fontem de Pompida (jacet) j. leira; et circa vineam Leprosorum de Lassis jacet una leira. Item, dixit quod casale Outarii est totum regalengum, preter domos que sedent in hereditate Petri Subjerii canonici Vimarañ. et sororis ejus Marie Subjerii, et dereituras omnes levant ipsi et geiras, et Dominus Rex levat inde terciam partem panis et vini; et circas ipsas domos jacet unus sautus, et non dant inde ullum forum Domino Regi, et tenet ipsum sautum Petrus Subjerii; et circa vineam arearum Sancte Marie Vimarañ. jacet ibi una vessada, et tenet illam Petrus Subjerii, et non dat inde Domino Regi nisi terciam partem panis; et ultra ipsam vineam jacet ibi alia vessada, et laborat illam Domna Maria, et dat inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum. Item, in eodem loco jacet ibi alia magna vessata regalenga, et laborant illam Johannes Currutus et soror ejus Maria de Rozis, et non faciunt inde ullum forum; et aliud est Sancte Marie Vimarañ. Interrogatus unde habuit illud, dixit quod audivit dici quod Dominus Rex dedit ei ipsum casale. Interrogatus qualis Rex fuit ipse, dixit quod nescit. Item, dixit quod xij. casalia sunt Domini Regis. Interrogatus cujusmodi forum faciunt inde Domino Regi, dixit quod x. casalia dant annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. alqueire castanearum, et j. cabritum, et unum lectonem, et j. gallinam quando Dominus Rex transierit citra Dorium una vice in anno quilibet per se. Interrogatus quare alia duo casalia Domini Regis non dant derecturas Domino Regi sicut ista x. casalia, dixit quod dant omnes derecturas quas debebant dare Domino Regi dant illas Petro Subjerii et Domne Marie sorori ejus. Item, dixit quod omnia ista xij. casalia dant geiras et offreciones et alias derecturas, scilicet, singulos sextarios tritici, et singulos cordarios albos et pro istis cordariis dant singulas tercias morabitini, et debent dare xiiij. xiiij. varas bracalis et pro istis bracalibus dant singulos morabitinos, et pro perna carnarii et pro caseo dant singulas tercias morabitini, et dant geiram in qualibet septimana, et x. casalia dant ij. ij. capones et xx. xx. ova, et alia duo casalia dant singulos capones et x. x. ova: et omnes istas derecturas dant homines ipsorum casalium Petro Laurencii qui fuit almuyssariffus et Petro Subjerii et Domne Marie et Johanni Gunsalvi Rengina et Leprosis Vimarañ.: et omnia ista predicta casalia dant annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum. Item, dixit (quod) cum omnibus istis derecturis quas dant istis hominibus Vimarañ. supradictis dant eis terciam partem vini, et aliam terciam partem dant Domino Regi, et alia tercia pars remanet cum ipsis hominibus qui laborant ipsas vineas; et tamen omnes ipse vinee sunt Domini Regis. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod in Rabisos jacet ibi una vinea et ij. campi; et in Ponte de Silio jacet ibi alia magna vinea et fecit ibi illam Petrus Laurencii qui fuit almuxariffus; et palacium Petri Laurencii est regalengus cum omnibus hereditatibus que pertinent ipso palacio. Item, dixit quod in Lassos jacet una vinea Martini Agustini et est regalenga. Item, dixit quod in Manga jacet alia vinea que fuit de Beverica et est regalenga; et in Bauza omnes vinee qui ibi jacent quas laborat Johannes Regiffa sunt omnes regalenge. Item, dixit quod Johannes Currutus tenet ibidem aliam vineam; et in Prova jacet alia vinea Johannis Johannis de Tourona; et in Manga jacet alia vinea ipsius Johannis Jo-

hannis; et in alio loco qui dicitur Lassos jacet alia vinea Johannis Curruti; et in alio loco qui dicitur Salgueiral jacet alia vinea et est Petri Subjerii et ejus sororis; et in alio loco qui dicitur Area de Onega jacet alia vinea Martini Bugaloos et Martini Menendi; et in Palumbari jacet alia vinea Donne Marie Subjerii, et fuit regalenga. Interrogatus quis dedit ei ipsam vineam regalengam, dixit quod comparavit illam de Johanne Johannis balestario Domini Regis. Et in Pomaribus jacet alia maxima vinea Petri Subjerii et ejus sororis Marie Subjerii; et in eodem loco jacet ibi alia vinea Johannis Bitouti et almuyna alia. Item, dixit quod pomarium Martini Agustini est regalengum, et non facit ullum forum de illo. Item, dixit quod in Prova jacet unus bacellus Johannis Dominici; et super viam jacet alia vinea magna Hospitalis; et vinea Montis est regalenga et tenet illam Matheus Dominici; et alia vinea Montis quam tenet Stephanus Dominici et D. Fernandi; et super vineam Polumbaris jacet unus magnus campus, et tenet illum Nunus Martini; et in Portela jacet alius magnus campus, et tenet illum Johannes Martini. Item, dixit quod de Careiro vetero usque ad Tapiam contra Moucos est totum regalengum, et non dant inde Domino Regi quicquam; et in Madrona alius magnus campus; in rua de Gatis ultra domum Judicis jacet ibi alius magnus campus; et in eodem loco ultra flumen jacet ibi una vinea cum suo pumario, et tenet illam cantor Vimarañ; et super Populacionem jacet alius magnus campus, et tenet illum Johannes Johannis; et circa ipsam Populacionem jacet ibi unus sautus, et tenet illum Martinus Agustini, et non dat inde quicquam Domino Regi; et in Navidagoo jacet alius bacellus, et tenet illum Martinus Chufarro; et in Fromigosa jacet alius magnus campus, et tenet illum Martinus Menendi servicialis; et in eodem loco jacet ibi alius magnus campus, et tenet illum casale Portelle; et in eodem loco jacet alius magnus campus, et tenet illum Alfonsus Johannis; et in Stivada jacent iiij.^{or} magni campi, et tenet eos Petrus Subjerii et soror ejus Maria Subjerii; et circa bacellum Martini Chuffaro jacet alius magnus campus, et tenet illum Passarus: et de istis predictis vineis omnibus et campis et vessatis dant annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, preter illas que sunt scripte que non faciunt forum. Item, dixit quod in riparia Selii stant ix. molendini regalengui, et non faciunt inde ullum forum Domino Regi. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et in riparia fluvii merdarii stant ibi vj. molendini regalengui, et non dant inde Domino Regi ullum forum, nisi molendinum Martini Cornelii quia dat annuatim Domino Regi vij. varas bracalis. Item, dixit quod in vinea Polumbaris Ecclesie Sancte Marie jacet ibi una leira regalenga contra finem ipsius vinee, et non dant inde Domino Regi quicquam. Isti sunt termini de Creximir: incipitur in rua que vocatur de Gatis in Petra furata; deinde ad Cazavacho; deinde ad petram de genesta; deinde per viam finis de vigia; deinde ad marmolare Sancti Stephani; deinde ad Outarium de cercaria; deinde per citra palumbaria Judicis et Johannis Johannis; deinde per citra hereditatem Johannis Martini; deinde per finem de Mascutellis quomodo vertit aqua; deinde ad Portellam de Candaoso; deinde ad Petram cecunie de Penouzos; deinde ad carvalios de Gaamiro; deinde per finem Outarii de Serra; deinde ad testam devesee Affonsi Johannis; deinde per finem bacelli Martini Chuffar; deinde per finem Montis de moucos; deinde ad Tapam de Trepezido; deinde ad castinarium corve; deinde per finem Campi de Linnaribus; deinde ad testam devesam cantoris Vimarañ; deinde ad Tapias; deinde ad Petram furatam ubi primitus incepimus. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Martinus Gunsalvi, Gunsalvus Pelagii, Martinus Gunsalvi, Martinus Martini, Gunsalvus Petri, Menendus Menendi, Alfonsus Garcie, Gunsalvus Martini, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 710.

(1) *Ecclesiam Sancti Andree*: da egreja ou capella de Santo André sómente resta o nome, dado a um casal onde ella e *gafaria* annexa existiram. — *Lasis*: Laços, casal. — *Rabisos*: Rabiços, casal. — *Palatium Petri Laurencii*: talvez o casal denominado *Paço*. — *Bausa*: Bouça, casal. — *Salgueiral*: lugar. — *Palumbari*: Pombaes, lugar e casal. — *Moucos*: casal. — *Madrona*: Madrôa, rua em Guimarães. — *Gatis*: rua de Gatos, hoje D. João I.º, em Guimarães. — *Fromigosa*: talvez o lugar da Formigosa em Silvares, sito nas extremas de Creixomil. — *Merdarii*: rio Merdeiro. Veja-se a nota ao doc. n.º XCIII. — *Cazavacho*: Sabacho, casal e lugar. — *Mascutellis*: a freguezia de Mascotellos. — *Penouzos*:

Donim — Salvador de

Item in collatione sancti Saluatoris de donim. Stephanus iohanis clericus iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus nec habet ibi Regalengum nec fossadariam set intrat ibi Maiordomus dominj Regis et pectant uocem et calumpniam. Item dixit quod Cauta et honores noui et ame militum et forarij dominj Regis non sunt ibi et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de nouo. nec de ueteri. Laurencius menendi iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Stephanus iohanis clericus. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Inquirições de D. Affonso 3.º*, Liv. 9.º, fl. 32 v.

Emilião — Santo

Hic incipit inquisitio de Sandi et Ecclesie Sancti Miliani de ultra Avem et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie citra Avem ipsius loci. Domnus Silvester, juratus et interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione citra Avem, dixit quod v. casalia, et duo sunt ipsius Ecclesie et nescit unde habuit ea; et duo sunt Roderici Fafiz; et unum casale est Domne Froyle: et non faciunt ullum forum nec pectant vocem nec calumpniam. Interrogatus quare, dixit quod propter milites Godinorum qui emparant illam. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod non. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Martinus Martini, Menendus Johannis, D. Pelagii, Menendus Martini, Martinus Pelagii, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Port. Mon. Hist., Inquisitiones*, pag. 716.

Fareja — S. Martinho de

Hic incipit inquisitio Sancti Martini de Farejo et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie. Joaninus, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod semper herdatores ipsius loci cum Ecclesia Vimarañ. abbadaverunt illam. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quod casalia habentur in ipsa collatione, dixit quot xxxiiij. casalia, et sunt inde vj. casalia et medium Monasterii Polumbarii et habuit ea de testamento, et tria casalia pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, scilicet, in quo morantur Domna Aragunti et Johannes Johannis et Petrus Garcie. Interrogatus quare non faciunt ullum forum ipsa tria casalia et medium sicut istra tria, dixit quod propter quod fuerunt Domni Gunsalvi Sause. Et duo casalia snnt Hospitalis et nescit unde habuit ea; et duo sunt Petri Laurencii, Almuxariffi qui fuit Vimarañ., et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et duo sunt Martini Menendi et Dominici Martini, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et unum est ipsius Ecclesie et habuit illud de testamento herdatorum, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et alium et medium est Sancte Marie Vimarañ. et stat ibi una heremita que vocatur Sanctus Silvester, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud (est) Petri Laurencii mercatoris Vimarañ., et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat j. varam bracalis pro fussadaria; et duo casalia sunt Fernandi Cadili

monte do casal da Veiga em S. Thiago de Candoso. — *Gaamiro:* Gámilo, casaes em Candoso. — *Outarii de Serra:* o casal de Outeiro em Candoso. — *Trepezido:* Terpecido, casal em Fermentões.

(1) A *Benedictina Lusitana,* tomo I, pag. 382, transcreve parte da carta de Couto de Donim, dada por D. Affonso Henriques ao mosteiro de Tibães em Guimarães a 26 de fevereiro de 1135, que tambem é citada por João Pedro Ribeiro, *Dissert. Chronol.*, tomo IV, parte 1.ª, pag. 160. Eis o texto da *Bened.*, que por lapso omittimos no respectivo lugar, que seria em seguida ao doc. n.º LXXXII: In honorem Jesu Christi, B. Mariae Virginis, et S. Martini Episcopi, pro remedio animae meae, et parentum meorum, et pro vobis Reverendissimo Abbati Domino Nuno facio Cautum ad illum Monasterium de Tibianes, de omni illa hereditate quam habet in Villa de Donim, ita vt illa hereditas sit sit ingenua, tam in hominibus, quam in rebus, quam etiam in terminis ab onni foro, quod ad Regem pertinet.

(1) Esta freguezia pertence e pertencia em 1258 ao julgado da terra de Lanhoso á excepção dos casaes mencionados no texto, que eram do julgado de Guimarães, motivo por que vão inseridos aqui.

Vimarañ., et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est filiorum et nepotum de Paparia, et dat ij. varas et mediam bracalis pro fussadaria, et j. sextarium minus terciam panis, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est filiorum et nepotum de Cavatoio herdatorum, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat ix. varas pro fussadaria; et aliud est Ecclesia de Cerzedo et nescit unde habuit illud, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et stat ibi una heremita que vocatur Sanctus Romanus; et medium casale est Johannis Pelagii et Egee Pelagii fratrum Palacioli de Sausa, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Martini Vincencii Santarañ. cum sua germanitate et Monasterii Polumbarii, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat unam varam et mediam bracalis pro fussadaria; et aliud est filiorum et nepotum Pelagii Monachi, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat xviij. varas bracalis pro fussadaria; et vj. casalia et medium sunt Domini Regis. Interrogatus cujusmodi forum faciunt inde Domino Regi, dixit quod dant annuatim Domino Regi de uno casali de Rooriz mediam spatulam cum vj. costis, et medium cabritum, et j. caponem, et x. ova, et v. solidos de servicio, et j. lectonem, et j. alqueire castanearum, et iij. varas et mediam bracalis, et j. franganum, et v. ova; et tria casalia in quibus morantur Laurencius Johannis et Petrus Petri Alcarra et Petrus Dominici dant annuatim Domino Regi singulas spatulas, et singulos capones, et xx. ova, et singulos franganos, et singulos caseos, et singulos almudes castanearum viridum, et singulos lectones, et singula bracalia de vij. varas bracale, et v. v. solidos de servicio; et aliud casale de Portela dat unam spatulam cum xij. costis, et unum coracillum, et j. caponem, et x. ova, et j. cabritum, et j. almude castanearum, et j. lectonem si habuerit eos, et v. solidos de servicio, et iij. varas et mediam bracalis; et aliud casale de Cruce dat annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et cabritum, et j. almude castanearum viridum, et iij. varas et mediam bracalis, et dat annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum. Interrogatus si habetur (ibi) aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod in loco qui dicitur Arnado jacet j. leira; et in Agras j. leira; et in Linnaribus j. leira et in Ripa fluvii j. leira; et campus de Barrada est totus regalengus; et in Agro mediano j. leira; et in conchouso circa domos una magna peza campi; et in Ameano j. leira; et in conchouso vinee j. magna peza campi et medium sautum de Colaribus: et de istis predictis leiris annuatim dant Domino Regi j. spatulam porci cum xij. costis, et j. cabritum, et j. caponem, et x. ova, et franganum, et v. solidos de servicio, et j. coraxillum, et vij. varas bracalis, et dant terciam partem omnium fructuum. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod in Vineis circa vineam filiorum Pelagii Maquia jacet una vinea, et dant inde annuatim Domino Regi j. quartam vini de dereitura, et medietatem vini; et in conchouso quod fuit de Fernandino j. leira; et in Segui j. leira; et in Linnaribus viij. leire; et in Ceona j. leira; et in chausa Dominici Martini j. leira; et in Lamosa ij. leire; et in Fraxinario unus sautus; et in Agro mediano unus campus; et in Fonte de dona plaza j. leira; et in Restelio una vessada magna; et in Podezo jacet j. leira bona; et in Lama regalenga unus magnus campus, et dant inde annuatim j. franganum, et v. ova; et subtus molendinum de Cruce j. leira; et super senariam Almuyxariffi j. leira vinee; et in pressa anaxe ij. leire; et super chausam de Calvis unus magnus campus; et campus de olariis est totus regalengus; et subtus heremitam Sancti Romani j. vinea. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod casale quod fuit Dominici Maiordomi quis moratus fuerit in illo loco debet esse Maiordomus et pausa Divitis hominis; et casale Menendi Bimo est pressum ganati. Item, dixit quod in ipsa collatione habetur ibi unus mons magnus, et ipsi herdatores ipsius collationis laborant ipsum montem et unquam inde dederunt ullum forum Domino Regi; et venit abbas Palumbarii qui habet hereditatem in ipsa collacione et constrinsit ipsos herdatores pro ipso monte; et venit abbas ipsius Ecclesie Sancti Martini Michael Pelagii et refertavit ipsis herdatoribus pro se et pro Domino Rege quare non dabant quinionem Domino Regi et ipsi Ecclesie; et venit ipse Michael Pelagii cum ipsis herdatoribus et cum abbate Polumbarii ad Vimarañ. coram Johannem Fernandi qui tunc temporis erat Judex Vimarañ. et coram aliis multis bonis hominibus, et dede-

runt pro judicio quod sicut Dominus Rex habebatur in villis ipsius collationis quod ita haberetur in montibus; et postea fuerunt ipsi herdatores ad abbatem Polumbarii, et venerunt cum ipso abbate et cum suis fratribus et diviserunt ipsum montem, et dederunt inde terciam partem Palumbario et duas partes acceperunt ipsi herdores pro se, et noluerunt clamare homines Domini Regis, nec dederunt inde quinionem Domino Regi nec ipsi Ecclesie, et Dominus Rex nunquam habuit inde ullum directum nec habet. Item, dixit quod in campo de Figaria jacet una leira, et in vinea que fuit Dominici Maiordomi jacet una leira. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit. Martinus Moguimiz, Johannes Muniz, Gunsalvus Fernandi, Johannes Fernandi, Petrus Petri, Durandus Gomecii, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 704.

Fermentões — Santa Eulalia de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancte Ovaye de Forramondano et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie. Joaninus Caravel, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est inde medietas Sancte Marie Vimarañ. et alia medietas est herdatorum. Interrogatus unde Sancta Maria habuit ipsam Ecclesiam, dixit quod nescit. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xliiij. casalia, et unum est ipsius Ecclesie et habuit illud de testamento, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et tria sunt Monasterii de Costa et habuit ea de testamento, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et duo sunt sunt Johannis Corruti, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et unum est Domne Elvire Bracarensis, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et tria sunt Johannis Dominici canonici Vimarañ., et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et duo sunt Dominici Johannis Mauri Vimarañ., et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et duo fuerunt Gunsalvi de Frandes, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et tria sunt Hospitalis et habuit ea de testamento, et non faciunt ullum forum propter suum privilegium; et unum est Sancte Marie Vimarañ. et habuit illud de testamento, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Martini Reymondi, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et duo sunt Michaelis Laurencii, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et tria sunt Orrace Manteiga, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et aliud est filiorum Petri Salvatoris, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Alfonsi Pelagii, et pectat vocem et calumpniam et vadit ad chamatum; et aliud est Durandi Martini, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Martini Johannis Vimarañ., et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Domni Simeonis, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et duo sunt Gomecii Cochon, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et aliud est Sancti Jenesii, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Martini Magareffe Vimarañ., et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud (est) Fernandi Johannis Verve, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et vij. casalia sunt Domini Regis. Interrogatus cujusmodi forum faciunt inde Domino Regi, dixit quod iiij. casalia dant annuatim Domino Regi quodlibet per se j. spatulam cum xij. costis, et iij. almudes tritici, et j. cabritum, et j. caponem, et x. ova, et j. caseum, et vij. varas bracalis, et dant terciam omnium fructum, et j. quartarium panis, et j.

(1) Esta freguezia pertence hoje ao concelho de Fafe. — *Heremita... Sanctus Silvester:* veja-se a nota ao doc. n.º XX. — *Heremita... Sanctus Romanus:* não ha vestigios d'esta ermida; conserva-se o nome de S. Romão em um lugar proximo d'esta freguezia e sito em Serzedo, limitrophe. — *Rooriz:* Rariz, casal. — *Portela:* Portella, casal. — *Cruce:* Cruz, casal. Tambem um lugar tem a mesma denominação. — *Arnado:* campos. — *Agras:* campos. — *Linnaribus:* Linhares, campos. — *Agro mediano:* Agro meão, campo. — *Colaribus:* será Silvares, casal? — *Lamosa:* Selamosa, campos. — *Podezo:* Podenço, campo do casal da Caveira. — *Olariis:* Oleiros, casal hoje da freguezia de Serzedo e nos limites d'esta. — *Figaria:* Figueira, campo do casal do Cabo.

puzalem vini pro heiradiga; et alia tria casalia dant annuatim Domino Regi quilibet per se j. spatulam cum xij. costis, et j. taligam tritici; et j. cabritum et j. caponem, et x. ova, et j. caseum, et vij. varas bracalis, et dant terciam partem panis et medietatem vini, et dant heiradigam sicut ista iiij. casalia supradicta. Item, dixit quod de vinea Pelagii Rebentine dant inde annuatim Domino Regi vij. varas bracalis, et j. sextarium panis, et dat inde medietatem fussadarie et aliam medietatem de foro; et de molendino de Archo dant inde annuatim Domino Regi vij. varas bracalis pro fussadaria. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus predictis, dixit quod campus de Assorosa est regalengus, et est inde medietas Domini Regis et alia medietas Sancte Marie Vimarañ. Item, dixit quod in eodem loco de Assorosa jacent alii iij.[es] campi, et est inde medietas Domini Regis, et alia medietas est Fernandi Johannis et Dominici Johannis Mauri et Domne Elvire; et in eodem loco de Assorosa jacet alius campus intiger Domini Regis, et tenet eum Johannis Corrutus; et super vineam Johannis Corruti in Tapia jacet unus campus et tenet (eum) Johannes Corrutus cum sua germanitate. Item, dixit quod in vinea que fuit Petri Feo de Fervencia jacet ibi una leira regalenga circa leiram que vocatur de Petra maladoira, et non faciunt inde ullum forum Domino Regi; et in eadem vinea in fundo circa Viam covam et jacet circa vineam Domne Elvire Bracaren. et non faciunt de illa ullum forum Domino Regi. Item, dixit quod in vinea Johannis Corruti in eodem loco jacent ibi iij. leire vinearum, et de duabus dant inde annuatim Domino Regi terciam partem vini, et de alia dat annuatim Domino Regi vj.[tam] partem vini. Item dixit quod in eodem loco circa ipsam vineam Johannis Corruti jacet unus campus et una vinea filiorum Petri Feo et Martini Pelagii et dant inde vj.[tam] partem vini et panis. Item, dixit quod Petrus Feo accepit unam pezam campi in loco quod dicitur Campus lacune, et fecit ibi unum sautum, et non faciunt inde ullum forum Domino Regi; et in campo senarie jacet una leira, et diviserunt inter se filii Petri Feo et consubrini ejus, et dant inde terciam partem Domino Regi, et faciunt modo ibi sautum. Item, dixit quod in Agra castinarii corve jacet ibi una peza campi, et dant inde terciam partem panis Domino Regi. Item, dixit quod in campo Talii circa molendinos canarii jacet ibi unus magnus campus, et dant inde terciam partem panis Domino Regi, et j. caponem, et x. ova. Item, dixit quod in Campo de Remolia jacet ibi unus campus regalengus, et tenet eum Stephanus Barral et non facit de illo ullum forum Domino Regi, et in eodem loco jacet ibi alius campus, et dant inde annuatim terciam partem panis Domino Regi, et laborant illum iij. homines. Item, dixit quo in Almexenali jacet una leira, et dant inde annuatim Domino Regi j. taligam panis; et in Petra maladoira jacent ibi iij. leire et iij. castinarii, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, et dant de ipsis castinariis j. caponem et x. ova Domino Regi. Item, dixit quod de vinea Johannis Zancade cum sua germanitate dant annuatim Domino Regi j. quartam vini. Item, dixit quod in vinea que fuit Subjerii Norze, sicut incipit in Petra deffense et vadit topatum ad carvalium Vie cove ad sursum, est tota regalenga, et de medietate dant inde terciam parte vini Domino Regi, et debebant dare medietatem vini de tota, et de alia medietate non dant ullam forum Domino Regi. Item, dixit quod circa Petram de Almazor jacet ibi unus campus; et ad Portam laurarii jacet ibi unus campus, et fecerunt in illo sautum, et non dant inde nichilum Domino Regi; et in senaria Johannis Dominici canonici Vimarañ. jacet intus in ipsa senaria j. leira vinee; et extra ipsam senariam jacent due leire, et dant inde annuatim de ipsis leiris de extra j. caponem, et x. ova, et terciam partem panis et vini; et in Carvalio lubi jacet j. leira, et dant inde annuatim Domino Regi unam taligam panis; et subtus Vineam laurarii jacet ibi unus campus, et dant inde terciam partem panis Domino Regi; et in Barro jacent due magne peze campi, et dant inde terciam partem Domino Regi, et dant inde j. caponem. Item, dixit quod circa Caleli subtus rigum jacet unus campus, et dant inde terciam partem Domino Regi, et super rigum quod vadit pro Caleli jacet unus campus, et est inde medietas Domini Regis, et alia medietas est Sancte Marie. Item, dixit quod super Alvarinum in fundo vinee Gomecii Cochon jacet ibi j. leira, et dant inde annuatim Domino Regi j. quartam vini; et in vinea Alvarini jacet ibi j. leira, et dant inde annuatim Domino Regi medietatem vini. Item, dixit quod in Petra Palacioli jacet ibi unus magnus campus, et laborant illum iij.[es] homines, et dant

inde terciam partem panis Domino Regi, et in Carvalio de Cervelis super viam jacet j. vessada et j. leira, et tenet illam Gomecius Cochon et dat inde annuatim Domino Regi terciam partem panis; et in Lamis jacent ij. Leire, et dant inde terciam partem panis Domino Regi. Item, dixit quod in Tacina jacet una vessata magna; et in Varzenela jacet alia vessata; et totus Fojoo de via ad inferius est totus regalengus, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem panis. Item, dixit quod in Joynal jacet unus campus magnus, et est inde medietas Domini Regis, et alia medietas est Sancte Marie Vimarañ. Item, dixit quod totus Covelo est regalengum cum totis suis castinariis; et dant inde terciam partem Domino Regi; et in Ervilacosa jacent ibi ij. leire. Item, dixit quod in Hermo jacet unus campus regalengus; et in Fojo jacet ibi j. vinea magna cum suo pomario et cum toto suo plantato est regalengus de talio Domni Gomecii usque laurarium; et campus de ramis est totus regalengus et laborant illum iij. homines, et dant terciam partem panis et medietatem de omni regalengo supradicto, et dant quilibet per se unum quartarium panis; et in bauza Fernandi Rebisqui jacet una leira, et dant inde terciam partem Domino Regi; et in Restebelis jacent due leire, et dant inde annuatim Domino Regi ij. alqueires panis, et si Maiordomus noluerit istos alqueires debent dare terciam partem panis. Item, dixit quod in Turre ultra riparium jacet unus sautus et tojal, (et) accipit Gomecius Cochon de ipso tojali et de ipso sauto et non dat inde nichilum Domino Regi. Item, dixit quod in Bausis super viam jacet ibi unus campus Domini Regis, et accipit illum Gomecius Cochon et non facit de illo campo ullum forum Domino Regi; et in Varzena jacet ibi j. leira. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Petrus Menendi, Menendus Johannis, Stephanus Petri, Petrus Martini, Domnus Giraldus, Menendus Michaelis, Fernandus Subjerii, Domnus Silvester, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 720.

Figueiredo — S. Payo de

Item in Collatione sancti Pelagii de figueyreto. Dominicus pelagij capellanus ipsius Ecclesie iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus set dant de ista Ecclesia Rico hominj uel prestamario semel in anno. ij. capones. et. xii. pane de tritico de Vimaranis et. j. cabaazam de uino de uno almude. Item dixit quod sunt ibi. xv. casalia et due quintane Regalengue de istis uero Casalibus dant annuatim tertiam partem de omnj auctuno et medietatem de milio. et painzo et de feigionibus et lino serotino et de uina de fabis uero remanet et in arbitrio Judicis utrum sicut de auctuno uel de serotino si quantum iudicauerit quod sicut de auctuno dabunt tertiam partem si uero de serotino medietatem. Item dixit quod de istis. xv. uero Casalibus sex inde faciunt tale forum silicet de casali Pelagij mauro et de casali dominici pelagij. et de casali de Becente armado. et de casali Petri suarij et de casali de Outeiro et de casali de Gonsaluo didaci dant domino Regi annuatim singulas spatulas. de. xii. costis. cum suis pedibus et singulos alqueires de uino et singulos alqueires de castaneis et prima die Januarij singulos bragaes de directura et pro introydo singulos cordarios albos et singulos cabritos et pro pascha singulos caseos cum. x. x. ouis et in prima die Madij singulos bragales et pro sancto Johanes singulas taleigas de centeno pro fugacijs et pro sancto Michaeli singulos bragales et singulos capones cum. x. x. ouis et. ij. ij. franganos excepto de Casale Dominici pelagij quod dant magjs. j. farnganum pro mazanis et alium franganum pro castaneis et singulos sextarios de pane pro eyradiga de suo quite si uero habuerit uinum dabunt singulos quartarios de communj pro eyradiga dabunt etiam. j. quartam de uino de suis cupis pro directura sicut de Casali de Padornelo. et de Casali Pelagij caualeiro dant singulas spatulas et singulos alqueires de uino et singulos alqueires de castaneis et in prima die Januarij singulos bragales

(1) *Assorosa:* Amorosa, casaes nas extremas d'esta freguezia e Azurey. — *Fervencia:* Fervença, casal. — *Canarii:* Caneiros, lugar. — *Almazor:* Almansor, lugar. — *Laurarii:* Loureiro, casal. — *Barro:* Bairro, casal. — *Palatiolo:* veja-se o documento n.º LIII e nota.

et pro entroydo singulos cordarios et singulos cabritos et pro pascha singulos caseos cum. x. x. ouis et in prima die Madiij singulos bragales et pro sancto Johanes singolas taleigas de centeno pro fugacijs et de sancto Michaele singulos capones cum. x. x. ouis et. ij. ij. franganos et singulos sextarios de pane pro eyradiga de suo quite si uero habuerint uinum dabunt et singulos quartarios de ca........ (1) Item de casali de perros dant. j. spatulam sine uino et castaneis et pro entroydo. j. cordarium et. j. cabrito et pro pascha. j. caseum. cum. x. ouis et pro sancto Michaele. j. caponem cum x ouis Item de Casali de Martinus suariz dant. j. spatulam et. j. alqueire de uino et. j. alqueire de castaneis et in prima die Januarij. j. bragale et pro entroydo. j. cabrito et pro pascha. j. caseum cum. x. ouis. et in prima die Maij. medium bragale et pro sancto Johannes. j. taleiga decem pro fugacia et pro Sancto Michael. j. bragale. et. ij. capones cum xx. oua et. ij. franganos et pro eyradiga. j. sextarium de pane de suo quite et unum sextarium de uino de communj et. j. almude de uino de sua cupa si habuerit Item de casali de Conde. j. spatulam et et. j. alqueire de uino et alium de castaneis et. j. cabritum et. j. caseum cum x ouis et. ij. bragales et. j. fugacia centena de. j. taleiga et. j. capom. x. oua. ij. franganos et pro eyradiga. j. sextarium de pane de suo quite et. j. puzale de uino pro eyradiga de communj et dant. j. quartam de uino de sua cupa si habuerit. Item de casali ermo dant. j. spatulam et pro madio. j. bragale. Item de casali de Rippa dant. j. spatulam et pro Madio. j. bragale et. j. taleiga de centeno pro fugacia. Item de casali de Petro bono. j. spatulam et. j. alqueire de uino et alium de castaneis et in januario. j. bragale et pro introydo. j. cordarium et. j. cabritum. et. j. caseum cum. x. ouis—et pro sancto johanes. j. taleiga de centeno pro fugatia et pro sancto Michael medio bragale et. j. capom. x. oua et j sextarium de milio pro eyradiga de suo quite et. j. puzale de uino de communj pro eyradiga et. j. quartam de uino de sua cupa si habuerit et hoc totum per mensuram vimaranis et de omnibus istis casalibus. dant singulas garfas annuatim de seebe. Item dant de piris et mazanis medietatem si isti arbores tollunt panem uel asoonbrant et dant dedibus istis casalibus Maiordomo dominj Regis pro lino temporaneo. ij. ij. denarios—Item de casali de Arrizado nichil dant quia non est populatum quod si esse populatum faceret forum sicut unum de supradictis. Item dixit quod de istis supradictis. xv. casalibus quicumque habuerit porcam uel porcas quotienscumque peperint dabunt leitigam de ipsis. Item de quintana de Ripario dant. j. spatulam. et. j. bragale de fossadaria et addidit quod audiuit a pluribus quod de progenie Pelagij monteiro debent uel debet esse Maiordomus terre. Item de quintana Didaci arie dant. j. spatulam et. j. bragale e. j. capom et filij et nepotes eius debent esse Maiordomus terre per forum. Item de hereditate de Gometio mercham quod habet in campo dat. j. spatulam et. j. sertam de porros—Item de hereditate de Ripa. j. frangano quod est fernandi Gometij. Item de hereditate Petri abade. j. bragale Item de hereditate domne alragunti. j. bragale et. iij. puzales de uino Item de hereditate Martinj gonsaluj. vi. quartas de uino. Item de hereditate Pelagij didaci. vi. quartas de uino cum Ecc.ª Item de hereditate de Pintos medium bragale et. j. canada de castaneis sicis. Item de casali Pelagij mouro. ij. canadas de castaneis siccis—. Item de casali Dominici pelagiz. j. canada et de castenarijs qui dicitur de perras. j. canada. Item de casali de Becente armado. viii. canadas. Item de casali Petri suariz. iiij. canadas. Item de casali de tonde. ij. canadas. Item de casali de Outeiro. ij. canadas. Item de casali Petrus menendi de somoza. ij. canadas. Item de casali de Petrilino. ij. canadas. Item de sauto que stat ad portam Petri alfonsi. ij. canadas. Item de casali Martinj suariz. ij. canadas. Item de casali de Padornelo. ij. canadas. Item de casali Pelagij caualeiro. ij. canadas. Item de cepas. j. canada et due canade de istis faciunt. j. alqueire de Vimaranis. Item dixit quod dant domino Regi annuatim de alijs leiris scilicet in pomar maijor. j. leira de qua dant medietatem milij et tertiam partem de centeno et iiij denarios. Item sub chousa. j. leira de uinea de qua dant medietatem de uino et iiij denarios Item de campo de lodreiro dant medietatem milij et tertiam partem de centeno et. j. solido et de castenarijs qui ibi stant. j. franganum. Item de castenarijs de linares. j. frangano. Item in lagea. j. uinea. Item de castenario de carreiro. j. franganum. Item de castenarijs de casali. Pe-

(1) Está uma linha cortada no alto da pagina.

lagij estremiriz. j. capom. Item de campo de cernadelo dant medietate de milio et tertiam de auctuno et in hoc campo stabat. j. castenarium de quo dabant annuatim. j. franganum et Martinus laurencij de cunia adidit ipsum castenarium dominj Regis et fecit de illo unam tuliam pro ad se. Item in padrom. j. leira de qua dant medietatem de milio et tertiam de centeno et ij denarios. Item in Padrom alia leira. de qua dant medietatem de mjlio et tertiam de centeno et viij denarios. Item in loco qui dicitur lagar Petri alfonsi stabant ibi. iij. castenarios de quibus dabamt. j. franganum et medio de capom terciam de centeno et medietatem de milio et scindint illos Maiordomus dominj Stephanj suerij de bilmir pro ad suam casam faciendam Item dixit quod ipse Stephanus suerij scindint alios centem castenarios dominj Regis pro ad ipsum casam. Item circa hospitale. j. casali Petri alfonsi. j. capam de quo dant medietatem de milio et tertiam de auctuno. Item in agrelo. Petrus uimenarius de vimaranis scindint. j. castenarium Regalengum et duxit eum pro ad suam casam et est ibi alium castenarium dominj Regis de qua dant. j. franganum annuatim. Item in cardido. j. castenarium de quo dant. j. franganum. Item de campo de casali de Eyrigo dant medietatem de milio et tertiam de auctuno et. ij. solidos. Item in maluessada. j. campum de quo dant tertiam de omnj fructu. et. j. franganum. Item de campo de seixido dant sextam partem de pane. Item de campo de nogueira et super chousa. j. leira et in iuncosa. j. campo et de omnibus istis dant sextam partem panis. Item sub deuesa de Ecclesie. j. leira de qua dant medietatem de milio et tertiam de auctuno. Item in seixido. j. leira de qua dant tertiam partem de omnj fructu. Item in caoso. j. leira de qua dant tertiam de omni fructu. Item in talióó. j. campum de quo dant sextam partem panis. Item sub uerea de talióó. j. campum de quo dant sextam panis. Item in figueiróós. j. uinea de qua dant sextam partem uinj. Item in monte de Reconquelo et in Castinario ruuial et in fugio sunt ibi bauzas de quibus dant sextam partem panis. Item in quintas. iiij. leiras de quibus dant sextam partem panis Item in cardido. iij. leiras de quibus dant sextam partem panis. Item in fundo de agrelo. ij. leiras de quibus dant sextam panis. Item in casali de gio. j. campum de quo dant tertiam panis et conparauit eum Petrus uimenarius et non dant inde nichil domino Regi. Item in casali de Gonsaluo didaci. iij. leiras de uinea de quibus dant medietatem de uino et. ij. franganos. Item in porto de cardido. j. leira de qua dant tertiam partem panis et uocant Maiordomum dominj Regis ad colligendum panem. et ducunt panem et uinum ad quintana de brito. Item dixit quod pectant uocem et calumpniam et dant geiram si fuerint requisiti et dant loitosam domino Regi. Item dixit quod cauta et honores noui non sunt ibi et milites et ordines et ame militum non sunt ibi. Item dixit quod de ista collatione dant annuatim in renda LXXX modios inter panem et uinum et LXXX affusaes de lino Pelagius petri — Dominicus pelagiz — Petrus martiniz — Michael dominici — Martinus martinj — Petrus bonus — Martinus suariz iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus pelagiz capellanus. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Inquirições de D. Affonso 3.º*, Liv. 9.º, fl. 31.

Fradellos (2)

Hic incipit inquisitio ville que vocatur Fradelos et sunt omnes parrochiani Sancti Cosmati de Garffi et Sancti Johannis de Castellanis et Sancti Juliani de Celafao. Johannes Gonsalvi, juratus et interrogatus quot casalia habentur in ipsa villa, dixit quod fuerunt v. casalia de veteri, et modo morantur ibi ix homines, et illi viij. homines sunt herdatores, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dant inde annuatim ipsis militibus de Garffi supradictis de Garffi j. modium panis per stivam, et dant Ordini de Avis v. almudes panis, et ij. gallinas, et x. ova; et aliud casale est Ecclesie Ville Nove et habuit illud de testamento, et pectat vocem et calumpniam et vadit ad chamatum. Interrogatus si habet ibi aliquod Regalengum, dixit quod non, sed dixit quod laborant Regalengum in alia collacione Ville Nove, et dant inde annuatim Domino Regi quartam partem omnium fructuum. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Petrus Petri, Petrus Johannis, Petrus Martini, omnes isti peribue-

(1) *Padornelo :* casal.

(2) Este lugar pertence hoje á freguezia de Arosa, que n'esta data ainda não estava constituida.

runt testimonium predictum verbo et verbum quilibet per se sicut primus.

Vide *Port. Mon. Hist., Inquisitiones,* pag. 714.

Gandarella — Salvador de

Hic incipit inquisitio Sancti Salvatoris de Gandarela et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Petrus Michaelis, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Monasterii Cerzedelli et Sancte Marie Vimarañ. et ad presentationem ipsius Monasterii et ipsius Ecclesie Bracarensis Archiepiscopus Sujerium Egee in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collatione, dixit quot xiij. casalia, et ix. sunt Monasterii Cerzedelli et nescit unde habuit ea, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum et ad torviscatam; et duo casalia in quibus morantur Petrus Michaelis et Martinus Juliani dant annuatim Domino Regi viij. viij. varas bracalis pro fussadaria; et aliud casale in quo moratur D. Petri dat annuatim Domino Regi iiij. varas bracalis pro fussadaria; et aliude casale in quo moratur Petrus Juliani dat annuatim Domino Regi j. quartam vini, et j. gallinam pro fussadaria; et tria sunt Sancti Tirsi et nescit unde habuit ea, et non pectant vocem et calumpniam. Interrogatus quare, dixit quod propter honorem Militum Fafianorum. Et dixit quod casale de fine de Ganderela dat annuatim unam mosteam palee, et j. gallinam pro fussadaria; et aliud est Petri Petri clerici ejusdem Ecclesie, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum et ad torviscatam, et dat annuatim Domino Regi vij. varas bracalis pro fussadaria; et aliud est Johannis Capitis Militis; et aliud est Egee Martini herdatoris, et non pectat vocem et calumpniam. Interrogatus quare, dixit quod numquam fecit ullum forum. Item, dixit (quod) hereditate Petri Petri Outarii cum sua germanitate dat annuatim Domino Regi vij. varas bracalis. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod non. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est quod ita est. Pelagius Fernandi, Petrus Michaelis, Gunsalvinus, Pelagius Pelagii, Martinus Gunsalvi, Gunsalvus Petri, omnes isti peribuerunt predictum testimonium quilibet per se verbo et verbum sicut primus.

Vide *Ibidem,* pag. 702.

Garfe — Santos Cosme e Damião de

Hic incipit inquisitio Sancti Cosmadi de Garfi et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Michael Petri, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Militum et Gubernatorum ipsius loci. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod solebant inde dare iij. modios vini per stivam, et j. sextarium milii, et vij. varas bracalis, et hoc forum solebant dare Domino Comite Henrico secundum quod audivit dici, et modo similiter istud forum dant Militibus et Ordini de Avis, et illud jus quod Dominus Rex debebat inde habere habent Milites et ipsa Ordo, et ad presentationem ipsorum Militum et Ordinis et herdatorum Bracarensis Archiepiscopus priorem constituit in eadem. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod lvj. casalia, et v. sunt inde Ordinis de Avis, et non faciunt inde ullum forum Domino Regi. Interrogatus unde habuit ea, dixit quod audivit dici multociens Commendatori ipsius loci quod ipse Ordo habuit ea de Domino Comite Henrico. Et duo sunt Roderici Vicencii, et similiter audivit dici quod genus uxoris ejus habuit ea de Comite Domno Henrico; et tria sunt filiorum Fafie Godini, et similiter avus eorum habuit ea de Comite Domno Henrico; et duo sunt filiorum et nepotum Domne Marie Pelagii, et similiter ipsius avus Domne Marie Pelagii habuit ea de Comite Domno Henrico, et hoc dixit de auditu; et vij. sunt Monasterii de Sauto et nescit unde habuit ea; et tria sunt Fontis Arcate et nescit unde habuit ea; et unum est ipsius Ecclesie et nescit unde habuit illud; et xxxv. casalia sunt herdatorum, et isti herdatores dant annuatim Militibus predictis et Ordini xxv. spatulas, et xxv. cabritos, et xv. bracales de vij. varis bracale, et iij. modios panis per quayram, et vj. modios vini, et pectant vocem et calumpniam illis predictis Militibus et Ordini, et totum hoc forum solebant facere Domno Co-

miti Henrico, sicut audivit dici. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod habentur ibi quebrate de quibus dant x. quartarios panis, et totum hoc levant illi predicti Milites et Ordo quia dicunt quod Comes Domnus Henricus dedit eis totum. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Petrus Michaelis, Egeas Fernandi, Menendus Martini, Petrus Petri, Muninus Johannis, Egeas Menendi, Fernandus Dominici, Petrus Petri, Martinus Petri, Martinus Pelagii, omnes (isti) peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus.

Vide *Ibidem*, pag. 714.

Gemeos — Santa Maria de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancte Marie de Geminis et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Petrus Fernandi, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Petri Sujerii canonici Vimarañ. et ejus projeniei. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit (vel debet) habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collatione, dixit quod xxv. casalia et una quintana, et unum est Martini Reimondi Vimarañ. et pectat vocem et calumpniam; et vadit ad chamatum, et dat iij. varas bracalis pro fussadaria, et xvj. denarios; et aliud est Orrace Manteiga et Monasterii Arauce, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Hospitalis et nescit unde habuit illud, et non facit ullum forum propter suum privilegium; et aliud est Fernandi Gunsalvi Vimarañ., et pectat vocem et calumpniam et vadit ad chamatum; et duo sunt Domne Marie Menendi, et non faciunt ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod propter honorem ipsius Domne. Et duo sunt Petri Sujerii canonici Vimarañ., et unum istorum pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum. Interrogatus quale est ipsum casale quod pectat vocem et calumpniam, dixit quod casale de Barro. Interrogatus quare non pectat illud aliud casale vocem et calumpniam, dixit quod propter ipsam predictam honorem. Et aliud est Sancte Marie Vimarañ. et habuit illud de testamento, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Romani Guidaz Vimarañ. et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et quintana est uxoris que fuit Nuni Martini; et aliud est Ecclesie Sancti Jorgii et nescit unde habuit illud, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Monasterii de Costa et habuit illud de testamento, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Vilarini et habuit illud de testamento, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud casale et medium quod fuit Subjerii Pipionis est herdatorum, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud casale et medium fuit Gunsalvi de Frandes, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud casale est filiorum Egee Fusarii herdatorum, et de isto casali est inde tertia pars ipsorum Militum supradictorum, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est nepotum de Riquianis herdatorum, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dant inde annuatim Domino Regi iiij. varas bracalis pro fussadaria; et duo casalia fuerunt Domini Regis et tenent modo ea filii et nepotes Marie Subjerii, que fuit nutrix Domni Martini Sancii. Interrogatus quis dedit ipsa casalia Domini Regis ipsis filiis et nepotibus ipsius nutricis, dixit quod Dominus Rex Sancius avus istius Regis dedit ipsa casalia ipse nutrici Marie Subjerii predicte, que nutrivit Domnum Martinum Sancii. Interrogatus si vidit inde unquam cartam per quam Dominus Rex dedit ipsa casalia ipse predicte nutrici, dixit quod non. Et nos Inquisitores vidimus inde cartam sigillatam apertam istius Regis sub hac forma: — Sancius Dei gratia Rex Portugallie pretori Vimarañ. salutem. Mando vobis quod integretis Mariam Subjerii, nutricem Domni Martini Sancii, de illa hereditate de Calvis quam ei dedit Domnus Rex Sancius avus meus: et mando vobis quod paretis ei eam bene sicut pareretis mihi. Unde aliud non faciatis. Datum apud Gardiam. viij.º die Aprilis. — Et alia duo casalia Domini Regis tenuit ea Domnus Subjerius Reimondi in sua vita, et ad suam mortem renunciavit ipsa casalia Sancto Tirso, et modo tenet ipsa casalia Domnus Menendus Subjerii in prestimonio de ipso Monasterio Sancti Tirsi, et aliud tria casalia sunt Domini Regis. Interrogatus cujusmodi forum faciunt de istis casalibus Domino Regi, dixit quod dant annuatim Domino Regi singulas spatulas cum xij. xij.

costis, et singulos almudes castanearum viridum, et singulos cabritos, et singulos capones, et x. x. ova, et vij. vij. varas bracalis, et duo istorum trium dant singulos corazillos, et singulos franganos, et v. v. ova, et singulas taligas panis; et aliud casale est servizaria et ideo non dat corazillum: et dant omnia singulas gallinas quando transierit Dominus Rex citra Dorium una vice in anno, et dant terciam partem omnium fructuum, et medietatem vini vinearum. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus predictis, dixit quod in loco qui dicitur Conchouso Petri Subjerii de Briteiros jacet ibi una magna peza campi; et in Froiam jacent ibi ij. peze campi; et in alio loco in Froiam jacent ibi ij. leire et unus sautus; et in ipso loco subtus carvalium carraria que ibat per Regalengum ipse Petrus Subjerii predictus de Briteiros misit ipsam viam in sua vinea, et fecit viam per alium locum per Regalengum; et subtus chausas de Lubelo jacet una peza campi; et ad portam casalis Domni Menendi Subjerii jacet unus sautus, et dant pro isto sauto et pro alio sauto predicto vij. varas bracalis: et totum hoc Regalengum dederunt cuidam casali depopulato Domini Regis quod ibi jacebat, et modo est populatum: et isti campi et iste leire fuerunt alterius casalis de alia collatione. Item, dixit quod in loco qui dicitur Villa Viridis jacet unus campus, et plantaverunt ipsum campum de sauto et postea fuit plantatus, et nunquam inde Dominus Rex habuit ullum forum. Interrogatus quis plantavit ipsum campum, dixit quod Johannes Alfonsi de Tras Rio. Et in Fonte de Brados jacet una leira; et in Casela jacet alia leira; et in Vinali j. leira; et de hereditate Martini Riparie dant vj. denarios pro fussadaria; filii et nepotes Petri Menendi debent esse serviciales; et in Presa jacet una leira. Item, dixit quod in cortinali casalis Outarii de Calvis Romani Guide jacet j. leira regalenga, et solebant inde dare terciam panis, et modo non (dant). Interrogatus quare, dixit quod nescit. Item, dixit quod in loco in vinea Johannis Alfonsi in Villa Viride jacet ibi Regalengum. Interrogatus in quo loco ipsius vinee jacet ipsum Regalengum, dixit quod in fine ipsius vinee jacet Regalengum, et quando fecerunt ipsam vineam collegerunt ipsum Regalengum intus cum de ipso sauto et cum cerzariis et cum uno carvalio. Et contra vineam ipsam jacet aliud Regalengum de sauto magna sicut vadit per stratam pro ad Polumbarium, et de alia parte per stratam quomodo vadit ad unam covam de Chorenti; et in Barro jacent ij. leire, et dant annuatim j. almude panis, et si Maiordomus noluerit istum almude panis, debent dare terciam partem omnium fructuum; et de hereditatibus de Barro herdatorum Petri Subjerii canonici et aliorum herdatorum, et dant inde annuatim vj. denarios pro fossadaria; et in Pomardique j. leira; et in Bacelali j. leira. Item, dixit quod homines Martini Menendi Militis, et homines Ordinum et herdatores rumpunt in montibus, et non dant inde ullum forum Domino Regi, nec sui homines qui morantur in suis casalibus non rumpunt in ipsis montibus. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit. Johannes Pelagii, D. Salvatoris, Menendus Petri, Martinus Pelagii, D. Pelagii, Johannes Petri, Menendus Petri, Johannes Menendi Rosatus, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum, quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem,* pag. 692.

Golães — S. Lourenço de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancte Ovaye de Golaes et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. D. Gunsalvi, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod semper herdatores abbadaverunt illam, et Domnus Martinus Sancii forciavit eos herdatores de ipsa Ecclesia, et modo est Sancti Tirsi, et Domni Martini Egidii. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xix. *(sic)* casalia, et viij. casalia et medium sunt inde Sancti Tirsi et habuit ea de testamento; et vj. casalia et medium sunt inde Domni Martini Egidii; et v. casalia sunt Sancti Romani et habuit ea de testamento; et tria sunt Nunionis Martini canonici Vimarañ.; et tria sunt Ecclesie Sancti Jachobi Vimarañ.; et j. casale et medium est de Refoios et habuit illud de testa-

(1) *Barro:* Bairro, casal. — *Villa Viridis:* Villa Verde, casal; veja-se o doc. n.º XXXIII e nota.

mento; et tria sunt ipsius Ecclesie et habuit ea de testamento; et aliud est Hospitalis; et viij. sunt herdatorum; et aliud est Leprosorum de Baucis, et de casali ipsorum Leprosorum dant inde annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et unum cabritum, et j. lectonem, et j. taligam panis: et ista casalia supradicta pectant vocem et calumpniam Monasterio Sancti Tirsi et Domno Martino Egidii. Interrogatus quare, dixit quod quantum jus ibi Dominus Rex habebat, totum dedit Domno Martino Sancii et Domne Orrace Sancii, et post mortem Domni Martini Sancii habuit Monasterium Sancti Tirsi ipsam medietatem Domni Martini Sancii. Item, dixit quod in Varzenela villa istius collacionis habentur ibi tria casalia, et unum est Domne Maioris Menendi; et aliud est Sancti Romani de Aroes et habuit illud de testamento; et aliud est Dominici Johannis herdatoris cum sua germanitate, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat annuatim Domino Regi vij. varas bracalis; et aliud est Marine Gunsalvi herdatricis cum sua germanitate, (et) pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat annuatim Domino Regi j. varam bracalis pro fussadaria; et aliud est Sancie Alvim, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Domini Regis, et dat inde annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. taligam milii, et j. cabritum, et ij. gallinas, et xv. ova, et iij. varas et mediam bracalis, et terciam partem omnium fructuum. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine isto casali, dixit quod in loco qui dicitur Vessada Soutelino jacent ibi ij. agri; et in conchouso Sancie Alvim jacet una peza campi, et j. leira; et in Riparia una peza campi, et medietatem turris Sancie Alvim est Domni Regis: et totum istud Regalengum laborant ista casalia supradicta Domne Maioris Menendi et Sancie Alvim, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum; et dant inde j. franganum, et v. ova. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Item, dixit quod in Vilari jacet unum casale hermum et est regalengum, et est inde caput ipsius casalis in fine ipsius villa de Vilari. Interrogatus ubi jacent terreni ipsius casalis, dixit quod in Riparia jacent iiij. leire, et in Valle jacet una leira, et in couchouso de Pitito una leira; et in alio loco qui dicitur Casale hermum jacent iij. leire; et in porta de Pequito jacet una leira cum suo sauto. Item, dixit quod in Casali de Piquito dant inde annuatim Domino Regi j. spatulam, et j. cabritum, et j. lectonem: et de istis leiris dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum. Item, dixit, quod in Maloo jacet j. leira; et subtus Rigum de Rasias j. leira; et subtus nabalem casalis Leprosorum una leira; et in Magurri j. leira; et de domo herema dant inde j. gallinam. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Petrus Pelagii, Februarius Dominici, Johannes Menendi, Pelagius Petri, Johannes Fernandi, Petrus Martini, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 729.

Gominhães — S. Pedro Fins de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Felicis de Gomiaes et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Martinus Michaelis, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est herdatorum et Monasterii de Sauto, et ad presentationem ipsorum Bracarensis Archiepiscopus Dominicum Petri in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi dixit quod non. Interrogatus quod casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxiij. casalia et una quintana, et vj. casalia sunt Monasterii de Santo et habuit ea de testamento; et duo sant Orrace Nunionis; et duo sunt Petri Johannis Verve et Stephani Dominici; et aliud est Johannis Pelagii qui vocatur Martos herdatoris; et aliud est Brandonum herdatorum, et dant inde annuatim Domino Regi j. gallinam et x. ova; et quintana (est) fihorum Gonsalvi Munionis; et aliud casale de Garda fuit Petri Alvardin; et aliud de Valino est Pelagii Dominici cum sua germanitate, et dat inde annuatim Domino Regi j. gallinam et viij. de-

(1) *Varzenela:* Varziella, lugar. — *Soutelino:* Soutellinho, casal. — *Riparia:* Ribeira, casal. — *Turris Sancie Alvim:* A torre de Sancha Alvim seria no assento da quinta da Torre, provavelmente. — *Vilari:* Villar, lugar. — *Casal de Piquito:* casal de Piquito, lugar. — *Rigum de Rasias:* No lugar de Villar é conhecido o Rego de Razinhas. — *Magurri:* Magurre, casaes.

narios; et aliud est Dominici Magide; et ij. sunt Sancte Marie Vimarañ. et habuit ea de testamento, et unum istorum quod vocatur casale de Rua dat annuatim Domino Regi j. gallinam et v. ova; et aliud est Petri Martini beveriqui Vimarañ.; et aliud casale de Bandalos est Dominici Johannis cum sua germanitate herdatorum, et dant inde j. gallinam, et tres solidos et medium, et unum quartarium panis de heiradiga; et aliud est Martini Mauram cum sua germanitate herdatorum, et dant inde annuatim Domino Regi j. taligam castanearum, et x. denarios; et aluid est Roderici Alfonsi filii Domini Regis, et dant inde annuatim j. spatulam cum xij. costis, et ij. taligas tritici, et ij. capones, et xx. ova, et xiiij. varas bracalis, et j. cordarium album, et iij. solidos de pedida, et j. pernam carnarii, et j. caseum, et j. manteigam, et terciam partem omnium fructuum, et mddietatem vini, et j. almude vini, et j. almude castanearum; et duo casalia sunt Domini Regis, et dat inde unum casale Nugarie annuatim Domino Regi j. cabritum, et terciam partem omnium fructuum, et aliud casale dat annuatim Domino (Regi) unam spatulam cum xij. costis, et j. cabritum, et j. gallinam, et x. ova, et j. taligam castanearum, et terciam partem omnium fructuum, et j. quartarium panis de heiradiga: et omnes isti qui morati fuerint in ista collacione pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dant luctosam omnes herdatores Domino Regi. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod in Sergunda jacent ibi iij. campi magni; et in Spinario j. leira; et in sauto Agri de Naya ij. leire; et in Tesedo vj. leire; et in Senaria iiij. leire de vj.ta; et in Fonteela iij. leire; et in Lagena jacet unus magnus campus; et in conchouso Domne Orrace Portele j. leira; et in conchouso de Retendo unus campus magnus, et j. leira; et in Pousada iij. leire. Item, dixit quod in Recay jacet unum magnum Regalengum et determinatur sic: incipit in Recey; deinde ad serram eundo ad sursum per venam rivuli de Brandiela; deinde ad Linnares; deinde ad agrum Pelagii; deinde ad Fogoo; deinde ad Garey per presam de Garey; deinde ad Ficulneam veteram; deinde tornat se per agrum; deinde per inter vallos; deinde ad viam de Recoy ubi primitus incepimus: et quantum jacet intus in istis terminis est totum regalengum. Item, dixit quod Conchouso jacet unum maximum Regalengum et determinatur sic: incipit in Contensa; deinde ad Freeriz; deinde ad molendinum de Secariis; deinde ad facem de Secariis; deinde ad Aguieiras eundo per ipsum montem de Gateira; deinde ad Portam superpostam; deinde ad Lobagariam; deinde ad Petram de baucis; deinde ad Carvalarem; deinde ad marcum Vallis; deinde ad Petram ripe; deinde ad ariam Pelagii Mauri; deinde ad aream Dominici Johannis; deinde ad Ficulneam ladal subtus domos; deinde ad marcum de Rua; deinde per aquam de Verdenale; deinde ad Pausadam; deinde ad vizonam; deinde ad chousas de Valino per subtus currum de Valino; deinde ad Cerzariam ruvalem Sancti Felicis; deinde ad Fornum; deinde per super domos de Garida; deinde ad sibadum Dominici Petri; deinde ad chousam Dominici Petri; deinde ad Nugariam de Garda per marcos qui ibi stant; deinde ad Contensam ubi primitus incepimus: et intus quantum jacet in istis terminis est totum regalengum, preter ij. leiras que jacent ad Petram de Secariis, que sunt ipsius Ecclesie, et alia (que) jacet in casali Didaci. Item, dixit quod in Cornuda jacent ij. leire; et in Valino ij. campi. Item, dixit quod in Vinali jacet ibi unus campus, et stetit ibi vinea, et solebant inde dare medietatem vini, et modo dant terciam partem panis. Et totum istud Regalengum homines istius collacionis laborant illud, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, et debent levare istum panem tantum sicut ad Vimarañ. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Item, dixit quod de hermario dant inde annuatim Domino Regi j. franganum, et v. ova. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus est et bene certus est. Petrus Dominici, Petrus Petri, Martinus Menendi, D. Petri, Martinus Menendi, Martinus Dominici, Petrus Gomecii, Martinus Pelagii, Petrus Johannis, omnes isti peribuerunt predictum tertimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus.

Vide *Ibidem,* pag. 731.

Gondar — S. João de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Johannis de Gundaar et omnium parrochianorum Ecclesie ipsius loci. Pelagius Martini juratus et interrogatus, cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod semper herdatores ipsius loci abbadaverunt il-

lam; et Gomecius Johannis fuit cum hominibus et cum armis, et forciavit ipsos herdatores ipsius Ecclesie, et accepit illam et tenuit illam usque suam mortem, et ex illo tempore nunquam herdatores abbadaverunt illam, nisi canonici Vimarañ. (1) Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxv casalia, et v.ᵉ sunt inde Monasterii de Cerzedello et nescit unde habuit ea, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et v. sunt Domne Orrace Nuniz, et pectant vocem et calumpniam et vadunt ad chamatum; et duo sunt Dominici Johannis et pectant vocem et calumpniam et vadunt ad chamatum; et aliud est Monasterii de Costa, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est cantoris et Martini Menendi Vimarañ, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et xj. casalia sunt Domini Regis. Interrogatus cujusmodi forum faciunt inde Domino Regi, dixit quod vj. casalia istorum casalium, scilicet casalia de Pousada et de Brandia, dant annuatim Domino Regi unam spatulam, et j. taligam centeni, et j. alqueire vini vel castanearum, et j. cabritum, et unum caseum, et j. caponem et x. ova, et j. franganum, et vij. varas bracalis, et hanc dereituram dant quilibet per se; et alia duo casalia que vocantur de Lagenis dant annuatim Domino Regi singulas spatulas, et singulos cordarios albos, et singulos alqueires castanearum viridum, et viij. bracalia ambo pariter de vij. varis bracale, et dant ambo pariter v. modios panis annuatim Domino Regi, et si Dominus Rex noluerit istos v. modios panis debent dare terciam partem omnium fructuum, preter de lino quod (non) debent dare nisi iiij.ᵒʳ bracalia pro lino, et alia tria casalia de Silo dant annuatim Domino Regi singulas spatulas et singulos cabritos et singulos capones cum x. x. ovis et singulos caseos, et dant iiij.ᵒʳ bracalia de vij. varis bracale, nisi unum casale de Fine Ville quod est Hermum, et non dat nisi mediam directuram. Item, dixit quod ista tria casalia supradicta dant annuatim Domino Regi omnia tria pariter xvij. alqueires tritici minus vj.ᵗᵃᵐ et dant omnia ista xj. casalia terciam partem omnium fructuum, et medietatem vini. Item, dixit quod in ipso flumine Selii habentur ibi viij. molendini, et dant inde annuatim Domino Regi singula bracalia de vij. varis bracale. Interrogatus quis dedit eis istud forum de ipsis molendinis, dixit quod talis est consuetudo Vimarañ. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod in foce ipsius fluvii Selii habetur ibi unus magnus campus, et dant inde annuatim Domino Regi iiij.ᵒʳ capones, et xl. ova, et terciam partem omnium fructuum; et dixit quod in alio loco qui dicitur Peso jacet unus campus, et dant inde modo j. sextarium panis de dadiva; et in fundo vinee Maioris Johannis jacet una leira, et dant inde annuatim Domino Regi j. alqueire panis, et si Dominus Rex noluerit istum alqueire debent dare terciam partem omnium fructuum. Item, dixit quod in Ponte vetera jacet j. leira; et in Requeyxo una leira; et in face Selii j. leira: et de istis leiris dant annuatim Domino Regi iij. taligas panis, et si Maiordomus noluerit istas taligas debent dare terciam partem omnium fructuum; et de hereditate filiorum et nepotum Menendi Vermelii cum sua germanitate dant annuatim Domino Regi viij. varas bracalis pro fussadaria. Item dixit quod in alio loco qui dicitur Ventarey jacet ibi unus magnus campus, et dant inde annuatim Domino Regi ij. capones et j. quartam vini mollis; et in Gusmiadi jacent vj. leire, et est medietas Domini Regis, et alia medietas est ipsius Ecclesie; et circa Brunarios jacet j. lei-

(1) O D. Prior da Collegiada, Gomes Affonso, por escriptura feita em Lisboa a 12 de julho de 1553, doou á Infante D. Isabel e seus successores o padroado d'esta Egreja; o Papa Pio VI em 31 d'agosto de 1560 confirmou esta doação e em 16 de dezembro de 1566 o procurador de D. Duarte, filho e successor da Infanta D. Isabel, apresentou ao Arcebispo D. Frei Bartholomeu dos Martyres os documentos respectivos. (Arch. da Cam. Ecc. de Braga, Estados Igrejarios, maço 4.º da letra J).

Aproveitamos este ensejo para citar aqui a indicação d'um documento do anno de 1240 referente a uma freguezia de Gondar, o qual apesar dos nossos esforços não foi encontrado na Torre do Tombo, não nos sendo possivel affirmar que diga respeito a esta freguezia.

Alexandre Herculano, *Hist. de Port.*, tomo II, pag. 359 da IV edição, nota 1, escreve: «N'um documento de julho de 1240 da Collegiada de Guimarães (G. 20, M. 5) depositado hoje na Torre do Tombo, dizem alguns individuos de Gondar que «propter guerram domni Roderici, qui ipsa die, ut dicebant, versus eorundem pastor tendebat» não podiam ir tratar de certa causa a que eram chamados.»

ra, et est medietas Domini Regis, et alia medietas est ipsius Ecclesie; et in Portu de Brandiam j. leira; et in Cortina ij. leire; et in Aremali iij. leire, et dant annuatim Domino Regi j. caponem et x ova, et j. solidum, et j. varam bracalis pro fussadaria; et in cortinali Marie Johannis jacet ibi unus campus, et dant inde Domino Regi j. varam bracalis pro fussadaria. Item dixit quod sicut Dominus Rex habet in villa ita debet habere in omnibus montibus et in fontibus et in omnibus locis qui pertinent ad istam collationem. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod nepotes Menendi Folii debent esse maiordomi arearum, (et) filii et nepotes Menendi Egee debent esse Maiordomi Terre. Item dixit quod in omnibus casalibus supradictis debet esse pressum ganati. Item, dixit quod a devesa de Alxarey jacet ibi una peza regalenga contra pausadam. Item, dixit quod in defensa de Leiroos, in termino de Varzenela, debent exire et intrare et pascere et scindere ista omnia casalia predicta regalenga quandocumque eis necesse fuerit. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et de passus fuit et bene certus est. Johannes Garcie, Petrus Pelagii, Stephanus Petri, Martinus Petri, D. Vincencii, Vincencius Gunsalvi, Stephanus Martini, Petrus Dominici, Menendus Vincencii, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem,* pag. 707.

Gondomar — S. Martinho de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Martini de Gondimar et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Johannes Menendi juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est herdatorum ipsius loci, et ad presentacionem ipsorum Bracarensis Archiepiscopus Johannem Pelagii in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod x casalia, et sunt inde viij casalia Hospitalis, et duo sunt Monasterii de Randuffi. Interrogatu sundi isti Ordines habuerunt ista casalia, dixit quod de testamento. Et non pectant vocem et calumpniam. Interrogatus quare, dixit quod est cautata per patrones. Interrogatus quis cautavit ea, dixit quod Dominus Rex Alfonsus veter. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod non. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Johannes Godini, Petrus Gunsalvi, D. Petri, Menendus Menendi, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus.

Vide *Ibidem,* pag. 716.

Guimarães — S. Miguel do Castello

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Michaelis Castelli Vimarañ. et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie. D. Didaci, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est suffraganea Sancte Marie; tamen de veteri fuit Capella Domini Regis. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quare, dixit quod nunquam inde fecerunt ullum forum Domino Regi. Interrogatus si faciunt aliud forum Domino Regi, dixit quod non, nisi quod pectant vocem et calumpniam divisatas, scilicet, rausum, homicidium, stercus in ore, et tenent relegum, sicut tenent homines Vimarañ., et Maiordomus Vimarañ, intrat in ipso castello pro calumpniis supradictis et debet eas raciocinare perante Alcaldes ipsius castelli, et Alcaldes debent esse electi per concilium ipsius castelli in quolibet anno in die Sancti Johannis Babtiste. Item dixit quod Rex Alfonsus veter dedit populatoribus ipsius castelli pro termino ipsius castelli et pro hereditate eorum, scilicet, sicut incipit in Corruptaria in loco ubi moratus fuit Garcia Petrarius; deinde per viam directam que vadit ad Monasterium Coste usque locum qui dicitur Furta Pelagii

(1) *Pausada:* Pousada, casal e lugar. — *Brandia, Brandiam:* Brandião, casal e lugar. — *Lagenis:* Lage, casal e lugar. — *Varzenela:* Varziella, lugar na freguezia do Paraiso, limitrophe d'esta.

Aregaze; deinde per tujarium sicut vadit circa devesam Sancte Marie Vimarañ.; deinde ad petram magnam que stat inter ambas vias; deinde circa vallum Menendi Mali; deinde sicut dividit cum hereditate Domini Petrilionis; deinde per circa domum que fuit Pelagii Francisci; deinde per domus que fuerunt Johannis Vimarañ.; deinde ad Corruptoriam ubi primitus incepimus (1): et istum terminum autorizavit Dominus Rex Sancius filius ejus ipsis predictis populatoribus, et quod non facerent inde sibi ullum forum, et quod ipsi populatores facerent inde sicut de suis propriis hereditatibus. Interrogatus quomodo scit ista que peribuit, dixit quod audivit dici patri suo quod Dominus Rex Alfonsus veter dedit eis istud forum et istum terminum, et dixit quod ipse vidit et presens fuit quando Dominus Rex Sancius avus istius Regis autorizavit ipsis populatoribus predictos foros et predictos terminos, et ambulabat equitatus cum multis militibus et cum aliis multis bonis hominibus, et vidit ei ponere pedes equi sui per divisiones predictas. Interrogatus si isti Reges predicti dederunt ipsis predictis populatoribus ipsos terminos predictos et ipsos foros predictos per cartam vel per cautos sive per aliud aliquod strumentum, dixit quod non, sed semper uti fuerunt ex illo tempore cum omnibus Regibus qui post ipsos venerunt usque modo. Item, dixit quod audivit dici sicut incipit ex una parte circa chousam prioris Sancte Marie Vimarañ. quomodo vadit eundo superius per rivulum merdarium usque fontem abbatis; deinde quomodo revertit per viam que vadit ad Monasterium Coste veniendo inferius; deinde per viam que vadit inter chousam Martini Pelagii mercatoris Vimarañ. et inter chousam prioris Sancte Marie Vimarañ.; deinde ubi primitus incepimus: et dixit quod totum istud fuit regalengum et fuit datum similiter sicut predictum terminum ipsis predictis populatoribus ipsius castelli, et modo non tenent illud populatores ipsius castelli, et tenent illud Monasterium Buri et Ecclesia Sancte Marie Vimarañ. et alii homines Vimarañ., et non faciunt inde ullum forum Domino Regi. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Item, dixit quod intus castellum habet ibi Dominus Rex unum furnum panis et azougues, et unum terrenum qui jacet circa ipsos azougues quomodo vadit usque ad alium furnum qui fuit Domni Martini Fernandi Vizele, et audivit dici quod ipse furnus sedet in Regalengo et Dominus Rex Sancius avus istius Regis dedit ipsum terrenum Domno M. Fernandi Vizele in quo fecit illum furnum. Item, dixit quod audivit dici quod in predictis terminis qui primitus scripti sunt Pretor qui tenuerit castellum debet habere unam coirelam in qua teneat chausam suam: tamen dixit quod habent cartam istius Regis, per quam autorizait usos et foros predictos quibus uti fuerunt in tempore patris et avi et fratris sui, et nos inquisitores vidimus eam. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est quod ita est, et semper vidit et audivit usque modo.

Gunsalvus Godini prelatus ipsius Ecclesie, Pasquasius Petri alcalde, Stephanus Pelagii alcalde, Gunsalvus Petri, Johannes Martini, Petrus Menendi, Domnus Pascasius, D. Petri, Martinus Gunsalvi, Gunsalvus Magister, D. Menendi, omnes isti audiverunt et uti fuerunt toto isto termino semper usque modo, et dixerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 736.

Guimarães

Hic incipit inquisitio parrochianorum et domorum Ville Vimarañ. Martinus Pelagii cantor Vimarañ., juratus et interrogatus cujas est Ecclesia Sancte Marie Vimarañ., dixit quod est Domini Regis: tamen dixit quod Concilium et capitulum canonicorum ipsius Ecclesie solebant eligere priorem, et ibant cum eo ad Dominum Regem et Dominus Rex concedebat eum, et tunc Archiepiscopus nullum jus habebat ibi; et postea venit pater istius Regis (et) fecit per forciam quod prior et canonici et Concilium obedirent Archiepiscopo Bracarensi in spiritualibus tantum, et ex illo tempore Dominus Rex presentavit et Archiepiscopus confirmavit. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Regi et si dant inde sibi collectam vel si

(1) E' provavel que estes limites da villa do Castello se identifiquem com os da actual parochia de S. Miguel do Castello.

(1) *Rivulum merdarii:* veja-se a nota ao doc. n.º XCIII. — *Fontem abbatis:* veja-se a nota ao doc. n.º CVI.

de jure debent dare, dixi quod nunquam vidit neque audivit quod inde sibi forum facerent. Interrogatus de Ecclesia Sancti Pelagii ipsius ville, dix quod semper audivit et vidit quod est suffraganea Sancte Marie Vimarañ. Interrogatus si faciunt inde vel debent facere Domino Regi aliquod forum, dix quod non. Interrogatus de Ecclesia Sancti Jacobi ipsius ville, dix quod genus Francorum Vimarañ. eligerunt semper et eligunt priorem, et vadunt cum eo ad Dominum Regem et Dominus Rex concedit eum, et ipse sic fuit presentatus et confirmatus ibi (1). Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Regi vel si debent facere, dix quod non. Et nos inquisitores vidimus inde cartam Domini Comitis Henrici sine sigillo et sine signo quod Dominus Comes dedit illum terrenum duobus Francis quod facerent ibi capellam suam (2). Interrogatus de hominibus que non dant soldatam annuatim Domino Regi, dix quod domus que fuerunt Domni Gunsalvi Sause nunquam audivit nec vidit quod inde forum facerent et fuerunt semper cautate et onrate, et modo deffendunt se per eas omnes domus que stant in circuitu earum ex utraque parte. Interrogatus quere, dixit quod nescit. Interrogatus (si) sunt onrate per cartam Domini Regis vel per cautos, dixit quod nunquam inde vidit cartam nec cautos. Item, dixit quod domus in quibus ipse moratur nunquam audivit nec vidit quod inde darent soldatam. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Tamen dixit quod dabit sibi Dominus Rex volnerit, quia non habet inde cartam nec aliud strumentum per quod se defendat inde; tamen nunquam inde dedit. Semiliter dixit de domibus in quibus modo moratur Johannes Martini, Judex Vimarañ. Item, dixit quod case que fuerunt Domni P. Pelagii Alferez semper fuerunt onrate. Item, dixit quod quintana de Guardal qui fuit Stephani Didaci, et Domne Marie Salvatoris, semper fuerunt onrate. Item, dixit quod case que fuerunt Pelagii Petri alfayate semper fuerunt onrate. Item, dixit quod Johannes Martini Judex fecit unam domum in terreno Domini Regis. Item, dixit quod ipse tenet unum cortinale Domini Regis et dividitur sic per parietem que stat in circuitu ipsius cortinalis Domini Regis et dividit ipsum cortinale Domini Regis de cortinali ipsius Cantoris, et ex alia parte dividitur per partem cortinalis Johannis Corruti, et ex alia parte per parietem que stat inter ipsum cortinale et aliud cortinale Domini Regis quod tenet ibi Judex Vimarañ. Interrogatus si faciunt inde ipse et Judex aliquod forum Domino Regi, dixit quod non tamen ambo dixerunt quod tenent ipsa cortinalia quod (sunt) de Domino Rege. Item, dixit quod multe alie domus habentur in villa Vimarañ de quibus non dant soldatam. Interrogatus quare, dixit quod nescit, sed semper audivit et vidit ita uti eis. Item, dixit quod in illo vico qui vadit de Ecclesia Sancte Marie usque portam Domne Orrace Nuniz nunquam ibi intravit Maiordomus Regis ad pignorandum nec ad exigendum aliquid, nec unquam inde dederunt soldatam. Et similiter dixit de xij domibus que stant in circuitu Ecclesie cum furno ejus intra vallum nunquam dederunt soldatam nisi Ecclesie Sancte Marie. Similiter dixit de quintana que fuit Domni Egidii cum omnibus domibus suis que stant extra valum. Similiter dixit de quintana in qua moratur Vincencius Forjaz. Similiter dixit de quintana que fuit Domni Menendi Abbatis qui fuit capellanus Domini Regis Alfonsi primi. Item, dixit similiter de alia domo quam habet in vico Ferrarie Ecclesie Sancte Marie. Similiter dixit de omnibus domibus in quibus morantur ortolani ipsius Ecclesie. Similiter de omnibus almuynis quas habet Ecclesia Sancte Marie in Vimarañ. quod nunquam inde fecerunt ullum forum Domino Regi nec alicui alteri nisi predicte Ecclesie. Similiter dixit de omnibus domibus Ecclesie Sancti Pelagii et Sancti Jacobi de Vimarañ. de quibus non dant soldatam nec nunquam dedit sunt inde *(sic)*. Similiter dixit de quintana que fuit Domne Ouruane et Benedicti Menendi, quod nunquam dederunt soldatam. Interrogatus quare, dixit quod semper ita uti fuerunt. Interrogatus si ipse Ecclesie habent inde cartam Domini Regis per quam deffendant ipsas domos quod non dent soldatam Domino Regi, dixit quod non habent inde cartam, sed semper ita uti fuerunt ipsi antecessores eorum cum omnibus Regibus Portugalie. Johannes Martini Judex, Domnus Nunio Martini canonicus Vima-

(1) Em 25 d'outubro de 1363 o Arcebispo D. João julgou por sentença, depois de previa citação por editos feita a quaesquer interessados e ninguem apparecer, que a apresentação da Egreja de S. Thiago pertencia ao Prior e Cabido de Guimarães. (Arch. da Colleg. de Guim., *Pergaminho* n.º 139.

(2) Veja-se o documento n.º LVIII.

rañ., Johannes Johannis de Guardal, Fernandus Cadilius, Fernandus Guillelmi, Domnus Vincencius qui fuit Maiordomus, omnes isti dixerunt sicut primus per totum. Et tunc nos inquisitores fuimus ad Concilium Vimarañ. et monstraverunt nobis cartam suam de foro chumbatam, in qua continebatur quod omnes populatores qui fecerint casas in Vimarañ dent annuatim una vice in anno de die Sancti Andree usque ad alium diem Sancti Andree xij denarios; et tunc misimus pro omnibus illis qui morantur in domibus de quibus non dant soldatam, et venerunt ad nos et diximus eis quod monstranent nobis strumenta per que defferebant soldatam de domibus eorum: tunc dixerunt quod non habebant inde ulla strumenta, sed semper ita uti fuerunt ipsi antecessores eorum, et quod nunquam inde soldatam (dederunt) sed postea dixerunt quod Dominus Rex faceret sicut vellet, quia ipsi dabunt eam si ipse voluerit: et tunc nos inquisitores mandavimus numerare omnes domos ville que non dant soldatam, et invenimus quod sunt magis quam cccc.ª de quibus non dant soldatam tam Ecclesiarum quam aliorum bonorum hominum ville Vimarañ.

Fernandus Menendi dictus Rebisca et Martinus Menendi dictus Magarafez, jurati et interrogati quid sciunt de Regalenguis terminorum ville Vimarañ dixerunt quodquod vinea que vocatur de Calvis est regalenga et almunia Monasterii Coste jacet circa vineam Vincencii Forjaz est regalenga; et hoc est in termino de Adegana. Item, dixerunt quod audiverunt dici quod in vinea senarie Coste jacet ibi regalengum per Soverariam; deinde ad deffensam de super molendinos; deinde ad Riparium: totum contra Sanctum Romanum est regalengum. Item, dixerunt quod deffensa magna que jacet contra Foffi est regalenga et tenet illam Monasterium de Costa, et non faciunt inde ullum forum Domino Regi. Item, dixerunt quod in vinea Menendi Martini audiverunt dici quod jacet ibi regalengum contra Lagenam. Item, dixerunt quod in chousam Domne Marie jacet ibi regalengum contra coirelas que fuerunt castelli (et) dant inde annuatim j morabitinum de renda, et semper de veteri tantum inde viderunt dare. Item, dixerunt quod in chousa Vincencii Forjaz jacet ibi regalengum contra chousa Hospitalis et ipsa chousa Hospitalis est regalenga. Item, dixerunt quod ad Fontem Abbatis stat ibi unus molendinus, et solebant inde dare j bracalem. Item, dixerunt quod in Rua de Gatis in almunia que fuit Joanini jacent ibi ij. leire, et in termino de Perposto jacet alia almunia: et iste almuine sunt de prestimonio Pretoris, et dant inde ij. morabitinos et quartam, et stant ibi ij. casalia bona que vocantur de Preposto et tenet ea in prestimonio Pretor castelli Vimarañ. Interrogatus cujusmodi forum faciunt de ipsis duobus casalibus de Perposto, dixerunt quod nesciunt. Interrogati quomodo sciunt quod sunt regalenga, dixerunt quod sunt inde certi. Item, dixerunt quod in loco (qui) dicitur Maaosedas jacet ibi unus campus regalengus et tenet illum Ecclesia Sancti Jacobi Vimarañ. Interrogati quis dedit ipsum campum ipsi Ecclesie, dixerunt quod Dominus Rex dedit ipsum campum ipsi Ecclesie, et quandocunque Dominus Rex venerit ad Vimarañ. debent strare camaras de junco si fuerit veranus, et si fuerit invernus debent strare camaras de colmo vel de palia; et hoc forum facit ipsa Ecclesia pro ipso campo. Item, dixerunt quod audiverunt dici (quod) in vinea Marine Casade jacet in illa regalengum contra Petram de era. Item, dixerunt quod in fundo de Rua de Gatis jacent duo *(sic)* casale regalengum et est de strebaria Domini Regis, et tenet ipsum casale Martinus Cornelius, et dat inde annuatim Domino Regi ij solidos, et j spatulam cum xij. costis, et j taligam tritici, et terciam partem omnium fructuum. Item, dixerunt quod in Verdenale jacet unus campus quomodo intrat de sinistro in ipsa quintana de Verdenale. Item, dixit quod in vinea Johannis Bitouti (jacet) j. leira, et dant inde medietatem Domino Regi, et fuit leira ipsa Petri Mugadi. (1)

Vide *Ibidem,* pag. 737.

Infantas — Santa Maria de Villa Nova das

Hic incipit inquisitio Sancte Marie de Villa Nova Infancium et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Garcia Petri, prelatus ejusdem Ecclesie, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Monaste-

(1) *Adegana:* Adeganha, lugar na freguezia de Mesãofrio. — *Sanctum Romanum:* a freguezia de S. Romão de Mesãofrio. — *Foffi:* Fôfe, casal na dita freguezia. — *Rua de Gatis:* Rua de Gatos, nome ainda hoje dado vulgarmente á rua de D. João I.—*Perposto:* quinta do Preposto.

rii Sancti Tirsi et herdatorum ipsius loci, (1) et ad presentationem ipsorum Bracarensis Archiepiscopus eum in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod Ecclesiam et Villam Novan cum xxvij casalibus dedit Dominus Rex Sancius avus istius Regis dedit Martino Sancii et Domne Orrace Sancii totum pro hereditate, et solebant inde dare Domino Regi annuatim de ipsa Ecclesia reddam. Interrogatus si vidit inde cartam Domini Regis per quam dedisset ipsam Ecclesiam et ipsa casalia Domno Martino et Domne Orrace, dixit quod vidit inde cartam Domini Regis ipsius donationis. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collatione, dixit quod xxxiiij casalia habentur, et sunt inde xxvi casalia Sancti Tirsi, et unum est filiorum Domni Lupi homo qui fuit Domne Orrace Sancii, et ista xxvij casalia fuerunt illa supradicta que fuerunt illius donationis Domini Regis, et non stat ibi Maiordomus nec pectat vocem nec calumpniam; et tria casalia in burgariis Nuni Martini canonici Vimarañ. et Pelagii Petri Vimarañ. et est inde tertia pars unius istorum casalium et est Palumbarii, et non faciunt ullum forum propter quod fuerunt Domni Gunsalvi de Sausa; et unum casale in Curugeiras est Petri Laurencii qui fuit almuxariffus Vimarañ. et pectat vocem et calumpniam et vadit ad chamatum; et aliud ibidem est filiorum Dominici Martini, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est filiorum et nepotum Marie Bernaldi, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud casale in Outario est Domini Regis. Interrogatus cujusmodi forum faciunt Domino Regi, dixit quod dant annuatim Domino Regi j spatulam cum xij costis, et j. cabritum, et j. alqueire castanearum viridum, et vij varas bracalis, et tertiam partem omnium fructuum et medietatem vini, et v solidos de servicio; et de hereditate Outarii herdatorum dat annuatim Domino Regi iij denarios pro fussadaria. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine isto casali predicto, dixit quod in loco qui dicitur Casale de Domno jacet ibi unus magnus campus; et in cortinali Outarii jacent ibi ij leire vinearum; et in Area vetera 1 leira vinee: et laborant istas leiras et istas vineas herdatores, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, et medietatem vini. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. D. Vincencii, Menendus Gomecii, Suerius Petri, Menendus Chavarius, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbum ad verbum quilibet per sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 700.

Infias — Santa Maria de

Hic incipit inquisitio Sancte Marie de Infias et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Martinus Pelagii cantor Vimarañ. juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod quando ipse erat Judex Vimarañ. vidit unum bonum hominem, qui dixit ei in veritate quod viderat ipsam Ecclesiam abbadare Maiordomo Vimarañ. pro regalenga et quod viderat eam regalengam. Item, Garcia Petri, dictus Clericus, juratus et interrogatus dixit quod audivit dici multociens bonis hominibus in veritate et in testimonio quod Ecclesia de Enfias quod erat regalenga, et ipse credit quod est regalenga secundum illud quod inde vidit et audivit. Martinus Menendi clericus juratus dixit sicut cantor et adidit quod vidit ibi tres prelatos ante istum et audivit eis dici multociens quod tenebant eam de manu Domini Regis (2). Martinus Subjerii, juratus et inter-

(1) Em 8 de julho de 1309 por carta dada em Lisboa o Arcebispo D. Martinho d'Oliveira concedeu ao abbade do mosteiro de Santo Thyrso, padroeiro d'esta Egreja, que apresentasse monges ou clerigos seculares como parochos removiveis *ad nutum* e que applicasse as rendas para sustentação do mosteiro. (Arch. da Mitra de Braga, armario A, maço 20, doc. n.º 1).

(1) *Burgariis:* Burgueiros, lugar. — *Curugeiras:* Crugeiras, lugar. — *Outario:* Outeiro, lugar.

(2) Os conegos de Braga Jacome de Castilho e Francisco Borges Coutinho, então padroeiros, doaram ás freiras do Convento dos Remedios da mesma cidade o padroado e fructos d'esta Egreja, sendo esta doação sanccionada por Bulla de 1552 e o parocho seria Vigario *ad nutum.* Em 1 de março de 1592 o Papa Clemente VIII, a requerimento do Vigario, allegando que a vacatura se dera em mez da reserva pontificia, proveu esta Egreja por titulo vitalicio, que todavia não surtiu effeito. Em 6 d'outubro de 1692 a abbadessa dos Remedios consentiu na elevação a Vigararia perpetua e como tal

rogatus, dixit quod in collatione Sancte Marie de Enfias habentur ibi xxvij casalia et xx cabanarii, et unum casale et duo cabanarii sunt inde Martini Termini, maiordomi de Caldis, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dant luctosam; et aliud casale est Alfonsi Johannis et Falagarii et est in Palaciis in Caldis Vimarañ. et pectant vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et hoc casale fuit Domini Regis. Interrogatus quis dedit ei istud casale Domini Regis, dixit quod Dominus Rex Alfonsus pater istius Regis dedit istud casale Maiori Petri avole Alfonsi Johannis. Interrogatus si vidit inde cartam per quam Dominus Rex dedit ipsum casale ipsi Maiori Petri, dixit quod vidit inde cartam cum sigillo plumbii sigillatam. Et aliud casale est Petri Martini et Menendi Johannis herdatorum, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et aliud casale est Menendi Vincencii herdatoris, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij costis, et si non habuerit porcum debet usque festum Sancti Martini dare j solidum pro illa, et si habuerit porcum ex festo Sancti Martini avancius debet dare spatulam, et unam presam castanearum vel unam presam de borris, et cabritum vel I cordarium, et lectonem si habuerit eos, et caseum si habuerit vacam tenrariam, et xxiij casalia sunt Domini Regis et xviij cabanarii: et omnia ista casalia et isti cabanarii, preter unum casale quod est depopulatum, dant tales derecturas sicut istud casale predictum herdatoris quodlibet casale et quilibet cabanarius per se, et terciam partem tocius panis temporani, et terciam partem vini: et et omnia ista casalia dant annuatim Domino Regi iiij. iiij. denarios pro stiva linni et ordei, et de quolibet casali dant Maiordomo arearum unum panem trium denariorum, et I denarium pro vino et de ovis, et insuper quali vita tenuerint; et quando Dominus Rex venerit citra Dorium, debent dare singulas gallinas una vice in anno; et debent dare singulas geiras de qualibet septimana, et dum ambulaverint in ipsis geiris Dominus Rex debet eis dare quid comedant; et pectant vocem et calumpniam et vadunt ad chamatum. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod in Agra de Fonteela jacent due vessade; et in eodem loco jacet una geira; et in alio loquo qui dicitur Cagiam (jacent) ij leire; et in alio loco qui dicitur Leiros jacent due pesse campi; et in alio loquo qui dicitur Alquidom jacet unus campus; et in Redondi jacet unus bacellus; et in Pegriza jacent ij campi; et in Carvaloo duo campi; et in Linnaribus unus campus; et Subtus rigum jacet unus campus; et in Serra ij campi; et in Strata una leira; et in Pena loureira I leira; et in cortinali Dominici Subjerii i leira; et in Geminis j leira; et in Pedreiro j leira; et in Plano j leira; et in Fontano unus sautus; et in Barro alius sautus; et in Carvaliis alius sautus; et in Casali de Fofo alius sautus; et in Varzenela alius sautus; et in Presa de Fontano j castinarius; et in Canibus tertia unius devese et unius sauti; et in Outario super fontem una devesa; et in Covelo alia devesa; et in Canibus j castinarius; et Subtus matum unus bacellus; et in Fonteelas viij.[va] pars vinee et de sautis et de campis qui ibi jacent; et in Festela una devesa cum suo campo; et in Tio dono stat unus molendinus et habet inde Dominus Rex magis quam nonam partem, sed nescit quantum est magis; et in Guiluffi jacet unus campus; et in Borrario jacet unum cortinali cum paridenariis et cum castinariis et cum mazanaria; et in eodem loco jacet aliud cortinale cum uno campo et cum uvariis et cum castinariis; et in Varzena ij castinarii; et in Rebonno iij castinarii. et totum hoc Regalengum laborat ista Ecclesia Sancte Marie predicta, et dat inde annuatim Domino Regi terciam partem tocius panis temporani et terciam vini. Item, dixit quod Ecclesia Sancti Petri de Porvularia laborat bauzas et terrenos in termino de Caldis (et) est totum regalengum, et non dant inde Domino Regi ullum forum. Interrogatus quare non dant de ipso Regalengo aliquod forum, dixit quod nescit. Item, dixit quod in Fundo jacent ij. campi et sautus; et in alio loco qui dicitur Forca I leira; et super presam de Armentom unus campus; et super sautum de Armentom jacet unus campus; et in Bauza j leira; et in Porto de Abreiro j leira; et in Linaribus unus Campus et j leira; et in Casali de heiro j leira; et in Guilifosso ij leire; et in Sestelo j leira; et in Pa-

---

em 30 do mesmo mez foi collado o parocho Francisco Pinheiro. (Arch. da Cam. Ecc. de Braga, Estados Igrejarios, maço 28 da letra M).

raria unus magnus campus; et in Forno et in Figaria jacet unum magnum Regalengum; et in Campo de Tortina unus campus; et in Penis covis jacent v campi; et in Plano ij campi; et in Fisga de pena I campus cum uvariis, et debet ire iste campus per Fisgam de pena, et deinde ad Aieledoa; et in Lea j campus; et in Covelo I campus; et in Brandoriz jacet unum magnum Regalengum; et in Vinaes unus campus magnus; et in Agro de Alvaro unus campus et unus sautus; et in Persegario I campus; et in Vessada unus campus; et in Serra unus campus; et in alia Serra j leira; et super ripam jacet unus campus; et in Archa j leira; et in Cortinis una leira; et in Fontaina unus magnus campus; et in Lobaria unus campus; et in Serzedo j campus; et super domum Maioris Valasci una leira; et in alio loco qui dicitur Casal jacet unus campus; et in Portela iiij.or campi; et in portu ultra rivum j leira; et citra ipsum rivum jacet unus campus; et in Molendinis una leira; et in Rio dorio stat ibi unus molendinus, et debet habere inde Dominus Rex de IX diebus ij dies et medium; et in Leiroo una leira; et in Redondi j leira; et in Pomario magno I leira; et in Lagenis I leira; et in Regadas una leira; et in Plano de Bauzis j leira; et in Braialo jacent ibi in una vinea iiij leire. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod nepotes Gunsalvi Tooriquiz debent esse Maiordomi Terre; filii et nepotes Martini de Pena debent esse Maiordomi et serviciales et subregani; et filii et nepotes Domni Frizom debent esse maiordomi; et nepotes Petri Folie debent esse maiordomi et serviciales et subregani, et nepotes Petri Bruialo debent esse maiordomi et subregani; et nepotes Nuni Grossi (sic): et omnes qui morantur in ista collacione debent esse maiordomi et serviciales et subregani, preter Petrum Salvatoris qui non est forarius. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et audivit et passus fuit. Gunsalvus Johannis, Petrus Martini; Tomas Dominici, Domnus Giraldus, Martinus Petri, Johannes Petri, D. Petri, Petrus Johannis, Martinus Martini, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem,* pag. 694.

Lanhas — S. Payo de

Item in collatione Sancti Pelagij de Laynas. Petrus menendi abbas ipsius Ecclesie iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus nec habet ibi Regalengum nec dant fossadariam set est cautum cautatum per terminos. Interrogatus quis cautauit illud respondit se nescire set audiuit quod erat domini Pelagij goterriz et domini Petri escacha. Item dixit quod forarij dominj Regis non sunt ibi nec uadunt extra laborare hereditates forarias seu Regalengas dominj Regis nec pectant uocem et calumpniam. Martinus pelagiz — Johanes martiniz — Martinus petri — Johanes martiniz — Dominicus martinj — Pelagius menendi — Johane pelagiz — iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus menendi abbas.

Vide Arch. da T. do T., *Inquirições de D. Affonso 3.º,* Liv. 9.º, fl. 30 v.

Leitões — S. Martinho de

Item in collatione sancti Martinj de portela de Lectones Martinus dominici abbas ipsius Ecclesie iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus (1) set habet ibi Regalengum scilicet vij casalia populata de qui-

(1) *Pegriza:* Preguiça, lugar. — *Carvaloo:* Carvalhosa, lugar. — *Redondi:* Redondo, lugar. — *Barro:* Bairro, lugar. — *Carvaliis:* Carvalhal, lugar? — *Outario:* Outeiro, lugar. — *Fonteelas:* será o lugar denominado Fontes? — *Guiluffi:* Guilhufe, lugar. — *Porvularia:* a freguezia de S. Pedro de Polvoreira. — *Caldis:* a freguezia das Caldas, S. Miguel. — *Fundo:* Fundos, nome de terrenos nos limites com a freguezia de Nespereira. — *Bauza:* Bouças, lugar. — *Braialo:* Boialvo, lugar. — *Pena:* casal.

(1) Esta Egreja foi unida ao mosteiro de Oliveira, hoje a Egreja parochial de Oliveira, concelho de Famalicão, em epocha que ignoro, e por isso era este mosteiro o padroeiro; em 1599, unido este ao de Santa Cruz de Coimbra, para esta congregação veio o padroado e posteriormente para S. Vicente de Fóra, onde já se encontrava em 1635. Em 1717, porque o Prior de S. Vicente não apresentou o parocho na devida opportunidade, foi feita a apresentação pela Mitra de Braga. Em 1797 os compradores do edificio e terrenos annexos do mosteiro de Oliveira julgaram-se com o direito d'apresentar o parocho, que, por esta apresentação, excerceu a parochialidade até 1825; n'este anno o Convento de S. Vicente de Fóra readquiriu por sentença o antigo direito. (Arch. da Cam. Ecc. de Braga, Estados Igrejarios, maço 3.º da letra M).

bus casalibus iiij^or faciunt forum tertiam partem de omnj fructuum et dant de uino medietatem alia uero duo casalia que sunt in portela dant domino Regi annuatim tertiam partem de auctuno et medietatem de lino fabis et de milio et painzo et de quanto sacharem. Et de casali de petro abbo dant annuatim pro Natale. j. spatulam de. xij. costis et. j. alqueire de uino et. j. alqueire de castaneis et pro carniprinio. j. cordarium et. j. cabritum et pro pascha. j. caseum. x. oua et in quadragesima. iiij. canadas de castaneis sequis et pro Madio. j. bragal et pro sancto johane. j. taleiga de centeno pro fugacia et pro sancto Michael. j bragale. et j caponem. x. oua et. j. garfam de senebe et pro eyradiga. j. quarteiro de pane inter se et Maiordomum et pro sancto Martinus. j. quartam de uino et debet accipere agricola inter se et Maiordomum. ij. taleigas de milio pro semente. Item de casali de Oliua dant pro entroydo. j. cordarium et. j. cabritum et pro pascha. j. caseum. x. ova et pro madio. j. taleiga de centeno pro fugacia e pro sancto Michaele. j. bragale. et. j. caponem. x. oua. et pro eyradiga. j. quarteiro de pane inter se et Maiordomum. Item de duobus casalibus de paredes dant singulas spatulas de. xij. costis et singulos medios alqueires de castaneis uirides et singulos cabritos et singulos caseos cum. x. x. ouis et pro Madio singulos medios bragaes. et pro sancto iohane singulas taleigas de centeno pro fugacias et pro sancto Micael singulos medios bragaes et singulos capones cum. x. x. ouis et pro eyradiga singulos sextarios de pane de suo quite. Item de duobus casalibus de portela que fuerunt de ueteri dabant directuras sicut de casalibus de paredes et modio sunt depopulata. Item dixit quod dant de istis... libus melius sinal quod h..... sua pro loitosa. Item.... tate Pelagij onor.... tulam. et. j — sertam... et pro introydo. j. cabritum.... totum dant per mensuram.... ram. Item dixit quod sunt in ista collatione alie leire Regalengue scilicet in aluarjm. j. leira de qua dant terciam partem panis et. j. gallina. Item de castenarios de sub uineas unam gallinam. Item in mondim. j. leira et in retorta. j. leira. et in petraria. j. leira et in antas. j. leira et in carualias. j. leira de quibus dant sextam partem panis et. j. spatulam de. xij. costis. et. j. alqueire de uino et. j. alqueire de castaneis uiridis. Item freitas totum Regalengum. Item in aluarim. j. leira de qua dant tertiam partem pane et. j. gallina. iij. pane de tritico. de iij. iij denarios. Item in requeixo. j. leira et in auffi. j. leira de quibus dant tertiam partem pane. et de. j. castenario que stat in Riparia de sub uineas. j. franganum. Item de sauto de Lamela. j. gallina. x. oua. Item in carregal. j. leira. Item in chao de carregal. j. leira. Item in carualias. ij. leiras. Item in antas. j. leira. Item in pereira. j. leira. Item in mondim. j. leira. Item in paredes. j. uinea de qua dant medietatem. Item in agro cancelo. j. leira. Item in pousadoiro. j. leira. Item in bagioca. j. leira. Item in antas. j. leira..... pala. j. leira et in petraria... et in agro de mouro. j. .... de quo dant sextam partem — Item in feruencia. j. leira. Item in casal de paredes. j. leira. Item in uinea de somoza. j. leira de qua dant sextam partem uinj. Item in portela. j. leira. Item in aufi. j. leira. Item in canterada. j. leira et in ougeiam. j. leira. Item in portela de lectones xv leiras demarcate. Item dixit quod audiuit quod Johane ratom canonicus Bracarensis tenet xv. leiras consimiles istis et quod Petrus arias quondam judex et domnus Gonsaluus gonsaluj qui tunque temporis erat Ricomem de Vermuy dederunt ei istas leiras et nullum forum faciunt inde domino Regi et Maiordomus dominj Regis dat istas supradictas leiras cui magis sibi dederit et uocant Maiordomum dominj Regis ad colligendum pane Item dant domino Regi annuatim de fossadaria pro kalendas Januarij scilicet de hereditate petri simiriz. j. bragale. Item de hereditate Pelagij gontaldiz. j. bragale. Item de hereditate de paneya et de boleiro. viij. uaras de bragale. Item de hereditate de Petro pinto medio bragale. Item dixit quod cauta et honores noui non sunt ibi et milites et ordines nichil aquisierunt ibi de nouo et ame militum et forarij dominj Regis non sunt ibi. Item dixit quod in ista collatione pectant uocem et calumpniam et intrat ibi Maiordomum et uadunt in anuduua. Item dixit quod Petrus marnotus fuit Maiordomus terre.

domnus Julianus—Menendus pelagiz—Martinus martinj—Johane pelagiz—Petrus dominici—Juhane petri—Martinus dominici—Johanes dominici—Petrus uermudi iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus dominici.

Vide Arch. da T. do T., *Ibidem,* Liv. 9.º, fl. 30, v.

Lobeira — Santos Cosme e Damião de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Cosmati de Luparia et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie. Domnus Andreas prelatus ejusdem Ecclesie juratus et interrogatus cujas est ipsa (Ecclesia), dixit quod est filiorum Domni Petri Martini Calvi Colimbriensis et filiorum et nepotum Domni Petri Pelagii Rubey Colimbriensis et filiorum et nepotum Domne Maioris et Domne Dordie, et ad presentationem ipsorum Bracharensis Archiepiscopus Domnum Andream in priorem constituit in eadem (1). Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxv.ᵉ casalia et medium, et iiij. casalia sunt inde Monasterii de Sauto et nescit unde habuit ea; et aliud de Patorros est herdatorum et de hereditate de Randuffi herdatorum, et de isto casali de Patorros debebant inde dare iiij. varas et mediam bracalis et modo non dant nisi iij. varas. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et aliud casale de Covis est herdatorum, et dant inde annuatim Domino Regi iij varas bracalis pro fussadaria; et aliud est Orrace Bernaldiz ubi morabatur homo qui dicebatur Cachius, et dant inde annuatim Domino Regi ij denarios pro fussadaria; et de hereditate que fuit Petri Artarii dant inde annuatim Domino Regi j quartam vini molli pro fussadaria; et aliud est Martini Subjerii Vimarañ., et dant inde annuatim Domino Regi j varam et mediam bracalis pro fussadaria; et aliud casale est Monasterii de Costa et herdatorum et comparavit illud in tempore istius Regis, et dant inde annuatim Domino Regi xiij. varas bracales pro fussadaria; et dua casalia sunt Godini Godini Colimbrie, et dant inde annuatim Domino Regi xijᵐᵃᵐ partem omnium fructuum et vjᵗᵃᵐ partem vini, et dant Maiordomo arearum singulos denarios, et dant singulos frangos, et x. x. ova; et aliud casale de Sauto est ipsius Godini Godini et non facit ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod semper fuit ingenium et nunquam fecit ullum forum. Et aliud est Martini Subjerii Vimarañ.; et aliud casale de Batoca est herdatorum, et dant inde annuatim Domino Regi xij. (ᵐᵃᵐ) partem omnium fructuum et x. ova; et aliud est Juliani Durandi Vimarañ. et facit tale forum per totum sicut istud supradictum de Batoca; et aliud casale de Longaria est Orrace Bernaldiz cum sua germanitate, et facit tale forum per totum sicut casale de Batoca supradictum; et aliud casale de Lumbela est Silvestri Johannis et Martini Subjerii, et facit tale forum per totum sicut casale de Batoca; et aliud casale Fontis et Hospitalis, et facit tale forum per totum sicut casale de Batoca supradictum; et aliud est Monasterii de Costa, et facit tale forum per totum sicut casale de Batoca; et aliud est Godini Godini et herdatorum de Concieiros, et facit tale forum per totum sicut casale de Batoca supradictum; et aliud est Domini Regis et Gunsalvi Michaelis cum sua germanitate, et dant inde annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. cabritum et lectonem si habuerint porcam, et terciam partem omnium fructuum; et v sunt Domini Regis, et dat inde Casale campi annuatim Domino Regi j spatulam cum xij costis, et j. cabritum, et j. lectonem si habuerit porcam, et dant terciam partem omnium fructuum, et medietatem vini; et aliud casale de Alvili dant inde annuatim Domino Regi j. spatulam, et j cabritum, et j. lectonem si habuerint eos, et vij varas bracalis, et j. franganum, et x. ova, et terciam partem omnium fructuum, et medietatem vini et dat j quartarium panis de heiradiga; et aliud de Raxosendo facit forum per totum sicut casale de Alvili; et aliud casale do

---

(1) Em 2 de fevereiro de 1349 Cibrão Gonçalves, da Lobeira,—Martim Annes, de Covas,—Domingos Domingues, do Couto de S. Torquato,—João e Domingos Peres, irmãos, da Longara,—João Domingues, do dito Couto,—Martim Martins, do dito Couto,—Domingos Martins, da freguezia do Mosteiro de S. Torquato,—Pero Domingues,—Maria Paes, mulher de Cibrão Gonçalves, da Lobeira,—Maria Peres, do dito Couto,—Liança Peres, da freguezia de Rendufe,—Senhorinha Domingues, filha do Selleiro, e Pere Esteves, clerigo, seu irmão,—Lourenço Esteves,—Maria Domingues, mulher de Pero Domingues,—Domingos Gil,—Domingos Trocade,—Domingos Domingues, do Pombal,—Lourenço Peres, da freguezia de S. Torquade,—Maria do Sisto,—Martim Joannes, filho de João Dias,—Joanna Esteves,—Pero Janeiro,—doaram o padroado de São Cosmade da Lobeira ao prior de S. Torquato Lourenço Martins e seu convento. (Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Coutos*, fl. 19 v.)

O arcebispo de Braga D. Lourenço, em 18 d'outubro de 1374, confirmou a annexação dos fructos d'esta Egreja ao Mosteiro de S. Torquato, que anteriormente tinha sido feita pelo Vigario geral do Arcebispo D. Guilherme. (*Ibidem*, fl. 20 v.)

Eido dat inde annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. cabritum, et j. lectonem et unum franganum, et x. ova. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod in loco qui dicitur Sequeiros jacet una leira; in in loco qui dicitur Texugueiras jacet ibi unus sautus de vj.ta; et in Cabanis jacent due leire de vj.ta; et ibidem loco jacet una leira de tercia; et in Cerzariis unus campus: et in Silvaribus j. sautus, et dant inde annuatim Domino Regi iij. denarios pro foro; et in Outeiroo unus campus de tercia; et in eodem loco subtus viam alius campus de vj.ta; et in Cortinis jacet ibi unus campus de vj.ta; et in chousa Menendi Martini jacet unus campus, et dant inde annuatim j. franganum, et x. ova, et dant inde terciam partem omnium fructuum; et in chousa Fernandi Gomecii jacet ibi unus campus et dant inde annuatim Domino Regi j. franganum, et x ova, et terciam partem panis; et super casale de Guela j. leira de tercia; et casale de Guela est regalengum et est hermum, et levaverunt inde petram petrarius et alii homines, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, et j. quartarium panis de heiradiga, et xv denarios; et de casali Fontis dant inde annuatim j. quartarium panis de heiradiga; et de casali Campi dant annuatim Domino Regi j. quartarium panis de heiradiga; et in Candeira jacet unus campus, et dant inde annuatim Domino Regi j. franganum, et x ova; et in Pradozelo j. vessada; et in conchouso de Covis j. leira vinee et alia leira campi; et subtus Longaram jacet unus campus de foce usque crebatam; et in fine Longara alius campus. Item, dixit quod omnes conchousi de Longara sunt omnes regalengui de tercia; et super ripam j. leira; et in Batocas j. leira; et circa Lombelam j. leira; et in Linnaribus j. leira. Item dixit quod varzena que jacet circa casale de Heido est tota regalenga; et subtus Matos j. leira; et in Lamis j. leira; et in casale heremo j. leira; et in Guizoy ij. leire; et super Regadas jacet una peza magna, et est medietas de tercia et alia medietas est de xij.ma; et in Regadas jacet una leira. Item, dixit quod aliud casale est Monasterii Burii, et dant inde annuatim Domino Regi xij.mam partem omnium fructuum. Item, dixit quod in cortina Sancti Cosmati jacet una leyra regalenga, et dant inde xij.mam partem Domino Regi annuatim. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et est inde bene certus. Petrus Laurencii, Martinus Petri, Martinus Martini, Martinus Pelagii, Dominicus Petri abbas ipsius Ecclesie, omnes isti peribuerunt predictum testimonium sicut primus. (1)

Vide *Port. Mon. Hist., Inquisitiones*, pag. 734.

Longos — Santa Christina de

Item in Collatione sancte christine de longus. Johanes pelagiz clericus ipsius Ecclesie iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus set habet ibi Regalengum in leiris scilicet in loco qui dicitur sanctus fijz. vij. leiras de quibus dant domino Regi annuatim tertiam partem totius fructus et. viiij. solidos pro offretione et maiordomus dant eas cuicunque sibi plus dederit et habet ibi duas cabanas Regalengas de quibus dant annuatim singulas spatulas de septem costis de porco ualens. j. bragal et pro entroydo singulos cabritos et ambe dant. j. bragale est ibi alia cabana de nouo facta et nullum adliuc faciunt inde forum. Item dixit quod dant fossadariam domino Regi annuatim pro Januario scilicet de hereditate de Medaos. j. uara media de bragale. Item de Lourino. xviij. denarios et fuit de antiquo ut dicunt. j. bragale. Item dixit quod cauta et honores noui et forarij dominj Regis et ame militum non sunt ibi et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de nouo. Item dixit quod in ista collatione intrat Maiordomus dominj Regis et pectant uocem et calumpniam et dant loitosam dominis suis et uadunt currere lupum. Dicunt etiam quod audiuerunt quod medietas Ecclesie sancti felicis de maurizóó. erat dominj Regis et pausa de Rico homine.

Laurencius petri — andre martiniz — Dominicus pelagiz — Petrus martiniz — Petrus iohanis iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johanes pelagiz clericus. (2)

Vide Arch. da T. do T., *Inquirições de D. Affonso 3.º*, Liv. 9.º, fl. 31.

---

(1) *Covis*: Covas, lugar. — *Fontis*: Fonte, lugar.— *Concieiros*: será o lugar de Conselheiros na freguezia de S. Torquato, limitrophe? — *Longaria*: será o lugar de Longarella em Atães, limitrophe? — *Alvili*: Alvelhe, lugar. — *Eido*: lugar em Atães? — *Cabanis*: lugar em S. Torquato? — *Outeiroo*: Outeiro, lugar em Atães? — *Cortinis*: Cortinhas, lugar em S. Torquato?

(2) *Maurizoo*: veja-se pag. 256, columna 1.ª e nota.

Mascotellos — S. Vicente de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Vincencii de Mascutellis et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Martinus Vermudi, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Ecclesie Sancte Marie Vimarañ. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod viij. casalia, et tria sunt inde Sancte Marie Vimarañ. et unum istorum trium, scilicet casale Bugaloo, fuit Domini Regis et dedit illud Sancte Marie Vimarañ. Interrogatus qualis fuit ipse qui dedit ipsum casale, dixit quod Dominus Rex Sancius avus istius Regis. Et Dominus (Rex) fert de ipso casali geiras et Sancta Maria fert porcionem panis; et v. casalia sunt Domini Regis. Interrogatus cujusmodi forum faciunt inde Domino Regi, dixit quod dua casalia de Bugaloos dant annuatim Domino Regi singulas spatulas cum xij. xij. costis, et singulos cabritos, et singulos lectones, et unum alqueire castanearum, et si non habuerint castaneas debent dare j. denariatam de porris vel unam pesam de orto; et alia duo casalia dant annuatim Domino Regi singulas spatulas cum xij. xij. costis, et singulos cabritos, et singulas lectigas, et singulos caseos et ij. ij. franganos, et v. v. ova, et singula bracalia; et aliud casale quod vocatur de Palma dat omnem dereituram Sancte Marie Vimarañ. Interrogatus quis (dedit) ipsi Ecclesie ipsam dereituram, dixit quod Dominus Rex. Interrogatus qualis Rex fuit ipse qui dedit ipsam dereituram ipsi Ecclesie, dixit quod nescit. Et omnia ista v. casalia dant annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum; et ipsa casalia duo predicta de Bugaloos dant singulas gallinas quando Dominus Rex transierit citra Dorium. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod circa montem Mascutellis jacet ibi unus sautus, et dant annuatim Domino Regi j. franganum et v. ova. Item, dixit quod in Palumbaribus jacet ibi una vinea maxima Judicis Vimarañ. et jacet in ipsa vinea multum regalengum. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Item, quod in Coto jacet unus mons magnus, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum; et in Cepido fecit ibi judex Vimarañ. unum bacellum magnum in Regalengo, et dant inde annuatim Domino Regi j. sextarium vini antequam parciantur pro heiradiga. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Petrus Garcie, Menendus Caminal, Vincencius Pelagii, D. Didaci, D. Johannis, Pelagius Menendi, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se. (1)

Vide *Port. Mon. Hist., Inquisitiones,* pag. 705.

Matamá — Santa Maria de

Hic incipit inquisitio Sancte Marie de Matamala et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Johannes Menendi, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod semper (fuit) herdatorum qui vocabantur Mogueimes, et semper ipsi herdatores abbadaverunt illam, et modo canonici Vimarañ. abbadaverunt illam. Interrogatus si habet Dominus Rex aliquod jus vel debet habere, si faciunt aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxij. casalia et iiij. casalia sunt Martini Vincencii Sanctarañ. et non faciunt inde ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et unus est Sancte Marie Vimarañ. Interrogatus unde habuit illud, dixit quod de Domino Rege. Interrogatus si vidit inde cartam per quam Dominus Rex dedit ipsum casale Sancte Marie, dixit quod non; sed audivit dici quod fuerunt duo casalia regalenga, et postquam Dominus Rex dedit ea Ecclesie Sancte Marie Vimarañ. fecerunt inde unum. Et unum est Hospitalis et Sancte Marie Vimarañ. et fecerunt inde duo. Interrogatus unde habuerunt ea dixit quod de testamento herdatorum. Et tria casalia sunt filiorum Gunsalvi herdatorum, et non faciunt ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et aliud est Pelagii Arie, et non facit ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et aliud est Aprilis Pincalo, et non facit ullum forum. Interrogatus quare dixit quod nescit. Et aliud est Johannis Gomecii cum sua germanitate herdatorum, et non facit ullum forum. Interro-

---

(1) *Bugaloos:* Bugalhós, lugar. — *Coto:* Côto, nome dado ao monte sobranceiro ao lugar de Santo Amaro.

gatus quare, dixit quod nescit. Et aliud est Domini Didaci cum sua germanitate herdatorum, et non facit ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et aliud est Martini Dominici de Taagildi cum sua germanitate et pectat vocem et calumpniam et vadit ad chamatum; et aliud est Sancte Marie Vimarañ. et habuit illud de testamento, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Monosterii de Costa et habuit illud de testamento, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Sancte Marie Vimarañ. et nescit unde habuit ea et non faciunt ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et tria sunt Domini Regis, (et) dant annuatim Domino Regi iij. spatulas cum xij. xij. costis, et iij. almudes tritici, et iij. cabritos et iij caseos, et duo casalia dant vj. varas bracalis, et aliud casale in quo moratur Lupus Subjerii dat vj. varas bracalis pro fussadaria, et dat terciam partem omnium fructuum, et dat iij. quartarios panis de heiradiga, et iij. puzales vini pro heiradiga. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine (istis) casalibus, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit Lupus Subjerii, Se. Gomecii, D. Didaci.

Vide *Ibidem*, pag. 704.

Mesãofrio — S. Romão de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Romani de Meyjom Frio et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Johannes Petri, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Sancte Marie Vimarañ. et Pelagius Johannis tabellion tenet illam de manu canonicorum Vimarañ. (1) Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxix. casalia et v. casalia sunt Monasterii de Costa et nescit unde habuit ea; et viij. sunt Sancte Marie Vimarañ. et nescit unde habuit ea; et tria sunt Dominici Martini militis; et duo sunt Martini Subjerii cum sua germanitate herdatorum; et duo de Alia sunt herdatorum; et aliud est Johannis Corruti; et aliud de Riparia est filiorum Petri Arie; et duo sunt Judicibus Vimarañ.; et aliud est filiorum Johannis Verve Vimarañ.; et aliud est Monasterii de Sauto et nescit unde habuit illud; et aliud est Pelagii Menendi herdatoris; et duo sunt Domini Regis, et dat inde unum quod vocatur Pinnarii annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis et j. cabritum, et j. gallinam quando Dominus Rex transierit citra Dorium, et aliud casale quod vocatur Sarram dat annuatim Domini Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. almude tritici, et j. cabritum et j. caseum et iij. varas bracalis, et ij. solidos de pedida, et dat terciam partem omnium fructuum, et dat j. quartarium panis, et j. puzalem vini de heiradiga: et aliud casale supradictum Pinnarii dat terciam partem panis, et medietatem vini, et j. sextarium panis et vini pro heiradiga. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod in Pomario jacet ibi unus campus; et in Avelaido j. leira; et in conchouso Outarii jacet ibi unus campus. Item, dixit quod campus Molendinorum est regalengus: et in Oural j. leira; et in Guilami j. leira; et in alio loco qui dicitur Casale Arie jacet ibi unus campus: et dant de istis leiris j. gallinam, et v. ova, et j. solidum de pedida, et j. taligam panis de heiradiga: et in Baceiro jacet ibi unus campus; et in regada de Aliam jacet ibi unus campus; et laborant istud Regalengum homines istius collacionis, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum. Et omnes isti qui morantur in ista collacione pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum. Interrogatus si moratur ibi homo aliquis forarius, dixit quod non. Item, dixit quod in Agro de Cam jacet ibi unus campus et plantaverunt de illo de sauto et non faciunt de illo ullum forum Domino Regi. Et omnes herdatores dant luctosam. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Martinus Subjerii, Michael Pelagii, Garcia Petri, Suerius Gunsalvi, Gunsalvus Martini, Aprilis Petri, Martinus Dominici, Petrus Johannis, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 730.

---

(1) O padroado d'esta Egreja passou para a Infante D. Isabel nos mesmos termos que a de Gondar, como fica dito na nota 1 de paginas 259.

(1) *Riparia*: Ribeira, casal. — *Pinarii*: Pinheiro,

Nespereira — Santa Eulalia de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancte Ovaye de Nesperaria et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Petrus Petri juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Sancte Marie Vimarañ. et cantor Vimarañ. tenet eam de manu canonicorum Sancte Marie Vimarañ. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xliij. casalia et duo sunt inde filiorum Subjerii Latronis; et iiij.or casalia minus quarta sunt Domne Marie Vimarañ.; et tria sunt Sancte Marie Vimarañ. et habuit ea de testamento; et tria sunt cantoris Vimarañ., et dat inde unum quod vocatur de Covelo vj. varas bracalis pro fussadaria Domino Regi annuatim, et istud casale de Covelo comparavit illud Cantor de herdatoribus in tempore fratis istius Regis; et tria sunt Dominici Johannis Mauri; et duo sunt Martini Bernaldiz; et duo sunt Petri Fernandi cum sua germanitate herdatorum, et dant annuatim iij. varas et mediam bracalis pro fussadaria Domino Regi; et aliud est Petri Subjerii canonici Vimarañ.; et aliud est Martini Pelagii cum sua germanitate herdatorum; et aliud est Stephanie Martini cum sua germanitate herdatorum, et audivit dicere quod debent inde dare vj. varas bracalis pro fussadaria et non dant illas. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et aliud est Reymondi Egee cum sua germanitate herdatorum; et aliud est Petri Menendi cum sua germanitate herdatorum; et aliud est Domne Lupe herdatricis; et aliud est Martini Garcie cum sua germanitate herdatorum; et aliud est Petri Reymondi; et tria sunt Monasterii de Costa et nescit unde habuit ea; et xiij. casalia sunt Domini Regis, et dant inde annuatim Domino Regi quodlibet per se j. spatulam cum xij costis, et j. cabritum et j. lectonem si habuerit porcam paridam, et dant terciam partem panis et medietatem vini et debent ducere panem ad celarium Domini Regis ad Vimarañ., et medietatem macenarum et pirorum, et dant singulos sextarios panis de heiradiga; et omnes isti homines qui morantur in ipsa collacione pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dant luctosam herdatores et qui morantur in casalibus regalenguis. Interrogatus quare herdatores predicti non dant fossadariam, dixit quod nescit: tamen dixit quod solebant dare de ista collacione ix. bracales, sed nescit unde dabant ipsos bracales. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus predictis dixit quod in loco qui dicitur Travessas jacent ibi iiij. campi; et in Soutelino j. campus; et in Pena de madre jacet una varzena magna regalenga, et in varzena jacent due leire, quas laborant D. Johannis Maurus et Domna Maria, et debebant inde dare vij. varas bracalis et modo non dant illas. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Item, dixit quod in Armil jacet ibi una magna varzena regalenga de Alvarino usque Lamam; et in ipso loco Alvarino usque alium Alvarinum supremum jacet ibi una maxima varzena regalenga; et in Campo de Stivada jacent ibi iij. campi; et in Coridoria alius campus; et in alio loco qui dicitur Varzena jacet alius magnus campus; et conchousum Casalis novi est totum regalengum; et in Cortina de Booca jacet una peza campi, sicut incipit in Castinario usque finem de Guiladi et quomodo partit cum cortinis de Barrio est totum regalengum. Item, dixit quod de Ripario de Archa usque Calvalium de Candaoso est totum regalengum, et in isto termino jacent iij. campi casalium regalengorum predictorum. Item, dixit quod in loco qui dicitur Valle jacent ibi duo campi; et in alio loco qui dicitur Quintanas jacet ibi una vinea regalenga, et dant inde annuatim quartam partem vini Domino Regi; et in eodem loco jacet unus campus, et dant inde annuatim Domino Regi vj.tam partem panis; et in eodem loco jacet alia vinea, et dant inde annuatim Domino Regi medietatem vini; et in eodem loco jacet alius sautus, et dant inde annuatim Domino Regi x. varas bracalis; et in alio loco qui dicitur Casale jacet ibi unus campus, et dant inde terciam partem omnium fructuum Domino Regi; et in alio loco qui dicitur Trancoso jacet ibi unus sautus, et dant inde annuatim Domino Regi v. varas bracalis; et de castinariis de Porta dant inde annuatim Domino Regi unam varam et mediam bracalis; et in agro dOnego jacet ibi unus sautus, et dant inde

---

casal na freguezia de Atães, limitrophe. — *Sarram:* Sairrão, casal. — *Outarii:* Outeiro, casal. — *Guilhami:* Guilhomil na freguezia de Matamá, limitrophe; será este? — *Baceiro:* casal.

annuatim Domino Regi j. varam et mediam bracalis; et in Sauto vetularum una leira, et dant inde annuatim terciam partem omnium fructuum; et in Sauto d Onego jacet ibi unus sautus et est regalengus; et de hereditate de Barro dant annuatim Domino Regi vij. varas bracalis pro fussadaria. Item, dixit quod in Agro d Onego jacet ibi una vinea Dominici Johannis Mauri, et comparavit unam pezam hereditatis regalengam de Maria Pelagii et fecit ibi vineam et non dat inde nichilum Domino Regi, et ista peza campi quam comparavit D. Johannis Maurus jacet intus vineam suam, et jacet contra aquilonem, et dixit quod habentur ibi v.^{e} cubitos in amplo et xxx.^{ta} cubitos in longo; et tenet eam ipse D. Johannis; et in alio loco qui dicitur Alvelos jacet ibi unus campus et unus sautus, et dant inde terciam partem omnium fructuum, et in Portela in Sauto plano jacet unus sautus regalengus et tenet illum Garcia Pelagii per mandatum Almuxariffi Petri Laurencii et Judicis et scribani Vincencii Forjaz, et debet inde dare annuatim iiij. varas bracalis; et in Linnari jacet unus campus, et dant inde annuatim iiij. varas bracalis; et dant de Barro j. sextarium de heiradiga; et de hereditate de Sauto vetularum debent inde dare vij. varas bracalis, et non dant inde nisi iij. varas et mediam bracalis. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et de campis de Palaciano filiorum Subjerii Latronis dant inde annuatim ij. varas bracalis; et in Sauto de Gransal jacet unus sautus et est regalengus, et tenet de ipso sauto Domna Maria et non facit de illo ullum forum, et de alio quinione herdatorum dant inde annuatim xv. varas bracalis; et de sauto de Aravandi dant annuatim iij. varas bracalis; et de soutelino Elvire Nuniz dant inde annuatim v. varas bracalis, et de sauto Outarii dant inde annuatim iij. varas bracalis; et de sauto Martini Vermudi dant inde annuatim j. varam bracalis; et de sauto Arronzi dant inde annuatim v. varas bracalis; et sautus de Uvariis tenet illum Petrus Laurencii et non facit de illo ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod nerat. Et de sauto de Cardoso dant inde annuatim v. varas bracalis; et de sauto de Saa Domne Marie Subjerii dant inde annuatim ij. varas bracalis, et de sauto Domne Maioris iij. varas bracalis; et de casali Menendi. Johannis iiij. varas bracalis; et de casali de Cantoris cum sua germanitate iij. varas bracalis; et de casali Petri Subjerii j. varam et mediam bracalis; et de sauto Barrados ij. varas bracalis; et de casali Stephani Dominici j. spatulam et j. varam bracalis, preter aliam derecturam predictam; et de casali Ousende Petri j. varam bracalis. Item, dixit quod in Rivulo Molendinorum in termino Nesperarie stant ibi iij. molendini, et dat inde unus Elvire Garcie annuatim vij. varas bracalis, et alius molendinus qui fuit Subjerii Eriz dat annuatim ij. varas bracalis: et totum istud Regalengum supradictum laborant homines qui morantur in predictis casalibus istius collacionis predicte Ecclesie, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum et medietatem vini. Item, dixit quod Campus Molendinorum est regalengus. Interrogatus si habentur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est quod ita est. Fernandus Fernandi, Menendus Johannis, Reymondus Egee, Fernandus Menendi, Petrus Petri, Johannis Pelagii. D. Martini, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 724.

Oleiros — S. Vicente de

Item in Collatione sancti Vincentij de Oleyrus abbas non erat ibi sed Petrus martinj parochianus istius Ecclesie iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus set habet ibi Regalengum in loco qui dicitur sanctus Romanus scilicet in lagona. j. leira. Item in mueiro. j. leira. Item in teliada. j. leira. Item in caga lana. j. leira. Item in canbada. j. leira. Item in campo de fondom. j. leira et de omni fructum istarum leirarum dant domino Regi añuatim tertiam partem. Item dant domino Regi añuatim de stiua siue habeant siue non scilicet in casali de Menendo. j.

---

(1) *Covelo*: lugar. — *Alvarino*: Alvarinho, lugar. — *Casalis novi*: Casal novo, casal. — *Barrio*: Bairro, casal. — *Quintanas*: Quintãs, casal. — *Porta*: casal. — *Sauto vetularum*: Souto das Velhas, monte. — *Linnari*: Linhares, lugar. — *Palaciano*: Paço, casal. — *Outarii*: Outeiro, casal. — *Arronzi*: Arronço, casal. — *Uvariis*: Uveiras, casal. — *Saa*: Sá, casal. — *Barrados*: Barreiros, lugar? — *Rivulo Molendinorum*: Rio de Moinhos; veja-se a nota ao doc. n.º XXIII.

leira de quo dant. j. alqueire de milio. Item de molelo. et de sub rego et de cima de mueyri. j. almude de milio. Item in fundo de loureiro. j. leira de qua dant. j. sextarium pane. Item de quintana de barrio que fuit de Peyres. ij. leiras de qua dant. iij. alqueires de pane. Item de casal de frade. j. leira. de qua dant. j. alqueire de pane. Item de quintana Pelagij roderici scilicet de fragili. j. leira. et de per... et de eira. j. leira et in cortinal de uinea. j. par..... et de omnibus istis. leir.. de.... de pane. et hoc totum per mensuram Vimaranis et maiordomus dominj Regis dat eas cui uel quibus uult. Item dixit quod non dant domino Regi fossadariam: Item dixit quod herdatores sancti Romani censoriauerunt se cum hospitali et propter hoc nullum forum faciunt domino Regi preter medietatem trium calumpniarum scilicet homicidium. rapsum. et furtum alij uero herdatores deffendunt se per cautum cautatum per patrones dominj Petri escachia et dicunt se audiuisse. Item dixit quod in Villa cháá duo homines defendunt se per amadigum de gunsaluo roderici et Stephanus suerij militibus. Item dixit quod forarij dominj Regis non sunt ibi nec honor nouus nec intrat ibi maiordomus dominj Regis nec pectant uocem et calumpniam —

Dominicus iohanis. Petrus iohanis — Martim menendi — Petrus alfonsi. Johanes petri — iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus martini. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Inquirições de D. Affonso 3.º*, Liv. 9.º, fl. 30.

Paços — S. Vicente de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Vincencii de Palaciis et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Durandus Petri, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est herdatorum et ad presentacionem herdatorum Bracarensis Archiepiscopus Geraldum Pelagii in priorem constituit in eadem. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione dixit quod xxxiij. casalia et j. quintana, et sunt inde tria Monasterii de Adauffi et habuit ea de testamento, et duo sunt inde Sancti Michaelis de Gualtar et habuit ea de testamento; et duo sunt Petri Laurencii militis, et aliud est Stephani Alfonsi militis, et aliud est filiorum Laurencii Gunsalvi; et duo sunt Alfonsi Martini militis cum suis consuprinis; et aliud est Domne Senorine cum sua germanitate; et aliud est Garcie Petri; et aliud Elvire Johannis; et aliud est Marie Menendi et Maioris Menendi; et aliud est Fernandi Johannis cum sua germanitate; et aliud est Durandi Petri cum sua germanitate; et quintana est Fernandi Johannis et Alfonsi Martini militum; et ista casalia non faciunt ullum forum Regi propter honorem ipsius quintane lestoso: et aliud est Sancte Marie Vimarañ. et habuit illud de testamento; et aliud est Tarasie Giraldiz de Freitas; et aliud est Hospitalis; et aliud est Sancte Michaelis de Munia et habuit illud de testamento; et tria sunt Dominici Pelagii herdatorum: et ista casalia non faciunt ullum forum Domino Regi. Interrogatus quare, dixit quod nunquam fecerunt ullum forum Domino Regi. Item, dixit quod in Riali habetur unum casale de Cortinis veteris et est herdatorum et est hermum, et dat annuatim Domino Regi ij. taligas centeni et j. sextarium panis de encensoria, et iiij. varas bracalis pro fussadaria, et si fuerit populatum dabit j. spatulam. Et casale de Lamelis est herdatorum, et facit tale forum per totum sicut aliud predictum de Cortinis. Et casale de Patis est herdatorum, et facit tale forum per totum sicut unum predictorum. Et casale de Pomaribus est herdatorum, et facit tale forum per totum sicut unum istorum predictorum. Et casale Outarii est herdatorum, et dant inde annuatim Domino Regi ij. spatulas cum xij. xij. costis, et ij. ij. porros et vj taligas centeni, et iij. quartarios milii de encensura, et j. cabritum, et j. lectonem si habuerint porcam et capram, et ij. gallinas, et xxj. varam bracalis pro fussadaria. Et casale de Gouva est herdatorum et est hermum, et dant inde annuatim Domino Regi j sextarium milii de encensura, et j. taligam, et vij. varas bracalis. Et Casale de Gauvina est herdatorum et est hermum, et dant inde annuatim Domino Regi j. sextarium milii minus vj.tam de encensura, et j. taligam centeni minus vj.tam, et ij. varas bracalis minus vj.tam Et Casale Menendi Roffes

(1) *Sanctus Romanus:* S. Romão, lugar. — *Teliada:* Telhado, lugar. — *Canbada:* Cambada, campos. — *Loureiro:* campos. — *Barrio:* Bairro, casal. — *Villa cháá:* Villa chã, campos.

est herdatorum, et dant inde annuatim Domino Regi j. spatulam, et ij. taligas centeni, et j. gallinam et j. cabritum et j. lectonem si habuerint porcam et capram, et iij. taligas painzo de encensura. Item, dixit quod Casale de Christemiro est herdatorum et est hermum et dant inde annuatim Domino Regi j. taligam centeni et iij. varas bracalis pro fussadaria. Et de Casali de Tio Codesendo est herdatorum, et dant inde annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. porros, et j. sextarium centeni minus vj.tam et iij. quartarios milii minus vj.tam de encensura, xiiij. varas bracalis minus vj.tam Item dixit quod omnes qui ibi fecerint focos et morati fuerint in Riali debent dare singulas spatulas cum xij. xij. costis et j. cabritum, et gallinam, et lectonem si habuerint porcam et capram, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum. Interrogati si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod in Castinario Menendi jacet j. leira; et in Portu de Agrela j. leira; et in alio Portu de Agrela superno j. leira; et in Cortina j. leira; et super Fontem de Saezedo j. leira; Item, dixit quod inter chousam de Cristeiro et vineam Menendi Roffes j. leira; et de hereditate Fernandi Monachi dant inde annuatim Domino Regi j. sextarium milii de encensura. Item, dixit quod in loco qui dicitur Odeledo ij. leire; et in Cheda j. leira et j. castinarius; et inter galibus ij. leire; et in Candino j. leira et j. castinarius, et super ripam j. leira; et laborant istud Regalengum herdatores, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. D. Petri, Dominus Passarus, Petrus Petri, Johannes Menendi, Johannes Laurencii, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Port. Mon. Hist., Inquisitiones*, pag. 733.

(1) *Lestoso*: lugar. — *Riali*: Real, lugar. — *Cortinis*: Cortinhas, campos. — *Lamelis*: Lamelas, campos. — *Pomaribus*: Pomares, campos. — *Outarii*: Outeiro, lugar.— *Gouva*: Adegoiva, lugar. — *Gauvina*: Adegoivinha, campos. — *Portu de Agrela*: Poço d'Agrella, campos. — *Odeledo*: campos.—*Cheda*: campos.—*Candino*: Candins, campos.

Paraiso — S. Miguel do

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Michaelis de Nigrellis et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Pelagius Martini, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod canonici Vimarañ. forciaverunt inde herdatores et gubernatores ipsius Ecclesie, et modo tenet eam Alfonsus Johannis canonicus Vimarañ. de manu canonicorum. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex (aliquod jus vel habuit) vel debet habere, dixit quod non. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxij. casalia, et iiij.or sunt inde Sancti Martini de Candaoso et habuit ea de testamento, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dat unum istorum quod vocatur de Sauto xij. varas bracalis et j. caponem pro fussadaria; et aliud est Petri Johannis Verva Vimarañ. et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et duo sunt Orrace Manteiga et Alfonsi Petri Vimarañ. et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et duo sunt Monasterii de Costa et habuit ea de testamento et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et duo sunt Alfonsi Johannis, et pectant vocem et calumpniam et vadunt ad chamatum; et aliud est Stephani Johannis canonici bracarensis, et pectant vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat annuatim Domino Regi IX. varas bracalis, et j. caponem pro fussadaria, et j. cabritum, et aliud est Johannis Salvatoris cum sua germanitate herdatorum, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat annuatim Domino Regi j. spatulam cum XIj costis, et j. taligam tritici, et j. cabritum, et unum caponem, et j. gallinam, et x ova, et unum almude castanearum, et XIj varas bracalis pro fussadaria; et aliud est Johannis Regis cum sua germanitate herdatorum, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat Domino Regi j. caponem, et x. ova, et j. gallinam, et ij. solidos, et v. varas bracalis pro fussadaria; et aliud est Stephani Subjerii Vimarañ. et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat annuatim Domino Regi vj. varas bracalis pro fussadaria; et aliud est Roderici Gunsalvi Vimarañ. et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat annuatim

ij. varas bracalis pro fussadaria; et aliud est herdatorum quod vocatur de Patis, (et) pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat annuatim j. spatulam cum xij. costis, et j. taligam tritici et unum cabritum, et j. caponem, et x. ova, et xiiij. varas bracalis pro fussadaria, et dat almeitigam, scilicet, ij. franganos, et ij. panes triticos, et carnes vacinas; et aliud casale quod vocatur de Renados est herdatorum et est hermum, et dat annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. cabritum, et viij. varas bracalis pro fussadaria; et vij. casalia sunt Domini Regis Interrogatus cujusmodi forum faciunt Domino Regi, dixit quod iiij.^{or} casalia Varzenelle dant annuatim Domino Regi singulas spatulas cum xij. costis, et singulos sextarios tritici et singulos cordarios albos, et ij. ij. capones, et xx. xx. ova, et singulos alqueires castanearum viridum, singulas tercias de quartis vini, et xxj. xxj. varam bracalis, et dant singulas geiras quando Almuyssariffus eas postulaverit, et singulas gallinas quando Dominus Rex transierit citra Dorium, et sunt Sancti Joanaria et dant singulos caseos et singulas taligas panis pro heiradiga, et dant singulos franganos, et singulos panes iij. denariis panem, et iiij. iiij. solidos pro pedida; et alia ij. de Negrellis (dant) annuatim Domino Regi singulas spatulas, et singulas taligas centeni, et singulos alqueires castanearum viridum, et singulos caseos, et ambo pariter tres capones et vij. vij. varas bracalis. Item, dixit quod in Varzenella habetur una senaria vinee, et dat illam annuatim Prestamarius cui vult pro denariis. Et aliud casale est depopulatum, et dant inde annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. taligam tritici, et j. cabritum, et vij varas bracalis, et j. caponem et x ova, et dat unum caseum, et j. lectigam si habuerit porcam, et j. gallinam quando Dominus Rex transierit citra Dorium una vice in anno: et dant omnia ista casalia supradicta Domini Regis terciam partem omnium fructuum et medietatem vini. Interrogatus quare est istud casale hermum, dixit quod Stephanus Subjerii mercator Vimarañ. et filii Gunsalvi Perri de Rua gatis levaverunt petram ipsius casalis et fuerunt inde facere parietes ad sua casalia, et de terrenis ipsius casalis quod laborant Orraca Manteiga et Alfonsus Bexodo et Alfonsus Johannis canonicus Vimarañ. et ipse Stephanus Subjerii et ipsi filii Gunsalvi Perri supradicti, et ideo est ipsum casale heremum. Interrogatus ubi jacent ipsi terreni ipsius casalis quod laborant isti supradicti, dixit quod in Ledosa jacent iiij.^{or} peze magne de campo, et in Odreli stat una peza bona chousa et bonum pomalium; et in Tabula j. campus magnus; et campus Monasterii est regalengus; et in fine vinee sauti Sancti Martini jacet unus campus; et fundo ipsius vinee jacet j. leira; et in Linaribus una leira; et in Tercias iij. leire; et in Plano iij. leire; et in Canali malo j. leira; et in Riparia Avis j. leira; et in Castenaria iij. leire; et subtus casale Domini Durandi Riparii ij. leire; et circa Presam ij. leire; et super ipsam Presam unus sautus et j. leira; et in Lamelis ij. leire super Lamam, et in Valle Godini j. leira; et in Canadis super Peegum nigrum j. leira; et super Morouzom j. leira; et omnes istos campos et istas leiras laborant isti supradicti et alii homines de illo casale supradicto hermo, et ideo est hermum. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istes casalibus, dixit quod super cortimale de Saa jacet una leira, et est ista leira per petram de fundo de pomarii, et deinde ad Cerzariam, et non dat inde ullum forun Domino Regi; et in Ameedo jacet j. sautus, et de leira Domni Luzi usque Puteum de Saa est totus regalengus, et de isto sauto dant inde annuatim Domino Regi IX denarios. Interrogatus quis dedit ei istum sautum ad istud forum, dixit quod nescit. Et campus de Subtus lagena est regalengus, et stetit ibi unus paridinarius, et levaverunt inde petram ad hereditatem de Requiza et ad hereditatem Orrace Mantega. Item, dixit quod in Requiza fecerunt domos in via et proicierunt viam per Regalengum Domini Regis; et in Ameedo jacet una leira et tenent illam Orraca Manteyga et Alfonsus Johannis, et non dant inde nichilum Domino Regi; et in campo de Portu jacet una leira; et in Lama deela jacet unus campus, et est medietas Domini Regis et alia medietas est Monasterii de Coste; et in Serra jacet unus sautus, et dant inde Domino Regi j. quartarium castanearum viridum; et in Revoleda jacet una deveza, et dant annuatim Domino Regi j. quartam vini; et in Sergudi j. leira; et in Valle de Gavim jacet unus sautus, et dant inde annuatim Domino Regi duos capones et xx ova, et in Quinteiros de Sergudi jacet j magnus campus; et in Sergudi stant ibi IX castanarii, et dant inde annua-

tim Domino Regi j. caponem et x. ova. Item, dixit quod Sautus de Amexinariis est regalengus, et dant inde annuatim Domino Regi j. caponem et x ova, et non faciunt inde aliud forum Domino Regi; et in Sergudi jacent ibi iij. leire. Item, dixit quod collacione Sancti Johannis de Gondaar jacet una bauza super casalia Domne Orrace. Item, dixit quod due vessate de Midi sunt regalenge, et solebat dare Maiordomus Domini Regis pro ofrecione et Johannes Manteiga et Johannes Ooriz acceperunt ipsas vessatas et dederunt illas ad sua casalia. Item, dixit quod de casali quod vocatur de Canado dant annuatim Domino Regi j. sextarium panis et j. quartam vini, et iiij. varas bracalis pro fussadaria et quartam et vj. unius cabriti partem, et terciam unius caponis : et de hereditate de Cidiz dant inde annuatim Domino Regi j. varam bracalis, et j. caponem, et x ova pro fussadaria; et de domo Filie bone dant inde annuatim Domino Regi j. gallinam, et j. varam bracalis pro fussadaria. Item, dixit quod in mio vardeira fecit ibi Johannes Verva Vimarañ unam magnam vineam, et quod audivit dicere juratis alie inquisicionis quod jacebat in illa Regalengum, sed nesciebant in quo loco jacebat, et quod audivit dici quod Maiordomus Domini Regis mecierat inde vinum ipsius vinee et posuit ipsum vinum in ipso palacio et nunquam inde levavit ipsum vinum, et post mortem ipsius Johannis Verve nunquam adubaverunt ipsam vineam et mortua fuit et est mortua. Item, dixit quod in cortinali casalis Palmarie jacet ibi una leira; et de campo de Paradela dant inde annuatim Domino Regi j. taligam panis de foro. Item, dixit quod in collacione de Silvaribus quod audiuit dici Maiordomibus veteribus quod vinea Juliani Durandi erat regalenga de occulo fontis usque Sabugarios contra Silvares quod ipsa vinea et sautus et devesa et quantum ibi habet est totum regalengum, et de hereditate de Pestanis dant inde annuatim j. cabritum, et j. caponem, et j. gallinam, et x. ova, et v. varas bracalis. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod filii et nepotes Pelagii Sendiiz debent esse Maiordomi Terre, et filii et nepotes Menendi Fole debent esse maiordomi arearum. Item, dixit quod Sautus Varzenelle est regalengus, et comparauit inde medietatem Johannes Verva de uno jugario, et non dant inde Domino Regi nichilum. Item, dixit quod de hereditate que fuit de Luba dant annuatim ij. varas bracalis pro fussadaria; et de hereditate Sancti Martini de Sauto dant inde annuatim Domino Regi j. gallinam, et j. quartam vini pro fussadaria. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Stephanus Pelagii. D. Pelagii, Domnus Durandus, D. Menendi, D. Johannis. Petrus Martini, Martinus Petri, Martinus Johannis, Gunsalvus Johannis, Pelagius Subjerii, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 712.

Penacova — S. Mamede de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancte Columbe de Regelli et omnium parrochianorum ejus- Ecclesie. Joannes Petri, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Dompni Egidii Martini et aliorum Militum, et ad presentacionem ipsorum Militum Bracarensis Archiepiscopus Didacum Petri in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxj. casale et una quintana, et vij. sunt inde Dompni Egidii et ejus consanguineorum; et aliud est Vincencii Roderici de Penela; et aliud est Martini Dade; et aliud est de Mancelos et habuit illud de testamento, et non facit ullum forum. (Interrogatus quare), dixit quod propter honorem ipsorum predictorum Militum. Et duo sunt Monasterii Vilarini et nescit unde habuit illud, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est filiorum et nepotum de prediete (?) herdatorum, et dat annuatim Domino Regi j. quartam vini pro fussadaria et non facit aliud forum. Interrogatus quare, dixit quod propter honorem predictorum Militum. Et aliud est Dompni Egidii Martini; et aliud est ipsius Ecclesie et herdatorum, et dant anuatim Domino Regi pro fussadaria j. quartam vini; et aliud est ipsius Ecclesie et nescit unde habuit illud, et non facit ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod propter hónorem predictorum Militum. Et aliud est Menendi Rozas herdatoris, et dat inde annuatim Domino Regi j. quartam vini pro fussadaria; et aliud est Polumbarii et habuit illud de testamento, et non facit ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod propter honorem supradictum. Et aliud est Vincencii Roderici et Hospitalis. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod ad portam casalis Menendi Rozas jacet unus sautus regalengus, et dant inde annuatim Domino Regi j. taligam panis, et j. franganum, et v. ova. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Dominicus Laurencii, Johannes Martini, Martinus Petri, Benedictus Johannis, Bartolomeus Petri, omnes ist dixerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus.

Vide *Ibidem*, pag. 682.

(1) *Polumbari:* Pombal, lugar. — *Lavandarie:* Lavandeira, lugar.

Rendufe — S. Romão de

Hic incipit inquisitio Sancti Romani de Randuffi et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Laurencius Menendi capellanus ejusdem Ecclesie, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est herdatorum (1) et ad presentationem herdatorum Bracarensis Archiepiscopus in priorem (eum) constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus, vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxiij casalia et ix. casalia sunt inde Monasterii de Sauto et habuit ea de testamento, et non faciunt ullum forum Domino Regi. Interrogatus quare, dixit quod propter honorem Domni Gomecii Petri de Sauto. Et aliud est Petri de Rigo militis; et aliud est Domne E. Laurencii; et aliud est Monasterii de Costa; et aliud est Giraldi Affonsi; et una quintana est Petri Laurencii militis; et aliud est Sancte Marie Vimarañ. et habuit illud de testamento, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Petri Johannis Vimarañ.; et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud

(1) Em 9 de fevereiro de 1349 João Domingues, filho de Domingos de Villa Cova e de Luiza Paes, Lourenço Domingues, Maria Joannes, João do Casal, Maria Joannes, doaram ao mosteiro de S. Torquato e ao prior do mesmo, Lourenço Martins, o direito de padroado que tinham n'esta Egreja. (Arch. da Colleg. de Guim., Livro dos Coutos, fl. 15 v.). Identica doação fez a 15 do mesmo mez e anno Affonso Gonçalves, escudeiro, filho de Gonçalo Martins, morador que foi em Lamego, e neto de Martim Peres, escudeiro de Rendufe. *(Ibidem*, fl. 16 v.).

est filiorum Johannis Franci, et non facit ullum forum Domino Regi. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et aliud est Hospitalis et habuit illud de testamento; et v. sunt Domini Regis. Interrogatus cujusmodi forum faciunt Domino Regi, dixit quod dant annuatim Domino Regi quodlibet per se j. spatulam cum xij. costis, et j. taligam centeni, et j. cabritum, et x. ova, et caponem, et j. caseum, et j. solidum pro bracali: et omnia ista v. casalia dant annuatim Domino Regi j. carnarium et vij. soldadas panis tritici de pedida, et dant terciam et quartam et quintam partem omnium fructuum, et dant singulos quartarios panis pro heiradiga. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod in Cernados jacent ij. leire, et dant inde j. caponem et x. ova; et in Bauzis j. leira; et in Curris j. leira; et in Riparia j. leira; et in Cheda ij. leire; et in Puteo j. leira, et in Ermigida j. peza campi, et dant inde j. caponem et x. ova; et in Nugaria j. conchousum, et dant inde j. caponem et x. ova; et in conchouso Martini Martini j. leira; et in Campelo j. leira: et in conchouso Sancte Marthe j. leira; et in Valino ij. leire cum suo outario; et in Portela j. leira; et in Spinosa j. leira, et dant inde unum caponem et x. ova; et in Corredoira j. leira; et in fine conchousi Gandere j. leira. Item, dixit quod in Linnari magno jacet unus magnus Regalengus, et dant inde annuatim Domino Regi ix.^nam partem Domino Regi; et in Batoca jacet alia magna peza campi, et dant inde annuatim Domino Regi ix.^nam partem omnium fructuum. Item, dixit quod ultra celarios quintanarum jacet unum maximum Regalengum, de marco de Avenalaria usque senariam Menendi Petri est totum Regalengum, et dant inde annuatim Domino Regi ix.^nam partem omnium fructuum. Item, dixit quod subtus Puteum jacet unum magnum Regalengum, et dant inde terciam partem omnium fructuum Domino Regi; et super Puteum jacet ibi unus magnus campus, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, et dant inde unum caponem et x. ova, et j. cabritum et x. ova, et j. spatulam, et j. taligam centeni. Item, dixit quod campus de Baceiro est totus regalengus, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, et j. caponem, et x. ova; et in Chausa de Quintaees jacent ibi v. leire, et dant inde terciam partem omnium fructuum; et in Petra Bornosa jacent iij. leire, et dant inde annuatim Domino Regi ix.^nam partem omnium fructuum. Item, dixit quod in Cernados jacet ibi una peza campi, et in Veiga alia peza magna, et dant inde terciam partem omnium fructuum de istis duabus casalibus; et ultra Ripam Egee de Sauto jacet ibi unus magnus campus, et dant inde annuatim Domino Regi quartam partem omnium fructuum: et in fundo conchousi Hospitalis j. leira. Item, dixit quod de hereditate de Cernardos dant inde annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij, costis, et j. taligam centeni, et j. caponem, et x. ova, Item, dixit quod in Randuffi habetur ibi unum casale regalengum et est heremum, et dant inde annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij costis, et j. taligam centeni, et j. cabritum et x. ova, et j. caponem et x. ova, et j. solidum, et terciam et quartam partem panis, et de ista porcione panis levat inde medietatem ipsa Ecclesia. Interrogatus quare ipsa Ecclesia levat ipsam medietatem ipsius porcionis, dixit quod nescit. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus este. Petrus Johannis, D. Petri, Menendus Petri, Martinus Martini, Johannes Johannis. Petrus Petri, Petrus Dominici, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 732.

Ribeira — S. Verissimo da

Hic incipit inquisitio Sancti Vereximi Riparie et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie. Egas Pelagii, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Militum et Monasterii Ulvarie et herdatorum, et ad presentacionem ipsorum Bracarensis Archiepiscopus Petrum Menendi in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquiod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod viij. casalia et una quintana, et tria sunt inde Monasterii Vilarini et habuit ea de

(1) *Cernados :* lugar.—*Sancte Marthe :* Santa Martha, casal.—*Gandare:* Gandra, lugar.—*Quintaees:* Quintãs, lugar.

testamento, et non faciunt ullum forum propter honorem ipsius quintane; et duo sunt Monasterii Ulvarie et nescit unde habuit ea; et duo sunt Laurencii Martini et quintana; et unum est Monasterii de Sauto: et non intrat Maiordomus in istis casalibus propter honorem quintane. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Petrus Menendi, Petrus Gonsalvi, Petrus Dominici, Johannes Menendi, omnes isti dixerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem,* pag. 680.

Ronfe — S. Thiago de

Item in Collatione Sancti Jacobi de Rauffi Stephanus martinj abbas ipsius Ecclesie iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus nec habet ibi Regalengum nec dant domino Regi fossadariam nec intrat ibi Maiordomus nec pectant uocem et calumpniam set est cautum cautatum per patrones et dixit quod nescit quis Cautauit illud set dixit quod audiuit quod erat Cautum et honor domne Gontine petri. Item dixit quod forarij dominj Regis non sunt ibi nec uadunt laborare extra hereditates forarias seu Regalengas dominj Regis.

Martinus Silvestris. Menendus dominici — Martinus Petri Michael iohanis — Martinus menendi — Johanes Gonsalvj — iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut — Stephanus martinj abbas —

Vide Arch. da T. do T., *Inquirições de D. Affonso 3.º,* Liv. 9.º, fl. 31.

Ruivós — S. Pedro de

Item in Collatione sancti Petri de Rubrióós. Gunsaluus petri abbas ipsius Ecclesie iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus et habet ibi Regalengum scilicet tria casalia de quibus dant domino Regi annuatim de pane et uino et lino et leguminibus de septem quinionibus duos et dant pro directuris pro Natale singulas spatulas de. XII. costis et singulos almudes de castaneis et pro entroydo singulos cabritos uel pro pascha et uocant Maiordomum dominj Regis ad colligendum panem. Item dixit quod Cauta et honores noui et forarij domini Regis et ame militum non sunt ibi et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de nouo dixit etiam quod Cantor bracarensis excomunicauit eos modo de nouo et fecit eos dare singulas taleigas de pane pro uodo per excomunicationem. Item dixit qnod pectant uocem et calumpniam et dant loitosam domino Regi et intrat ibi Maiordomus.

Johanes petri — Dominicus durandi — Petrus menendi — Johanes iohanis — Johanes petri — iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Gonsaluus petri. (1)

Vide *Ibidem,* Livro 9.º, fl. 30.

Sande — S. Clemente de

Item in Collatione sancti Clementis de Sandi. Dominicus martinj abbas ipsius Ecclesie iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus set habet j. leiram Regalengam in loco qui dicitur pedreirada de qua dant domino Regi annuatim de fossadaria pro Januario scilicet de hereditate Suerij Osorij j. bragal. Item dant in Madio pro Caritel scilicet de casali de torrente, et de Casali Petrus rubei et de Casali de souto et de Casali de uencosela et de Casali de Carualio et de Casali Suerij caluo de souerario et de Casali de Didaco pelaiz et de Casali de (2)....................

.....Casalibus de marnel et intra Riuo de Casali Petrus barriga. et de casali Pelagij suariz dant domino Regi annuatim. IIJ. IIJ. uaras de bragali. Item dixit quod cauta et honores noui et forarij dominj Regis. et ame militum non sunt ibi et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de nouo. Item dixit quod in ista collatione intrat maiordomus dominj Regis et pectant uocem et calumpniam et dant loitosam dominis suis et uadunt currere lupum et qui ibi non fuerit pectabit Maiordomo dominj Regis. IJ. IJ. solidos. Michael Petri — Fernandus Gonsalvi — Menendus gonsalvi — Petrus martiniz — Pela-

(1) Esta freguezia está incorporada hoje na de Santa Comba de Regilde, da qual é um lugar.

(1) *Rubrioos:* Ruivós, lugar da freguezia de S. Clemente de Sande.

(2) Está cortada uma linha no alto da folha.

gius petri iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus martinj abbas. (1)

Vide *Ibidem,* Livro 9.º, fl. 31.

Sande — S. Lourenço

Item in Collatione sancti Laurencij de Sandi Gunsaluus petri abbas ipsius Ecclesie iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus set habet ibi suum Regalengum scilicet in lamas. j. leira de qua dant tertiam partem pane. Item dixit quod dant domino Regi annuatim de fossadaria. pro kalendas Januarij scilicet de Currelos minores. j. bragale et. vj. denarios et pro sancto Michaele. vj. gallinas. Item de trauanca fnferiori. iij. gallinas. Item dixit quod isti qui dant fossadariam uadunt ad currendum lupum. Item dixit quod milites et ordines. nichil acquisierunt ibi de nouo. Item dixit quod Cauta et honores nouj non sunt ibi et ame militum et forarij dominj Regis non sunt ibi. Item dixit quod in ista Collatione pectant uocem et calumpniam et dant mediam loitosam domino Regi. et intrat ibi Maiordomus dominj Regis.

Petrus martini — Johanes menendi. Petrus laurentij. Menendus petri — Petrus petri— Laurentius petri — Martinus petri iurati et interrogati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia. sicut Gunsaluus petri abbas. (2)

Vide *Ibidem,* Liv. 9.º, fl. 30, v.

Sande — S. Martinho de

Item in Monasterio sancti Martinj de sandi. Dominicus menendi proposto iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus set habet ibi Regalengum scilicet. j. leira in loco qui dicitur leiras et nullum forum faciunt inde quia non excollitur. Item dant domino Regi annuatim de fossadaria pro Januarij scilicet de quintana de tras Riuo. ij. uaras de bragal —. Item dixit quod cauta et honores noui et forarij dominj Regis et ame militum non sunt ibi et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de nouo. Item dixit quod pectant uocem et calumpniam et intrat ibi Maiordomus dominj Regis et illi qui dant fossadariam dant loitosam domino Regi. Martinus menendi — Martinus pelagiz — Pelagius petri. fernandus iohanis — Petrus pelagiz iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus menendi. (1)

Vide *Ibidem,* Livro 9.º, fl. 30 v.

Sande — Santa Maria de Villa Nova de

Item in Collatione Sancte Marie de Villa nova. Stephanus Petri prelatus ipsius Ecclesie iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus nec habet ibi Regalengum Item dixit quod dant domino Regi annuatim pro caritel in festo sancti johanis scilicet de Casali de barrio et de Casali de Valoyra et de Casali de devesa et de tribus Casalibus de outeiro dant. iiij. iiij. uaras de bragal et pro festo sancti Michaelis singulas gallinas. Item de ista Collatione dant annuatim de fossadaria pro kalendas Januarij scilicet de hereditate de Lagea. j. bragal. de Casal Sesto. ij. uaras de bragal Item de hereditate Marie gonsalvj. xiii. denarios medium Item dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt ibi nec est ibi honor nouus nec uetus et ame militum et forarij dominj Regis non sunt ibi scilicet intrat ibi Maiordomus dominj Regis et pectant uocem et calumpniam et omnes uadunt currere lupum in quinque septimanis quadragesime usque ad cenam scilicet in die Martis. et Maiordomus dominj Regis mitit ganatum in presso in Casale de Outeiro de foro.

Petrus gomiz. — Petrus pelagiz Gonsaluino. — Petrus suariuus Pelagius gomiz. iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia — sicut Stephanus petri abbas. (2)

Vide *Ibidem,* Livro 9.º, fl. 30.

S. Torquato

Hic incipit inquisitio Monasterii Sancti Torcati et omnium parrochianorum ejusdem Eccle-

---

(1) *Torrente:* lugar. — *Carualio:* Carvalho, lugar. — *Marnel:* lugar. — *Souto,* lugar. — *Vencosella:* Ventosella, lugar.

(2) *Currelos:* Correllos, lugar. — *Trauanca:* Travanca, lugar.

(1) *Tras Riuo:* Tarrio, quinta e lugar.

(2) *Barrio:* Bairro, lugar.—*Devesa, Outeiro,* lugares.

sie ipsius loci. Johannes Romani, juratus et interrogatus cujas est ipsum Monasterium, dixit quod est Domini Regis et ad presentacionem ejusdem conventus et Domini Regis Bracarensis Archiepiscopus in priorem Petrum constituit in eodem. Interrogatus quot casalia habentur in ipso cauto ipsius Monasterii, dixit quod xxxj. casalia et sunt omnia ipsius Monasterii, et totum jus quantum ibi Dominus (Rex) habebat totum dedit ipsi Monasterio quando cautavit illud. Interrogatus si est cautatum ipsum Monasterium per cartam sive per patrones, dixit quod per patrones et per cartam Domini Regis Alfonsi veteris, et carta erat sine sigillo et cum signo. Interrogatus quot casalia habentur extra cautum, dixit quod in Segadi habentur xiiij. casalia et sunt omnia herdatorum, et dant inde annuatim Domino Regi quodlibet per se j. spatulam cum xij. costis, et j. cabritum, et j. franganum, et dant singulos denarios Maiordomo pro vita, et dant omnia insimul istas derecturas; et dixit quod casali quod vocatur *(sic)* quod fuit Martini Froyaz cum sua germanitate, et dant inde annuatim Domino Regi iij varas et mediam bracalis pro fussadaria; et de casali quod fuit Menendi Paneya cum sua germanitate dant inde annuatim iiij. varas bracalis; et de casali quod fuit Marie Luparie cum sua germanitate dant annuatim ij. varas bracalis; et de casali Menendi Nepotis cum sua germanitate dant annuatim Domino Regi ij. varas bracalis pro fussadaria; et de casali de Lagena cum sua germanitate dant inde Domino Regi annuatim iij. varas et mediam bracalis et de casali quod dicitur dos Garcias cum sua germanitate dant inde annuatim Domino Regi iij. varas et mediam bracalis; et de casali de Leira dOnega cum sua germanitate dant inde annuatim Domino Regi quartam unius bracalis de vij. varis bracale; et de casali de Grandaes dant inde annuatim Domino Regi quartam unius bracalis de vij. varis bracale; et de casali de Aragunti Pelagii dant inde annuatim Domino Regi iii varas et mediam bracalis; et de casali Marine Pelagii Outarii dant inde annuatim Domino Regi quartam bracalis de vij. varis bracale; et de hereditate Meunie Outarii dant inde annuatim Domino Regi quartam bracalis cum meiras et cum Menendo Paneya; et de Hereditate de Galardos dant inde annuatim iij. varas et mediam bracalis pro fussadaria; et de casali de Barraes Ripe Selii dant inde annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. cabritum, et j. franganum, et iij varas et mediam bracalis; et de casali Marine dant inde annuatim iij. varas et mediam bracalis et duas pernas cabritos cum sua ranuada, et j. coraxillum; et de hereditate Parietarum dant inde annuatim Domino Regi j. solidum pro fussadaria.

Item, dixit quod de Ripa Selii dant viij. denarios de outavis, et quis venerit ibi laborare extra villam debet dare singulos denarios, et dant inde annuatim Domino Regi xij.nam partem omnium fructuum, et vj.tam partem vini. Item, dixit quod omnes qui morati fuerint in Segadi qui habuerint porcam paridam debent dare singulos leitones Domino Regi quot vices porca peperit in anno. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod in loco qui dicitur dOnego jacet ibi una maxima leira; et in alio loco qui dicitur Pomarium j. leira; et in alio loco qui dicitur Ager mauri j. leira: et dant de istis leiris annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum. Item, dixit quod in Ripa Selii subtus Areas jacet una leira; et in alio loco qui dicitur Cancelo una leira: et dant de istis duabus leiris terciam partem omnium fructuum, et in medio ipsius leire dant vj.tam et in fine ipsius leire xii.mam partem omnium fructuum. Et omnes isti qui morantur in ista villa de Segadi pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dant luctosam, et dant omnes quilibet per se iij. iij. panes de iij. denariis panis annuatim Domino Regi una vice in anno, et inter iiij.or homines j. alqueire vini.

Item, in alia villa que vocatur Mosezi habentur ibi tria casalia et sunt herdatorum, et pectant vocem calumpniam et vadunt ad chamatum, et dant luctosam Domino Regi; et in Uveiras habentur ibi unum casale, et facit forum sicut unum istorum. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Johannes Johannis, Durandus Pelagii, Petrus Petri, Johannes Petri, Gomecius Martini, Pelagius Fernandi, D. Johannis, dixerunt testimonium hoc.

Item, in villa que vocatur Gomiaes habentur ibi xiiij. casalia, et tria casalia et medium sunt Orrace Manteigue; et duo sunt Sancte Marie Vimarañ. et habuit illud de testamento; et aliud est Marie Bernaldiz; et aliud est Stephani Barral; et aliud est Petri Johannis Vimarañ; et aliud est Domne Ousende; et aliud est Rodorici Fafiz; et aliud est Johannis Salvato-

ris; et aliud est Burii; et duo sunt Domini Regis et dant inde annuatim Domino Regi singulas spatulas cum xij. xij. costis, et singulos sextarios tritici, et singulos cabritos, et ij. ij. capones, et xx. xx. ova, et singulas pernas carnarii, et ij. ij. solidos de pedida, et singulos caseos, et singulas manteigas, et xiiij. xiiij. varas bracalis et dant terciam partem omnium fructuum: et omnes isti qui moraturi fuerint in Gumiaes pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod in loco qui dicitur Carvalium Pelagii Rabi jacet ibi una peza campi; et in Pontido jacet alia peza campi, et dant inde j. franganum et x. ova: et dant inde annuatim Domino Regi j. franganum et x. ova: et dant inde annuatim Domino Regi de istis campis terciam partem omnium fructuum: et in Pomario j. leira; et in Lodario ij. leire; et in Cerzaria j. leira; et in Goesendi j. leira: et dant de istis leiris vj.^tam^ partem omnium fructuum: et in ipsa Senaria ij. leire de vj.^ta^; et in Sautelo iiij. leire; et in Valina ij. leire, et dant inde terciam partem omnium fructuum Domino Regi. Item, dixit quod unus locus qui dicitur Coguludas est totus regalengus cum sautis et quanto ibi jacet, et dant inde vj.^tam^ partem omnium fructuum Domino Regi, et dant de uno sauto qui ibi jacet ij. franganos et x. ova. Item, dixit quod in cabo ipsius loci de Coguludas jacet una leira, et dant inde terciam partem omnium fructuum. Item, dixit quod campus de Lapa est regalengus, et dant inde terciam partem omnium fructuum. Item, dixit quod due vinee que fuerunt Johannes Forjaz sunt regalengue, et una jacet super viam, et dant inde Domino Regi annuatim j. spatulam cum xij. costis, et j. cabritum, et j. franganum, et x. ova, et ij. solidos, et alia jacet subtus viam de Galilea, et dant inde annuatim Domino Regi mediam spatule, et medium cabriti, et medium frangani, et v. ova, et j. solidum, et dant ambe terciam partem vini, et dant heiradigam. Item, dixit quod in campo de Anta una vinea jacet regalenga, et dant inde annuatim Domino Regi mediam spatulam, et medium cabriti, et medium frangani, et terciam partem vini. Item, dixit quod in campo de Galilea jacet una vinea et comparaverunt illam de uno casali Domini Regis, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem vini. Et dant omnes ipsi supradicti singulos puzales vini de heiradiga, et debent homines pro istis pussalibus capere singulos cestos de uvis. Et illa vinea supradicta que dat medietatem dereiture dant inde j. sextarium vini pro heiradiga. Item, dixit quod in Travessela jacet unus campus et est de tercia; et in Carvalio Pelagii Rabi j. leira de vj.^ta^; et in Pomario j. leira de vj.^ta^ Item, dixit quod de hereditate de Buiro dant inde annuatim Domino Regi iij. taligas panis. Item, quod in casali Menendi Nepotis de Segadi est hospicium Prestamarii; et in casali Pelagii Poneya est hospicium Prestamarii; et in casali Petri Ecclesie in Ripa de Selo est hospicium Prestamarii: et isti homines de Segadi debent levare panem et vinum ad aream Ripe Selii. Item, dixit quod Pousada habentur ibi tria casalia, et unum est Monasterii de Arnoia et habuit illud de testamento; et aliud est Domne Marie Rialis; et aliud est herdatorum; et ista casalia non pectant vocem et calumpniam. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod in Casali Fernandi jacet ibi unus magnus campus, et dant inde vj.^tam^ partem Dominos Regi. Interrogatus quomodo cit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Item, dixit quod in Tras Aris habentur ibi x. casalia, et duo sunt Monasterii de Costa et comparavit ea in tempore fratris istius Regis, et dat inde unum in quo moratur Petrus Laurencii annuatim Domino Regi j. franganum et x. ova; et aliud est Petri Lupi et Monasterii Sauti; et aliud est Sancte Marie Vimarañ. et nescit unde habuit illud; et aliud est herdatorum, et dant inde annuatim Domino Regi j. franganum et x. ova; et aliud est filiorum Johannis Johannis cum sua germanitate, et dant inde annuatim Domino Regi j. taligam panis, et j. franganum, et x. ova, et vij. varas bracalis pro fussadaria; et aliud est Pelagii Fernandi herdatoris cum sua germanitate, et dant inde annuatim Domino Regi j. franganum; et x. ova; et aliud est Martini Cachopo et Pelagii Menendi Vimarañ., et dant inde annuatim j. franganum et x. ova; et aliud est herdatorum, et dant inde annuatim Domino Regi j. franganum et x. ova; et aliud est Johannes Salvatoris et Ousende Salvatoris: et omnes isti pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dant luctosam ipsi herdatores predicti. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod in Razamela

jacent ibi vij. leire et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum; et in fonte de Spoorigo iiij. leire; et in Pomario Chamadre j. leira; et subtus matam Martini Pardi j. leira; et in Agro de Froya j. leira; et in Molibus j. leira; et in Casali de Alvano j. leira; et in Padrozelo ij. campi: et dant de isti regalengo inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum: et in Rua merdaria iij. leire de vj.[ta] et dant inde annuatim Domino Regi unum franganum et x. ova, et vj.[tam] de taliga centeni, et unam varam et vj.[tam] bracalis.

Johannes Pelagii, Martinus Johannis, Petrus Petri, Durandus Petri, D. Petri, Petrus Pelagii, Johannes Pelagii, Petrus Martini, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Port. Mon. Hist., Inquisitiones,* pag. 727.

Selho — S. Christovão de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Christoffani inter Avem et Avizellam et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Menendus Johannis, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est herdatorum ipsius loci (2) et ad presentacionem ipsorum herdatorum Bracarensis Archiepiscopus Martinum Chuffonem in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habetur ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod XXIX. casalia, et v. sunt Sancte Marie Vimarañ. et habuit ea de testamento, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum et ad torviscatam; et unum est Judicis Vimarañ., et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et duo sunt Stephani Martini Vimarañ. et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum et ad torviscatam; et aliud est Johannis Dominici Vimarañ. et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum et ad torviscatam; et duo sunt Johannis Didaci Vimarañ. et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et unum istorum duorum, scilicet casale de Lovegelli, dant inde annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. almude vini, et j. taligam tritici, et j. almude castanearum, et j. cabritum, et vij. varas bracalis pro fussadaria. Interrogatus quare non facit forum de pane et de vino sicut facit de directuris, dixit quod nescit. Et aliud est filiorun et nepotum Petri Albi herdatorum, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum et ad torviscatam, et dat j. spatulam cum xij. costis, j. taligam tritici, et j. almude vini, et j. almude castanearum, et j. cabritum, et ix. varas bracalis pro fussadaria; et aliud est Sancte Marie Vimarañ. et Petri Nuniz et Monasterii de Gundar, et pectat vocem et calumpniam et vadit ad chamatum et ad torviscatam, et dat j. varam bracalis pro fussadaria; et aliud est Alfonsi Johannis canonici Vimarañ. et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum et ad torviscatam, et dat annuatim Domino Regi iiij. varas bracalis pro fussadaria; et duo sunt Petri Lupi Vimarañ. et Johannis Didaci et fuerunt Domini Regis. Interrogatus quis dedit eis ista casalia Domini Regis, dixit quod Dominus Rex Sancius avus istius Regis dedit ipsa casalia filiis Barbe Rase. Interrogatus si vidit inde cartam Domini Regis per quam Dominus Rex dedit ipsa casalia filiis Barbe Rase, dixit quod non, sed audivit dici quod tenebant inde cartam. Et aliud est Leprosorum Vimarañ. et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum et ad torviscatam et dat j. almude panis de foro, et ij. varas bracalis pro fussadaria; et aliud est filiorum Laurencii Petri de Cerzedello herdatorum, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum et ad torviscatam; et aliud est Orrace Manteigue, et pectat vocem et calumpniam et vadit ad cha-

(1) *Segadi:* Segade, lugar. — *Galardos:* Cruz da Galharda, lugar. — *Areas:* Eiras, casal. — *Mosegi:* Mogege, lugar.—*Gomiaes:* Gominhães, freguezia independente, mas outr'ora, em parte, meeira com S. Torquato e certamente no territorio descripto no texto. — *Pausada:* Pousada, lugar.—*Rua merdaria:* será Rua Franca, proximo da Corredoura, logar onde existe a industria de cortumes e d'onde adviria a designação *merdaria*, como certamente adveio ao *Rio merdario*, que em Guimarães banha o bairro dos pelames?

(2) O padroado pertenceu posteriormente a uma das cadeiras canonicaes da Collegiada de Valença por esta Egreja estar annexa á de S. Martinho de Candoso, que era unida á dita cadeira. O parocho foi Vigario *ad mutum* até 1691; n'este anno foi elevado a Vigario perpetuo com consentimento do padroeiro. (Arch. da Cam. Ecc. de Braga, Estados Igrejarios, maço 1.º da letra C).

matum et ad torviscatam; et duo sunt Johannis Curruti et filiorum Johannis Mauri, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum et ad torviscatam, et dant inde annuatim Domino Regi ambo pariter j. spatulam cum xij. costis, et j. taligam tritici, et j. almude vini, et j. almude castanearum, et j. cabritum, et j. caponem, et x. ova, et viij. varas bracalis pro fussadaria. Item, dixit quod ista duo casalia laborant Regalengum per quod sunt perfecta. Interrogatus ubi jacet ipsum Regalengum, dixit quod in Valle Outarii lavati jacet ibi unum magnum Regalengum unde solebant habere iij. modios panis, et in Ripa Selii jacent ij. leire, et dant inde modo j. sextarium panis, et si istum sextarium noluerit Maiordomus debent dare terciam partem omnium fructuum: et hoc Regalengum et aliud quod jacet in collatione Sancti Jorgii laborant ista duo casalia supradicta et tenent domos in sua hereditate, et laborant istud Regalengum Domini Regis per quod sunt ista casalia facta, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum. Et iiij.or casalia sunt Stephani Subjerii Vimarañ. et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum et ad torviscatam, et unum istorum scilicet, casale de Cardido, et dat inde annuatim Domino Regi iij. varas bracalis pro fussadaria. Item, dixit quod in Pena magna jacent duo casalia, et sunt inde due partes ipsorum casalium Domini Regis in monte et in valle et in omnibus locis, quibus ipsa casalia pertinent. Interrogatus cujusmodi forum faciunt inde Domino Regi, dixit quod dant inde annuatim Domino Regi ij. spatulas porci cum xij. costis xij. costis, et j. taligam tritici, et j. cabritum, et unum almude vini, et iij. alqueires castanearnm, et v. bracales minus unam varam et terciam bracalis de vij. varis bracale, et dant inde modo j. modium et sextarium panis annuatim Domino Regi non magis. Interrogatus quis ei istas duas partes ipsorum casalium dedit ad istum forum, dixit quod nescit. Et dant luctosam Domino Regi. Item, dixit quod alia tercia pars ipsorum casalium est Hospitalis, et Hospitale populat et hermat ista casalia. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et tria casalia sunt Domini Regis. Interrogatus cujusmodi forum faciunt Domino Regi, dixit quod duo casalia Varzene dant annuatim Domino Regi ij. spatulas, et ij. taligas centeni, et ij. alqueires vini, et ij. castanearum, et ij. cabritos, et ij. caseos, et si habuerint porcam debent dare ij. lectones, et quando transierit Dominus Rex citra Dorium debent dare ij. gallinas et dant xiiij. varas bracalis: et dixit quod Johannes Didaci Vimarañ. comparavit unum istorum casalium Domini Regis in tempore istius Regis, et projescit inde hominem modo qui ibi morabatur in ipso casali et duxit inde de ipso homine j. morabitinum de intrata: et dant medietatem milii et ordei et favarum, et dant terciam de sorotino, et dant ambo pariter x. solidos de almeitiga, et dant ij. quartarios panis, et ij. puzales vini Maiordomo de heiradiga; et de alio casali dant inde annuatim Domino Regi j. spatulam, et j. taligam tritici, et j. alqueire vini, et j. alqueire castanearum, et j. caponem, et j. franganum, et x. ova et j. cabritum, et j. caseum, et vij. varas bracalis, et terciam partem omnium fructuum, et medietatem vini, et j. quartarium panis de heiradiga, et j. pussale vini. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod in Bouzoos jacet unus campus; et in Spinario jacet ibi unus matus regalengus, et stant ibi castinarii, et dant annuatim inde Domino Regi de quolibet castinario j. denarium; et in Curribus jacet unus sautus, et dant annuatim Domino Regi j. caponem; et subtus chausam de Pena magna jacet j. leira; et super aream Penne magne jacet una leira; et in Sental ij. leire; et istas iiij.or leire laborat illas Judex Vimarañ., et dat inde annuatim Domino Regi ij. varas bracalis et ij. taligas panis. Item, dixit quod in ipso loco de Sental jacent alie iiij.or leire; et subtus chausam de Penna magna iij. leire; et in cortina de Penna magna j. leira; et in Cardido subtus marcum j. leira: et dant inde modo j. taligam panis, et si Maiordomus noluerit istam taligam debent ei dare terciam partem omnium fructuum: et hoc Regalengum laborant homines hominum Vimarañ. et debent inde dare terciam partem omnium fructuum. Item, dixit quod Campus de quartis est regalengus, et dant inde annuatim Domino Regi ij. quartarios avenarum, et ij. capones, et xx. ova de dadiva. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius; dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Fernandus Pelagii, Petrus Petri, Gunsalvus Gunsalvi, Giraldus Laurencii, Egidius Martini, Petrus Johannis, D. Martini, Suerius Egee, Petrus

Pelagii, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 702.

Selho — S. Jorge de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Jorgii inter Avem et Selium et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Johannes Menendi juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Monasterii de Costa et gubernatorum ipsius Ecclesie. (2) Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxvj. casalia, et tria sunt inde Sancte Marie Vimarañ. et pectant vocem et calumpniam et vadunt ad chamatum; et tria sunt Alfonsi Petri et Orrace Manteiga, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et duo sunt Sancti Martini de Candaoso et habuit ea de testamento, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et aliud est Hospitalis et nescit unde habuit illud; et aliud est Alfonsi Petri lactis Vimaran. et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Monasterii de Cerzedello et nescit unde habuit illud, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Johannis Curruti et Pelagii Petri, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Marie Johannis herdatricis, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et v. casalia sunt Monasterii de Costa et nescit unde habuit ea, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et unum istorum v.^e dat annuatim Domino Regi viij. varas bracalis, et j. taligam tritici, et unum cabritum, et j. spatulam cum xij. costis, et j. alqueire castanearum, et hoc casale est de Barrio; et aliud casale de Aravalde dat x. varas bracalis, et j. spatulam cum xij. costis, et j. alqueire castanearum, et j. taligam tritici; et aliud casale de Rabaldo fuit de germanitate istorum qui faciunt forum supradictum, et Maiordomus querit semper et pignorat pro ipsa derectura, et nescit si dant ei si non ipsam derecturam; et aliud est Johannis Bitouti Vimarañ. et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat annuatim Domino Regi iiij. varas bracalis et j. cabritum pro fussadaria, et solelabat dare maiordomo arearum annuatim iij. quartarios panis et j. quartam vini, et modo habet bene x. annos quod non dat. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et duo sunt ipsius Ecclesie et habuit ea de testamento, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et tria casalia sunt Domini Regis. Interrogatus cujusmodi forum faciunt Domino Regi, dixit quod dant singulas spatulas, et singulas taligas centeni, et singulos cabritos, et singulos capones, et x. x. ova, et vij. vij. varas bracalis, et singulos caseos, et singulos franganos, et singulas gallinas quando Dominus Rex transierit citra Dorium, et singulas geiras in qualibet septimana quilibet homo per se; et aliud casale quod vocatur de Veiga dixit quod fuerunt duo et tornaverunt illud in unum, et dat annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. sextarium tritici, et ij. capones, et xx. ova, et j. cabritum, et j. caseum, et xiiij. varas bracalis, et j. almude vini; et dat unum casale istorum trium quod vocatur de Milio j. leitigam annuatim Domino Regi: et istud casale supradictum quod vocatur de Veiga tenet illud Judex Vimarañ. in prestimonio: et ipsa alia duo casalia supradicta Domini Regis comparaverunt ea Alfonsus Beixodo et Orraca Manteiga comparavit unum, et Johannes Bitouto comparavit aliud, et tamen faciunt totum suum forum Domino Regi, nisi quod dant singulos morabitinos annuatim de intrata illis qui comparaverunt ipsa casalia. Item, dixit quod Johannes Bitouto accepit unam vessatam in Belote de ipso casali Domini Regis et valavit eam, et fecit in ipsa vessada bonum pomarium, et non dat inde Domino Regi ullum forum, et solebant inde dare de ipsa vessata annuatim Domino terciam partem omnium fructuum. Item, dixit quod de ipso casali accepit unum campum magnum in Linnaribus, et unam lei-

---

(1) *Lovegelli:* Novegilde, casal. Veja-se a nota ao doc. n.º XLII.—*Outarii lavati:* Outeiro Levado, lugar.—*Cardido:* lugar.—*Varzena:* Varzea Cova, lugar.

(2) No meado do seculo XVII o padroado pertencia ao Cabido de Braga; no primeiro quartel do seculo XIX, em virtude de sentença, era do Convento da Costa, que sómente o manteve na apresentação de dous parochos, porque em 1828 por sentença da Relação de Lisboa voltou ao dito Cabido. (Arch. da Cam. Ecc. de Braga, Estados Igrejarios, maço 5.º da letra J).

ram in Agro, et alium campum in Strozi, et alium campum in Pomarino, et j. leiram in Veiga et omnes istos campos et leiras supradictas accepit Johannes Bitouti de ipso casali Domini Regis, et misit illos campos et illas leiras in suo casali: tamen dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum. Item, dixit quod Alfonsus Bexudo accepit unum campum subtus Barro de casali Domini Regis, et misit illum campum in alio suo casali, et non facit de illo ullum forum. Item, dixit quod filii Johannis Mauri comparaverunt unum campum in Riparia Selii veream que fuit casalis de Midi. Item, dixit quod Orraca Nuniz et Alfonsus Bexodo comparaverunt duas pezas et unam circa veream et aliam circa flumen in molendino. Item, dixit quod in Riparia Selii stat unus molendinus in termino illius casalis. Item, dixit quod Cerzedelo habet terciam istius molendini et Sancia Fernandi Vimarañ. habet duas partes, et levant medietatem panis quod debebat levare Dominus Rex et non levat, et non dant inde Domino Regi nisi vij. varas bracalis. Item, dixit quod campus de Golfamir solebat inde dare habere *(sic)* Dominus Rex porcionem de mouta ad inferius cum sua riparia, et modo tenet illud Monasterium de Costa. Item, dixit quod in chousa Alfonsi Bexudo et Orrace Nunis jacet una leira, et solebant inde dare terciam partem omnium fructuum Domino Regi et j. gallinam, et modo dant inde quicquam. Item, dixit *(sic)* si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod in loco qui dicitur Temporarius jacet ibi unus campus; et in cortina de Veiga jacet ibi unus campus; et istos campos laborant casalia de Veiga, et dant terciam partem omnium fructuum. Item, dixit quod in loco qui dicitur Sautus jacet ibi unus magnus campus, et dant inde annuatim Domino Regi j. quartam vini, et j. varam bracalis; et dixit quod in alio loco qui dicitur Fosim jacet una leira; et in Paleira jacet j. leira; et in alio loco qui dicitur Campus Stephani jacent ij. leire. Item, dixit quod in Sanguinali jacet ibi unus campus, et dant inde annuatim j. caponem, et j. quartam vini. Item, dixit quod in Campo plani jacet ibi unus campus, et dant inde annuatim ij. denarios. Item, dixit quod Campus riparie est regalengus, et dant inde annuatim Domino Regi j. caponem et j. quartam vini; et circa Molendinum de Coruchi jacet unus campus; et circa Riparium de Midi jacet ibi ij. senarie magne, et de una dant annuatim que jacet circa rivulum ij. capones, et de alia dant vij. varas bracalis, et audivit dici quod solebat ibi stare unum casale Domini Regis et adhuc stant ibi paridenarii; et inter senariam ipsam et Sanguinalem jacet alius campus magnus; et in Senlarea jacet ibi alius magnus campus; et subtus Barrum jacet ibi una leira: et de istis leiris ambabus dant annuatim Domino Regi ij. capones, et xx. ova, et j. solidum pro almeytiga, et j. sextarium panis pro heiradiga: et circa Riparium de Midi in dias jacet ibi unus campus cum castinariis, et dant inde annuatim Domino Regi j. caponem, et x. ova; et in Boda jacet ibi unus campus; et totus terminus Aque levate istius collationis ultra Riparium de Midi et citra est totus regalengus, et laborant illum casale Sancte Marie Vimarañ. et casale Sancti Martini de Candaoso et homo Domini Regis qui sedet in casali Alfonsi Bexudi, et dant inde annuatim Domino Regi vij. varas bracalis, et ij. capones, et xx. ova, et j. solidum pro almeitiga, et j. sextarium panis pro heiradiga; et in Linnaribus j. leira; et in vinea quintane jacet ij. peze campi; et totus sautus de Felgis est regalengus, et dant inde annuatim Domino Regi iiij. solidos, et terciam partem panis et homines Alfonsi Johannis canonici Vimarañ. colligerunt de isto sauto ultra vallum, et non dant inde Domino Regi ullum forum; et in Cornido jacet unus campus; et Camba jacet j. leira; et in Carreiro una leira ultra viam et citra viam; et (in) Archacha jacent tres campi magni, et dant inde annuatim Domino Regi ij. capones; et in Varzenela jacet ibi unus magnus campus: et totum hoc Regalengum laborant homines Alfonsi Bexudo et homines Orrace Manteiga et homines Alfonsi Petri et homines de Costa, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum. Item, dixit quod quintana Portelle est herdatorum, et dant inde annuatim Domino Regi viij. varas bracalis, et j. cabritum, et ij. capones, et j. almude castanearum, et j. almude vini pro fussadaria, et pectant vocem et calumpniam; et vadunt ad chamatum, et dant luctosam. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod quis moratur in Çasali de Burgo debet esse Maiordomus Terre. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Gunsalvus Menendi, Johannes Martini, Petrus Subjerii, Martinus Johannis, Pelagius Subjerii, Gunsalvus Egee,

omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 711.

Selho — S. Lourenco de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Laurencii de Louredo et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Menendus Petri, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est filiorum et nepotum Domini Petri Alvitiz (2) et ad presentacionem ipsorun Bracarensis (Archiepiscopus) priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, dixit quod non. Interrogatus si faciunt aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione dixit quod xvij. casalia, et unum est Sancte Marie Vimarañ.; et tria sunt Judicis Vimarañ.; et aliud est Fernandi Johannis et Petri Johannis Vimarañ.; et aliud est Burii et habuit illud de testamento; et aliud est Petri Gati Vimarañ.; et aliud est Petri Stephani Vimarañ: et de istis ambobus casalibus dant inde annuatim Domino Regi j. taligam panis, et j. gallinam vel j. quartam vini: et aliud est Martini Reymondi Vimarañ.; et unum casale et medium est Domne Marie; et medium casale est Johannis Varal; et aliud est filiorum Gunsalvi Petri; et aliud est Sancie Alvim; et aliud est Petri Gunsalvi et tenet domos in Ingenio et terrenos quantum laborat est regalengum; et duo casalia sunt Domini Regis, et dant inde annuatim Domino Regi ij. spatulas cum xij. xij. costis, et singulos capones, et x. x. ova, et singulos cabritos, et vij. vij. varas bracalis, et dant terciam partem omnium fructuum et dant pro heiradiga j. quartarium panis. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod in Ripa Selii jacent due vinee regalenge, et dant inde annuatim terciam partem vini, et singulos puzales vini de heiradiga; et in eodem loco in Riparia Selii jacet ibi unus magnus campus; et in Scorregadoira jacet ibi una leira, et dant inde annuatim terciam partem omnium fructuum. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Et omnes isti homines qui morantur in ista collacione pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et in Refoyo jacet unus sautus, et dant inde unum caponem et x. ova. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Pelagius Johannis, Vincencius Pelagii, Stephanus Petri, Petrus Gunsalvi, Johannes Petri, Laurencius Petri, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 718.

Serafão — S. Julião de

Hic incipit inquisitio Sancti Juliani de Celafano et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Pelagius Johannis, juratus et interrogatus cujas est ipsa Eeclesia, dixit quod est Domini Regis et ad presentacionem Domini Regis (Bracarensis Archiepiscopus) Domnum Julianum in priorem constituit in eadem. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod non habentur ibi casalia, sed dixit quod omnes qui ibi habitati fuerint in ipsa collacione qui fecerint focos debent dare singulas spatulas cum xij. costis, et singulos cabritos, et singulos lectones si eos habuerint, et dant singulas gallinas, et quartam partem omnium fructuum, et pectant vocem omnes et calumpniam, et vadunt ad chamatum et dant luctosam. Item, dixit quod de duobus casalibus ipsius Ecclesie quod non faciunt ullum forum Domino Regi. Interrogatus quare non dant inde spatulas sicut dant de aliis supradictis, dixit quod nescit. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod omnes esse Maiordomi Terre. Item, dixit quod de Loordelo faciunt omnes tale forum per totum sicut ista supra-

---

(1) *Barrio:* Bairro, lugar. — *Aravalde, Ravaldo:* Arrabalde, casal. — *Sautus:* Souto (Ponte do), lugar. — *Portella:* quinta. *Varsenella:* Varziella, lugar no Paraiso, limitrophe.

(2) O padroado pertenceu posteriormente a uma das cadeiras da Collegiada de Valença, por esta Egreja estar annexa á de S. Martinho de Candoso, que era unida á referida cadeira. (Arch. da Cam. Ecc. de Braga, Estados Igrejarios, maço 2.º da letra L.).

(1) *Louredo:* lugar.

dicta. Interrogatus si debet esse aliquis forarius, dixit (quod) omnes debent esse Maiordomi Terre quilibet per se. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Petrus Petri, Gomecius Pelagii, Menendus Petri, Petrus Petri, Martinus Johannis, Bartolomeus, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 734.

Serzedo — S. Miguel de

Hic incipit inquisitio Sancti Michaelis de Cerzedo et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Menendus Gomecii, prelatus ejusdem Ecclesie, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est herdatorum et gubernatorum ejusdem Ecclesie. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxxij. casalia, et vj. sunt Palumbarii et habuit ea de testamento, et v. casalia pectant vocem et calumpniam et vadunt ad chamatum; et tria casalia sunt Sancti Vincencii de Sausa et nescit unde habuit ea, et non faciunt ullum forum Domino Regi. Interrogatus quare, dixit quod jacent in cauto Palumbarii. Et viij. casalia et medium sunt ipsius Ecclesie cum illo casali quod vocatur de Fabrica de Segova et habuit ea de testamento, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et unum casale et medium est filiorum Ouruane herdatorum, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et duo sunt filiorum et nepotun Menendi Mauri, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et aliud est filiorum et nepotum Petri Guteriz herdatorum; et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et aliud est filiorum et nepotum Domne Lupe; et aliud est Ecclesie Sancti Laurencii et nescit unde habuit illud, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est filiorum et nepotum Menendi Condi herdatorum et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et medium (casale) est Sancte Marie Vimarañ. et jacet in campo Palumbarii: et dixit quod omnes herdatores dant luctosam: et de hereditate de Murvala dant inde annuatim Domino Regi iij. varas bracalis pro fussadaria; et de hereditate que fuit Pelagii Vela dant inde annuatim Domino Regi vij. varas bracalis pro fussadaria. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod non. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Johannes Garcie, Vincencius Johannis, Martinus Fernandi, Durandus Johannis, D. Garcie, Menendus Petri, Vincencius Fernandi, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 703.

Sever — Santa Maria de

Item in collatione sancte Marie de seuer Dominicus menendi proposto iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus nec habet Regalengum set dant domino Regi annuatim de fossadaria pro Januario scilicet de hereditate de seuer. vj. denarios. Item de hereditate de Ripparia. iiij. denarios. Item dant domino Regi annuatim pro Madio de caritel scilicet de duobus casalibus de Seuer et de casali de campo et de duobus casalibus de Ripparia et de uno casali de lama et de. iij. casalibus de Outeiro. dant. iij. iij. uaras de bragal. et de casali de lama quod est Petri pelagiz dant. j. uara media de bragal. Item dixit quod cauta de honores noui et foraraij domini Regis et ame militum non sunt ibi et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de nouo. Item dixit quod in ista collatione intrat Maiordomus dominj Regis et pectant uocem et calumpniam et dant loitosam dominis suis.

Petrus petri — Petrus menendi — fernandus menendi — Johanes petri — fernandus iohanis

(1) *Loordelo:* Lordello, lugar.

(1) *Segova:* Segoiva, lugar.

—iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus menendi. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Inquirições de D. Affonso 3.º*, Liv. 9.º, fl. 31.

Silvares — Santa Maria de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancte Marie de Silvaribus et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Vincencius Ooriz, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Sancte Marie Vimarañ. Interrogatus unde habuit eam, dixit quod nescit: tamen dixit quod stat in medio Regalengi et modo tenet eam Alfonsus Johannis canonicus Vimarañ. de manu canonicorum Vimarañ. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, dixit quod nescit. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quod casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xlviij. casalia, et tria sunt inde Martini Pelagii de Rochela in Fonteelo, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et ista casalia sedent inde capita eorum in Ingenio; et unum casale est Monasterii de Rooriz et habuit illud de testamento, et pectat vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; at aliud est Marie de Monte, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Menendi Fafiz, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Monasterii de Costa et habuit illud de testamento herdatorum, et pectat vocem et calumpniam et vadit ad chamatum; et aliud est Petri Johannis Verve, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Sancti Martini de Candaoso, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Sancti Jenesii, et pectat vocem et calumpniam, et dat annuatim Domino Regi j. caponem. Item, dixit quod in Ardam habentur ibi duo casalia et sunt ambo Sancte Marie Vimarañ. et nescit unde habuit ea, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum. Item, dixit quod casale Ripe Avis quod fuit Domni Salvatoris herdatoris cum sua germanitate, pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dant inde annuatim Domino Regi ij. spatulas cum xij. xij. costis, et j. caponem, et j. cabritum, et ij. varas bracalis pro fussadaria: et de hereditate Menendi Rubei herdatoris cum sua germanitate pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dant inde annuatim Domino Regi unam spatulam cum xij. costis, et vj. taligas avenarum, et iij. varas bracalis: et de hereditate Laurencii Martini Travanca in Ripa Avis dant inde annuatim Domino Regi j. sextarium avenarum. Item, dixit quod in Froiam habentur ibi duo casalia et sunt ambo Laurencii Martini de Travanca, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum. Item, dixit quod in Polumbarii habentur ibi duo casalia, et unum est Johannis Corrupti, et aliud est Sancti Martini de Candaoso, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum. Johannes Menendi et Gunsalvus Menendi jurati et interrogati dixerunt quod de illa hereditate supradicta Laurencii Martini Travanca debebant dare inde annuatim Domino Regi v. taligas panis. Item, dixit in Venadi habentur ibi duo casalia, et unum est Juliani Durandi herdatoris, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et aliud est Domini Regis, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum: Et istud casale Domini Regis vocatur de Merloos (et) tenebat domos in Regalengo, et tolluerunt istas domos de Regalengo et filiaverunt petram istorum domorum et fecerunt inde alias domos in hereditate ingenia, et modo stat casale Domini Regis hermum et laborat illud ipse Julianus Durandi supradictus. Interrogatus cujusmodi forum faciunt inde Domino Regi, dixit quod dant inde annuatim Domino Regi unam spatulam cum xij. costis, et j. cabritum, et vij. varas bracalis, et j. quartarium panis de heiradiga, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum. Item, dixit quod Pelagius Petri et Alfonsus Gunsalvi et Alfonsus Pelagii fecerunt ibi unam magnam vineam in Regalengo Domini Regis, et non faciunt inde ullum forum Domino Regi. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Isti sunt termini istius vinee: incipitur in Ecclesia Fontis; deinde ad Perariam de Angussa; deinde ad Persegarios veteros; deinde ad Moutas cu-

(1) *Sever* é um lugar da freguezia de S. Martinho de Sande, na qual esta já estava incorporada no fim do seculo XVI, tendo porem ainda registro separado. (Arch. parochial de Sande, S. Martinho).—*Ripparia:* Ribeira, lugar.—*Campo:* lugar.

biti; deinde ad Castinariam; deinde ad Regalengum subtus viam: et ista vinea et devese et sauti quanti ibi jacent sunt regalengui. Item, dixit quod in alia villa que vocatur Silvares habentur ibi vj. casalia, et iiij.^{or} sunt inde Orrace Manteyga cum sua germanitate, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dant inde annuatim Domino Regi vj. varas bracalis, et iij. capones, et j. cabritum, et xx. ova de derectura; et duo casalia sunt Petri Subjerii canonici Vimarañ. et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et unum istorum duorum in quo moratur Pedrom dat annuatim Domino Regi vj. denarios et iij. almudes de cebata. Item, dixit quod in Polumbarii jacet ibi una vinea magna et tenent illam Johannes Corrutus et Fernandus Martim Rubei, et dant inde annuatim Domino Regi j. modium vini de foro. Interrogatus si ista vinea est regalenga, dixit quod nescit. Item, dixit quod in Muza habentur ibi tria casalia, et unum est Monasterii de Costa et comparavit illud de herdatoribus ex longo tempore, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat annuatim Domino Regi j. taligam panis, et j. franganum; et aliud est Petri Subjerii canonici Vimarañ., et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Johannis Salvatoris et aliorum herdatorum, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dant inde annuatim Domino Regi j. caponem et x. ova, et dant luctosam. Item, dixit quod in Mourili habentur ibi v. casalia, et tria sunt inde Sancti Martini de Candaoso et habuit ea de testamento herdatorum, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et aliud est Johannis Salvatoris et ejus so(ro)ris, et pectant vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Domini Regis. Interrogatus cujusmodi forum faciunt de isto casali Domini Regis, dixit quod dant inde annuatim j. spatulam cum xij. costis, et iij. almudes tritici, et j. cabritum, et iij. capones, et xxx. ova, et xxviij. varas bracalis, et modo dant iiij. modios panis, et si istos iiij.^{or} noluerint dare dêbent inde dare terciam partem omnium fructuum, et iiij.^{or} solidos de pedida, en j. pernam carnarii, et hoc casale tenet illud Judex Vimarañ. in prestimonio. Item, dixit quod in Moucis habentur ibi tria casalia et sunt inde Domini Regis, et dant inde annuatim Domino Regi quodlibet per se j. spatulam cum xij. costis, et j. alqueire castanearum, et j. cabritum, et j. leitonem, et quando Dominus Rex transierit citra Dorium dant singulas gallinas una vice in anno, et terciant panem in agro, et capiunt ipsam terciam partem Domini Regis, et levant illam terciam Domini Regis ad aream Domini Regis, et debent barrare aream, et debent inde malare panem ipsum, et postquam panis fuerit malatus debent ducere illum ad celarium Vimarañ., et faciunt ramatam in Vimarañ. pro Domino Rege quandocumque eos clamaverint. Item, dixit quod in Cenaes habentur ibi v. casalia et sunt inde Domini Regis, et dant inde annuatim Domino Regi quodlibet per se j. spatulam cum xij. costis, et j. sextarium tritici, et j. cordarium album, et vij. varas bracalis, et j. caponem, et j. franganum, et unum caseum, et terciam partem omnium fructuum, et dant singulos quartarios panis et singulos puzales vini pro heiradiga. Item, dixit quod in Requiam habentur ibi iiij.^{or} casalia, et duo sunt Fernandi Johannis et Michaelis Pelagii canonici, et sunt collacionis Sancti Johannis de Ponte, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et duo sunt Domini Regis. Interrogatus cujusmodi forum faciunt Domino Regi, dixit quod dant inde annuatim Domino Regi ij. spatulas cum xij. xij. costis, et iij. taligas tritici, et ij. cabritos, et ij. capones cum xx. ovis, et ij. franganos, et ij. caseos, et xx. varas bracalis, et terciam partem omnium fructuum, et terciam vini de una vinea nova quam ibi fecerunt, et de vinea vetera dant inde annuatim Domino Regi medietatem vini. Et omnia ista casalia regalenga dant geiras Domino Regi quodlibet per se una vice in septimana, et dant omnes luctosam. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod in vinea de destro ipsius Ecclesie, ubi incipit per carreirum de Cruce quomodo vadit per vallum veterum, totam ipsam vineam in circuitu, nisi unum paucum contra Ecclesiam, quantum colligerunt ultra vallum tam devesas quam vineas quam sautos et quantum jacet extra istos valatos est totum Domini Regis.

Item, dixit quod de Petra de lagarto, que stat in via que tenet signum de Malio, deinde per subtus puteum in directo de petra a sso pee per carcavam, et deinde ad lamam quam rumperunt, deinde ad salgueyralium, et istud Salgueyralium est Domini Regis per vineam daroy, deinde ad fisgam petre sicut partit per

ipsos marcos qui sedent in leiris que stremant Regalengum. Incipit in ripario; deinde ad Petram planam, et jacet ibi unus parvus campi in ipso loco ingenius et est marcatus et bene notus; deinde ad fontem de Carazedo; deinde ad Petram covam que stat inter riguiloo et inter Penam covam; deinde ad Petram de scaada; deinde ad Petram de aresivo; deinde ad Petram forcatam: et quantum jacet intus in istis termis conchousis et vineis et devesis est totum Domini Regis. Et dixit quod in Lamis jacent ibi x. leire, et in Quintas jacent ibi iij. leire; et in Cancada jacet una leira. Item, dixit quod omnia supradicta casalia que regalenga non sunt laborant istum Regalengum, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, et dant omnes derecturas suis dominis domorum, et dant porcionem panis Domino Regi. Interrogatus quare dant istas derecturas ipsis dominis domorum, dixit quod propter quod fecerunt domos in sua hereditate. Et de magis de quanto laborant est totum regalengum maior pars.

Item, dixit quod Suerius Gunsalvi juratus et interrogatus dixit quod in forno de portu ubi fecerunt tegulam quod est regalengus ipse campus qui ibi jacet, et Orraca Manteyga cum sua germanitate dant annuatim ij. quartarios panis de heiradiga de regalengo quod laborant.

Item, dixit quod in valle Casalis de Pediom jacet ibi unus campus, et dant inde annuatim quando ibi milium est seminatum j. taligam milii de foro. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Petrus Petri, Menendus Pelagii, Petrus Petri, Petrus Johannis, Menendus Martini, Fernandus Petri, Petrus Petri, Petrus Martini, Johannes Vincencii, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Port. Mon. Hist., Inquisitiones,* pag. 718.

Souto — Santa Maria de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancte Marie de Sauto et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Petrus Johannis, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est filiorum et nepotum Domini Gomecii Petri de Sauto et herdatorum ipsius loci (1) et ad presentationem ipsorum Bracarensis Archiepiscopus Simeonem Godini in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xix. casalia et iij cabanarii, et ix. sunt inde ipsius Ecclesie et habuit ea de testamento, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et v.e sunt filiorum et nepotum Domni Laurencii Fernandi de Coyna; et v. casalia sunt Monasterii de Sauto et habuit ea testamento, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum: et ipsi herdatores predicti pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum: et de hereditate Gunsalvi Froye dant annuatim Domino Regi iij. varas bracalis pro fussadaria; et de hereditate que fuit Marie Fernandi de Penela cum sua germanitate dant annuatim Domino Regi ij. varas bracalis pro fussadaria; et de hereditate que fuit Pelagii Cani solebant inde dare annuatim Domino Regi iij. varas bracalis pro fussadaria, et modo non dant inde nichilum. Interrogatus quare, dixit quod comparaverunt ipsam hereditatem Milites de Cuyna et Ecclesia, et non dant inde nichilum. Et de hereditate de Cartemiros dant inde annuatim Domino Regi iij. varas et mediam bracalis pro fussadaria: et dant omnes luctosam. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit

---

(1) *Fonteello:* Fontêlo, lugar.—*Ardam:* Ardão, lugar.—*Ripa Avis:* Riba d'Ave, lugar.—*Polumbarii:* Pombal, é nome de campo.—*Venadi:* Viande, lugar, ?—*Ecclesia Fonte:* é conhecida a Fonte da Egreja.—*Persegarios:* Pecegueiros, é nome d'um campo.—*Castinariam:* Castanheira, é nome d'um campo.—*Muza:* Murça, casal.—*Maurili:* Mouril, lugar.—*Moucis:* Moucos, lugar.—*Cenaes:* Senães, aldeia.—*Requiam:* Requião, lugar.—*Fontem de Carazedo:* Fonte de Sirzedo.—*Petram covam:* Penacova, casal.—*Lamis*, Lamas, nomes de campos.—*Quintas:* nomes de campos.—*Cancada:* nome de campo.

(1) Em 1272, sendo já da corôa metade do padroado, o procurador d'El-rei fez citar quem se julgasse com direito á metade restante e não apparecendo ninguem foi julgado por sentença que era no todo do Rei. Em 21 d'abril do dito anno, por carta dada em Braga, D. Affonso III apresentou, e o Vigario geral do arcebispado collou, na metade do padroado a Martinho Alvello, que anteriormente fora apresentado na parte não duvidosa. (Arch. da T. do T., Gaveta 19, maço 13, n.º 76; e Livro 2.º dos Padroados, fl. 85).

quod in Villar jacet ibi una vinea, et dant inde annuatim Domino (Regi) terciam partem vini; et in Sepal j. leira, et Subtus fozum j. leira, et de istis leiris dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum. Interrogatus si habetur ibi aliquis homo forarius, dixit quod nepotes Gunsalvi Froye debent esse Maiordomi, et filii et nepotes Domni Guimari debent esse Maiordomi Terre et arearum. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est D. Johannes, Johannes Laurencii, Petrus Fernandi, Johannes Petri, Johannes Pelagii, Johannes Menendi, Johannes Gomecii, Pelagius Johannis, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 715.

Souto — Salvador do Mosteiro de

Hic incipit inquisitio Monasterii de Sauto et omnium parrochianorum ejusdem Monasterii. Martinus Menendi, juratus et interrogatus de ipso Monasterio cujas erat illud Monasterium, vel si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, vel si debet abadare illud, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxxiij. casalia et ix. herdatores qui non sedent in casalibus nisi in quebratis, et xxvj. sunt inde ipsius Monasterii et habuit ea de testamento, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et aliud est Petri Alvari et Fernandi Johannis, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et tria sunt Ecclesie Sancte Marie de Sauto et nescit unde habuit ea, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et aliud est Sedis Bracarensis, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et una quintana est Militum Outarii; et aliud est Fontis Arcate et habuit illud de testamento, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum: et herdatores pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum, et dat unus istorum herdatorum Martinus Menendi cum sua germanitate annuatim Domino Regi vij. varas bracalis pro fussadaria, et dant luctosam: et de hereditate de Baral que fuit Domni Alfonsi debebat dare vij. varas (et mediam) bracalis pro fussadaria, et modo non dat nisi quimque varas et quartam, et alias duas varas et quartam debebat dare illas Monasterium de Sauto de hereditate quam mandaverunt ipsi Monasterio herdatores, et modo ipsum Monasterium non dat ipsas duas varas et quartam; et de hereditate que fuit de Domno Oveco de Baral solebat dare iij. varas et mediam bracalis annuatim Domino Regi pro fussadaria, et modo non dat nisi iij. varas, et aliam mediam varam debebat dare Monasterium de Sauto et non dat, et de alia hereditate de Cartemiros solebat dare iij. varas et mediam bracalis pro fussadaria, et modo non dat nisi iij. varas bracalis, et aliam mediam varam debebat dare Monasterium de Sauto et non illam dat; et de hereditate de Naval dant inde annuatim Domino Regi iij. varas et mediam bracalis pro fussadaria; et de hereditate que fuit de Menendo Ferro dat annuatim Domino Regi j. varam bracalis pro fussadaria. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod in loco qui dicitur Palacia jacent ibi xxiiij. vessate, et dant annuatim Domino Regi de xx. et una vessata de ofrecione x. morabitinos et medium veteros, et xx. capones, et xx. franganos, et cc. ova; et pro tribus vessatis dant annuatim Domino Regi iij. taligas de cevada, et terciam partem omnium fructuum: et dant de heiradiga de xij. taligis unam quilibet homo per se. Item, dixit quod de pradis quos ibi faciunt dant annuatim Domino Regi ij. morabitinos pro illis; et in eodem loco stat ibi una devesa, et dant inde de tribus in tribus annis Domino Regi j. morabitinum pro illa; et in alio loco qui dicitur Noval in Casali Fontis Arcate jacet ibi una vinea, et dant inde annuatim Domino Regi j. gallinam, et x. ova, et terciam partem vini; et in alio loco qui dicitur Costa jacet ibi j. leira vinee, et dant annuatim pro illa ij. solidos et medietatem vini. Item, dixit quod in vinea que fuit Menendi Ferri jacet ibi in medietate ipsius vinee una leira, et dant inde annuatim terciam partem vini; et in Casali de Lagena jacet una leira de vinea, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem vini; et in Outario de Baral jacet ibi una leira cum vj. castinariis, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem castanearum; et in Carregal jacet unus sautus, et dant inde annuatim ter-

(1) *Penella*: lugar.

ciam partem castanearum, et unam gallinam; et in Painzaes jacet ibi una vinea, et dant inde annuatim Domino Regi terciam vini; et in Germundi jacet alia vinea, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem vini; et in alio loco qui dicitur Nugaria jacet unius sautus, et dant inde annuatim Domino (Regi) terciam partem omnium fructuum, et totus ipse mons Vilarini est regalengus, et dant inde annuatim Domino Regi vj.[tam] partem omnium fructuum; et in alio loco qui dicitur Gralal jacet ibi unum magnum Regalengum, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum; et in alio loco qui dicitur Tegule jacet ibi unus magnus campus, et dant inde annuatim Domino Regi vj.[tam] partem omnium fructuum; et in eodem loco jacet ibi una devesa; et in Xeiyxal jacet unus magnus campus, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, et dant terciam morabitini pro ofrecione; et in Sauto plano jacet ibi una bauza, et est medietas Domini Regis et alia medietas est Monasterii de Sauto, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum; et in Agrelo jacet ibi unus magnus campus et mons et dant inde annuatim Domino Regi vj.[tam] partem omnium fructuum. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod nepotes Gunsalvi Froye debent esse Maiordomi Terre et arearum. Item, dixit quod audivit dici quod filii et nepotes Domni Guimari debent esse Maiordomi Terre et arearum. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Johannes Petri, Petrus Pelagii, D. Petri, Martinus Menendi, Menendus Laurencii, Johannes Subgerii, Petrus Johannis, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet sicut primus (1)

Vide *Ibidem*, pag. 714.

Taboadello — S. Cypriano de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Cipriani et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie. Martinus Petri, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est herdatorum et gubernatorum ipsius Ecclesie. (1) Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxj. ca salia, et duo sunt inde uxoris et filiorum Didaci Vimarañ. et pectant vocem et calumpniam et vadunt ad chamatum; et aliud est Petri Subjerii et Petri Laureneii Vimarañ et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Vilarini et nescit unde habuit illud, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Hospitalis et Leprosorum et herdatorum, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et duo et mediun sunct Sancte Marie Vimarañ. et nescit unde habuit ea, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et aliud est Petri Martini Vimarañ. et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Stephani Menendi Vimarañ. et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est cantoris Vimarañ. (et) pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Joanini cum sua germanitate et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat luctosam; et aliud est Johannis Petri cum sua germanitate, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Johannis de Bene coquinarii Domini Regis cum sua germanitate, et dant iiij. varas bracalis pro fussadaria; et aliud est Sancie Geraldi; et aliud est Sancti Petri de Porvularia; et medium casale est Johannis Lupi Vimarañ.; et v. casalia sunt Domini Regis. Interrogatus cujusmodi forum faciunt inde Domino Regi, dixit quod dant annuatim Domino Regi quilibet per se j. spatulam cum xij. costis, et j. cabritum, et terciam partem omnium fructuum, et medietatem vini et levant illud ad Vimarañ. ubi sedet cupa Domini Regis: et omnia ista casalia pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum et dant luctosam. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod in loco qui dicitur Redondelo jacent due leire magni campi; et in Travessa jacent duo campi magni; et in

(1) *Baral:* Barral, casal.—*Naval:* Noval, lugar.—*Lagena:* Lage, lugar.

(1) O padroado passou para o parocho de S. Faustino de Vizella, a que esta estava annexada perpetuamente. (Arch. da Mitra de Braga, Livro Summario do arceb. D. Balthazar Limpo).

Forno jacet unus campus et j. vinea; et in Senaria jacet alia peza magna campi; et circa Sautum de Bordoma jacet una leira; et in campo de Proviceira ij. leire super viam, et alie due jacent subtus viam; et in Trigalibus jacet alia peza magna campi; et super casale Johannis Petri de Lavandaria jacet una vinea, de qua dant j. sextarium vini de heyradiga, et medietatem vini, et subtus domum Joanini j. leira; et Sautum de Longora est totus regalengus; et in Lama de plano j. leira cum iij. castinariis; et in Batoucos j. leira, et dant inde j. almude panis. Item, dixit quod in montibus ipsius collacionis sunt inde due partes Domini Regis et tercia pars est herdatorum ipsius ville, et modo rumpunt in ipsis montibus et faciunt bonas vineas et nolunt quod rumpant homines Domini Regis qui sedent in suis casalibus, dixit quod ipsi homines Domini Regis querebant ipsos montes qui erant Domini Regis, et venit cantor Vimarañ. et trosquiavit inde iiij.or homines Domini Regis pro ipsa demanda quam postulabant Domini Regis, et percussit alios multos homines, et ipsos montes de Cerqueda qui erant Domini Regis, (et) quamvis venit carta Domini Regis quod misisset Judex in directo numquam misit in directo, et homines ipsius cantoris laborant ipsos montes qui sunt Domini Regis, et non dant ullum forun Domino Regi, et iiij.or (anni) sunt elapsi quod laborant ipsos montes. Item, dixit quod (in) Sauto de Refoioo jacet una leira magna regalenga cum castinariis, et non faciunt inde forum Domino Regi. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Item, dixit quod campus predictus de Trigalibus solebat rigari de iij. presis de corrego de hereditate Petri Martini et Stephani Menendi. Item, dixit Martinus Petri quod audivit dici patri suo et frati suo quod, sicut incipit in cabo de Levandaria eundo superius per rigum spinalis sicut se vadit ad presam veteram de planis sauti, et defense et vinee et hereditates sunt omnes regalenge. Item, dixit quod Johannes Egee herdator cum germanitate sua tenent captum de Regalengo quod vocatur Campus de figueyra, et non faciunt inde forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit, Item, dixit (quod) Laurencius Sujerii moratur cum Elvira Subjerii sorore ejus in Tovoadelo et sunt cabanarii, et non dant derecturas et debebant eas dare. Interrogatus quare non dant eas, dixit quod nescit. Item, dixjt quod in vinea de Barom jacet Regalengum sed nesciunt ubi jacet, et solebant inde dare vj. quartas vini annuatim Domino Regi et modo non dant. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et illam vineam tenet Fernandus Cadilius Vimarañ. Interrogatus quomodo scit hoc, dixit quod unum hominem bonum qui dicebat quod viderat inde levare porcionem predictam ad potecam Domini Regis. Et totum hoc Regalengum laborant homines Vimarañ. et herdatores et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, et medietatem vini. Item, dixit quod illud casale supradictum cantoris Vimarañ. fuit Domini Regis. Interrogatus quomodo scit quod fuit Domini Regis, dixit quod audivit dici suo soceri, quod viderat ipsum casale quando Gunsalvus Petri populavit ipsum casale pro de Domino Rege, et viderat inde levare derecturam et porcionem panis ipsius casalis Maiordomo Domini Regis. Martinus Pelagii dixit quod audivit dici patri suo quod viderat istud casale pro de Domino Rege, et quod viderat inde levare panem ad celarium Domini Regis. Item, Laurencius Subjerii dixit quod audivit dici patri suo quod viderat Domnum Bespim Maiordomum et quod levabat panem ipsius casalis ad celarium Domini Regis. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit. Johannes Petri, D. Petri, Martinus Pelagii, Martinus Petri, Laurencius Michaelis, Laurencius Subjerii, Johannes Egee, omnes isti peribuerunt predictum testimonum verbo et verbum quilibet per se. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 693.

Tagilde — Salvador de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Salvatoris de Taagildi et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie. Dominicus Petri juratus et

---

(1) *Porvularia:* Polvoreira, freguezia.—*Redondelo:* Talvez Redondo, lugar.—*Travessa:* nome de dous campos dos casaes da Egreja e do Pombal.—*Forno:* é conhecida a poça do Forno do casal da Egreja.—*Senaria:* Seára, campo do dito casal da Egreja.—*Bordoma:* Bordôa, casal em Pentieiros, que possue montados n'esta freguezia.—*Proviceira:* Preguiceiras, campo da quinta da Lama.—*Trigalibus:* Trigaes, campo da mesma quinta.—*Lavandaria:* Lavandeira, casal.—*Lama de plano:* talvez a quinta de Lama. Na quinta d'Alem, confinante, existem campos denominados Chãos.—*Batoucos:* casal. —*Figeyra:* campo e predio de habitação.

interrogatus cujas est ipsa Ecclesia dixit quod est Dompni Egidii Martini et aliorum militum, et ad presentationem ipsorum Bracarensis Archiepiscopus Martinum Dominici in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione dixit, quod xxxvij. casalia, et vij. casalia sunt ipsius Ecclesie et nescit unde habuit ea, et pectant vocem et calumpniam et vadunt ad chamatum; et vj. casalia sunt Monasterii Vilarini et habuit ea de testamento, et unum istorum vj. casalia quod vocatur Casale de muris pectat vocem et calumpniam et vadit ad chamatum. Interrogatus quare ista v. casalia non pectant vocem et calumpniam sicut istud unum, dixit quod jacent in capto. Interrogatus quis cauptavit ipsum cauptum, dixit quod Dominus Rex. Interrogatus qualis Rex fuit ipse, dixit quod nescit. Interrogatus quomodo est cautatum, dixit quod semper ita uti fuerunt in illis, et audivit semper dicere quod Dominus Rex cautavit ipsum locum. Et duo sunt Martini Fernandi Pimentelli; et aliud est Ordinis Templi et habuit illud de testamento; et duo sunt Monasterii de Cerzedello et habuit ea de testamento; et aliud est Vincencii Roderici; et aliud est Petri Johannis de Paua; et aliud est Sancti Johannis de Pendorada et habuit illud de testamento; et duo sunt Monasterii de Mancellos, et de istis duobus de casali quod vocatur de Turre est inde quarta pars Domini Regis et tenet eam quartam partem Judex Vimarañ. Interrogatus cujusmodi forum facit ista quarta pars Domino Regi, (dixit quod dat) quartam spatule, et mediam taligam tritici, et quartum cabriti, et medium caponis, et v. ova, et quartam almudi vini, et quartam almudi castanearum, et iij. varas et mediam bracalis, et xxj. denarios pro meitega, et quartum casei, et quartum scane butiri et quartam unius galline, et quartum unius medii alqueiri farine tritici, et unum ovum et quartum pro lagariza, (et) quartam partem porcionis panis et vini et omnium fructuum: et omnia casalia supradicta jacent in ipso supradicto caupto: et unum est Hospitalis et nescit unde habuit illud, et non facit ullum forum propter privilegium suum; et tria sunt Monasterii Sancti Tirsi et habuit ea de testamento, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et duo sunt Dompni Egidii et Dompni Michaelis; et unum casale quod tenet April Pincalo est Domini Regis, et non facit ullum forum Domino Regi. Interrogatus quare non facit de illo ullum forum Domino Regi, dixit quod nescit. Et de isto casali faciunt inde tale forum Aprili Pincalo sicut aliud casale regalengum facit Domino Regi, et vj. casalia sunt Domini Regis. Interrogatus cujusmodi forum faciunt inde Regi, dixit quod tria casalia in quibus morantur Dominicus Pelagii et Johannes Garcie et Dompnus Silvester dant annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et ij. taligas tritici, et j. almude vini, et j. almude castanearum, et j. cordarium vel v. solidos et v. denarios pro illo, et ij. capones, et xx. ova, et iiij. bracales, et j. leitonem vel iij. solidos pro illo, et j. caseum et unam manteigam vel iij. solidos pro illis, et iij. solidos pro pedida, et hanc derituram predictam dat quilibet homo per se; et alia duo casalia istorum vj. dant annuatim Domino Regi singulas spatulas cum xij. xij. costis, et ij. ij. taligas tritici et singulos cordarios vel v. v. solidos, et v. v. denarios pro illis, et iij. iij. solidos pro pedida, et iij. iij. solidos pro leitone, et iij. iij. solidos pro caseo et pro manteiga, et singulos almudes vini, et singulos almudes castanearum, et xiiij. xiiij. varas bracalis, et ij. ij. capones, et xx. xx. ova; et ista predicta v. casalia dant annuatim vij. vij. solidos pro vita Maiordomo; et aliud casale dat annuatim Domino Regi unam spatulam cum xij. costis, et j. almude tritici, et j. caponem, et x ova, et xiiij. varas bracalis, et iij. solidos pro pedida, et j. franganum, et v. ova; et omnia ista predicta vj. casalia Domini Regis dant annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, et medietatem vini. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod in Camoso jacent ibi iiij. vessade magne quia bene potest habere in illis unum bonum casale, et laborant istas vessadas homines Militum et non dant inde ullam derituram Domino Regi, ergo porcionem panis; et in Agra de Pousoo jacet unus magnus campus, et dant de illo annuatim Domino Regi j. solidum de diritura; et in Portu de Lamas jacet una vessada magna; et in Codesaes jacet unus magnus campus, et dant annuatim pro illo unum caponem; et campus canarii est totus regalengum, et dant annuatim pro illo unam gallinam. Item, in Codesaes jacet ibi unus ma-

gnus campus, et dant pro illo annuatim xviij. denarios, et in isto campo stant tres paridenarii, et dixit quod sunt capita trium casalium; et in Bregada jacent ibi vij. vessade magne, et dant annuatim pro illis xxij. solidos et medium, et unum bracale; et in Pedregal jacet unus campus, et dant annuatim pro illo iiij. denarios; et in Carreiro jacet alius campus, et dant annuatim pro illo iiij. denarios; et in fundo de Agro de mouro jacet unus campus, et dant annuatim pro illo iiij. denarios; et in Parietibus jacet unus magnus campus, et dant inde annuatim Domino Regi j. taligam panis, et si Maiordomus istam taligam noluerit, dabit terciam partem omnium fructuum; et in Agro de canibus jacet unus campus, et laborat illum casale quod fuit Martini Bordom, et non facit de illo ullum forum Domino Regi; et in Retorta jacet ibi unus campus qui vocatur Campus Vimarañ.; et subtus quintanam Montis jacet ibi unus campus, et stat ibi unus paridenarius quia bene credit quod fuit caput casalis; et in vinea que fuit Martini Petri de Monte jacent due leire. Interrogatus in quo loco jacent ipse leire, dixit quod una leira jacet in medio ipsius vinee, et alia leira jacet in fine ipsius vinee, et dant annuatim pro illis j. franganum, et v. ova. Et subtus vineam Casalis Johannis jacet ibi unus campus et una devesa, et in Bugalal jacet ibi unus campus magnus, et stant ibi paridenarii et dixit quod (fuit) caput casalis, et dant inde annuatim iij. solidos pro meitiga. Interrogatus quomodo scit quod fuit caput casalis, dixit quod vidit homines qui viderunt ipsum casale populatum pro regalengo. Et subtus Presam de Bragadela jacet unus campus cum uvariis, et dant inde annuatim j. taligam panis, et si Maiordomus istam (taligam) noluerit debent dare inde terciam partem panis; et in Bajoca jacet ibi unus campus, et dant annuatim pro illo j. solidum; et subtus Casale Johannis jacet ibi unus campus, et dant annuatim pro illo j. gallinam, et v. ova, et j. taligam panis, et si istam taligam noluerit Maiordomus debet dare terciam partem panis; et in fine Campi linaris jacet unus campus, et dant annuatim pro illo j. gallinam, et v. ova, et j. taligam panis, et si Maiordomus istam taligam noluerit debet dare terciam partem omnium fructuum; et in Abelaria jacet unus magnus campus; et in Moraria britavit riparius qui currit per ipsum locum unam pausam Regalengui, et tenent illam herdatores de Barro, et non inde ullum forum faciunt Domino Regi; et in alio loco qui dicitur Campus de Ouzom jacet unus campus regalengus et dant inde annuatim j. taligam panis, et si Maiordomus istam taligam noluerit debent dare terciam partem omnium fructuum: et totum hoc Regalengum supradictum laborant illi homines Militum et Ordinum et herdatores, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, et medietatem vini. Item, dixit quod herdatores de Barro qui habent hereditatem in Fernandi dant annuatim Domino Regi vj. gallinas de foro, et xiiij. varas bracalis pro fussadaria; et de hereditate de Fernandi que fuit Martini Gunsalvi solebant inde dare annuatim Domino Regi ij. gallinas, et modo non dant illas propter Laurencium Martini Ferraz; et de casali Ulvarie de Riparia dant inde annuatim Domino Regi j. gallinam; et de casalibus de Penso dant annuatim Domino Regi j. gallinam. Item, dixit quod ad portam Johannis Gunsalvi stat una magna nugaria regalenga; et de casali de Cortinis dant inde annuatim Domino Regi iiij. varas bracalis pro fussadaria; et de hereditate Sancti Vereximi de Fernandi dant annuatim ij. gallinas. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit. Nicholaus Johannis, Martinus Johannis, Johannes Johannis, Durandus Petri, D. Martini, Petrus Fernandi, Johannes Subjerii, Menendus Alfonsi, Petrus Munionis, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 691.

---

(1) *Muris:* desconhecido. — *Turre:* Torre, casal que é cabeça do vinculo instituido em 1578 pelo dr. Balthazar Vieira. — *Camoso:* Côso, casal. — *Pousoo:* Bouçó, casal pertencente á freguezia de Santo Adrião de Vizella, limitrophe. — *Lamas:* Lama, casal. — *Codesaes:* Codeçaes, quasi desconhecido; encontra-se em documentos do seculo XVIII como nome de campo. — *Canarii:* Canarios, campo. — *Bregada:* casal. — *Pedregal:* nome de campo, quasi desconhecido. — *Carreiro:* talvez Carreirinho, nome de leiras. — *Agro de mouro:* Agra de mouros, campo.—*Parietibus:* Paredes, lugar. — *Quintanam Montis:* casal do Monte, hoje vulgarmente denominado Lugar.—*Bragadela:* hoje quasi desconhecido. — *Abelaria:* Abelheira, campo. — *Moraria:* Moreira, campo. — *Riparius:* ribeiro que se denomina do Fareleiro. — *Ouzon:* Ousões, campo. — *Barro:* Bairro, casal. — *Riparia:* Ribeira, casal em Regilde, limitrophe. — *Penso:* lugar em S. Paio de Vizella, limi-

Urgezes — Santo Estevão de

Hic incipit inquisitio Sancti Stephani de Ulgeses et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie ipsius loci. Petrus Neto, juratus et interrogatus cujas et ipsa Ecclesie, dixit (quod) est Militum de Ulgeges et Sancte Marie Vimarañ. (1) Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxxviij. casalia et iiij. quintane et xiij. cabanarii; et v.ᵉ casalia sunt Sancte Marie Vimarañ. et habuit ea de testamento, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et iiij. sunt filiorum Domne Tarasie Fafiz; et tria sunt filiorum Domni Fernandi Petri; et tria sunt Domni Johannis Rotundi; et una quintana est Michaelis Menendi; et aliud est Durandi Salvatoris cujusdam clerici, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat v.ᵉ varas bracalis pro fussadaria; et aliud est Ousende Salvatoris Vimarañ. et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat unam varam bracalis pro fussadaria; et aliud est Marie Galinate et Dominici de Sauto, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et duo sunt Judicis Vimarañ., et pectant vocem et calumpniam, et dant annuatim Domino Regi j. franganum, et v. ova; et una quintana est Judicis Vimarañ. et herdatorum; et aliud casale est Monasterii de Costa, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et non facit aliud forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et aliud est Leprosorum Vimarañ. et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Johannis Currutus Vimarañ. et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et tria sunt Sancte Crucis Colimbrie, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et xj. casalia sunt Domini Regis. Interrogatus cujusmodi forum faciunt inde Domino Regi, dixit quod dant inde vj. casalia annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. almude castanearum, et j. lectonem quilibet per se et dant inde iiij.ᵒʳ singulos cordarios albos, et duo dant singulos cabritos, et ij. ij. franganos, et singulos caseos, et singulos sextarios castanearum, et dant terciam partem omnium fructuum, et terciam partem mazanarum, et dant de quolibet casali j. cerzariam meliorem quam habuerit in casali, et dant geiram in qualibet septimana quilibet per se; et alia v. casalia de Ulgeses dant annuatim Domino Regi singulas spatulas cum xij. xij. costis, et singulas taligas castanearum, et singulos cabritos, et singulos lectones et singulos caseos, et singulas mantegas, et singulos capones, et xx. xx. ova, et singulas pernas carnarii, et de magis dat casale quod fuit Michaelis Pelagii j. franganum, et dant terciam partem omnium fructuum, et j. quartarium panis de heiradiga, et singulos puzales vini, et dant x. x. varas et mediam bracalis: et istas heiradigas dant omnia ista predicta casalia xj. Domini Regis, preter duo casalia Martini Folegati et Petri Martini quod dant ambo unam heiradigam panis et vini; et omnia ista predicta casalia et omnes isti predicti cabanarii pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum: et de hereditate que fuit Menendi Torcati cum sua germanitate dant annuatim Domino Regi iiij. bracales pro fussadaria. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine casalibus, dixit quod in loco qui dicitur Rooriz jacet ibi unus campus, et dant j. franganum; et in Queirom j. leira, et dant j. franganum, et v. ova, et j. coracillum, et j. taligam de cebata; et in Maria jacet j. vinea, et dant inde ij. franganos, et x. ova, et istam vineam tenet Johannes Currutus; et subtus chausam Johannis Michaelis jacet unus campus, et dat j. quartarium panis, et iij. varas et mediam bracalis de foro, et terciam partem omnium fructuum; et in alio loco qui dicitur Casale de Juruffo jacet ibi unum magnum Regalengum. Item, dixit quod de Juruffi ad superius torculare et pomarii totus est regalengus et tenet illum Judex Vimarañ. et debebant inde dare iij. varas bracalis et mediam, et modo non dat Judex nichilum; et in Vaagem jacet unus campus cum vinea, et dant inde annuatim Domino Regi iij. varas bracalis, et j. franganum, et x. ova, et j. quartarium panis pro eiradiga; et in Golela

---

trophe. — *Sancti Vereximi de Fernandi*: a freguezia de S. Verissimo da Ribeira, hoje extincta e incorporada na de Regilde. Veja-se *supra*, pag. 289. A egreja de Tagilde é senhoria directa de terras desmembradas do casal do Assento de S. Verissimo da Ribeira.

(1) Em 1429 diz-se que o padroado pertencia todo *in solidum* á mesa capitular da Collegiada de Guimarães. (Arch. da Colleg., Livro dos Padroados, fl. 224 v.)

jacet j. sautus, et dant inde annuatim j. franganum, et v. ova; et in Frayz iij. leire et viij. castinarii, et inde annuatim j. franganum et v. ova. Item, dixit quod casale quod fuit Menendi Torcati est inde vj.ª pars Domini Regis in monte et in fonte et in omnibus locis quibus istud casale pertinet, et solebat illam vj.am partem casalis tenere quidam homo Domini Regis, et modo tenet illud unum casale de Costa; et in alio loco qui dicitur Casale Egee, jacet ibi una vinea et una devesa et cum arboribus; et in Barrario jacet j. vinea et unus campus, et dant inde annuatim Domino Regi j. lampredam; et in Lagenis jacet unus campus, et dant inde franganum; et in alio loco qui dicitur Crux j. leire; et in fundo jacet unus magnus sautus; et in alio loco qui dicitur Fons Canalis jacet unus campus, et tenet illum Martinus Rial; et in Coregos jacent duo sauti, et dant de illis ij. franganos et x. ova; et de domo Domne Maioris dant ij. franganos et x. ova; et in Regada jacent ij. sauti, et dant inde annuatim ij. franganos et x. ova. Item, dixit quod in Amealibus jacet unum casale Domini Regis et comparavit illud Judex Vimarañ. de herdatoribus, et dant inde annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. cabritum, et j. gallinam, et j. caseum, et tertiam partem omnium fructuum. Item, dixit quod in Correduira de Rooriz j. leira; et in Valado j. leira. Item, dixit quod in alio loco qui dicitur Cerqueira jacet ibi unus campus et una devesa; et in alio loco qui dicitur Casale Petri Capitis fuit casale regalengum, et modo est totum heremum et fecerunt in ipsis terrenis vineas. Interrogatus quis fecit ibi ipsas vineas, dixit quod Judex et filii Petri Menendi. Et in quintana de Frexinalibus jacet ibi multum regalengum. Item, dixit quod subtus Montem de Cercaria jacet unus sautus; et in Magna jacet ibi unus magnus campus. Item, dixit quod sautus de super quintanam que fuit Mauri Reynaldiz est totus regalengus. Item, dixit quod circa lagare Judicis Vimarañ. jacet ibi unum bonum carvalar, et comparavit ipsum carvalar Judex Vimarañ. et numquam inde fecit ullum forum ex quando comparavit (illud) Judex Vimarañ.; et circa ipsum carvalar jacet unus campus et una quintana que fuit Johannis Subjerii et est Judicis Vimarañ.; et subtus Picotum jacet unus sautus. Item, dixit quod sautus qui stat super domum Petri Nuniz super viam, et tenet eum Judex et filii Petri Menendi de Amealibus tenent eum, et debent inde dare tertiam partem castanearum, et modo nescit utrum inde faciunt forum necne. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit. Michael Menendi, Petrus Menendi capellanus ejusdem Ecclesie, Stephanus Gunsalvi, Johannes Subjerii, Martinus Folegado, Johannes Michaelis, Petrus Netus, Petrus Garcie, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus.

Alfonsus Martini, juratus et interrogatus de termino ville que vocatur Covve, dixit quod incipit in castinariis mormoralium; deinde ad carvalium de Rooriz quomodo vadit se per stratam Portus quomodo tupat in mormoralibus ubi stat zerzeirina; deinde ad bicos valadorum quomodo partit cum Rivulo molendinorum; deinde ad finem Petre de lagarteira quomodo partit cum Sancto Vincencio quomodo vertit aqua per finem Bauze Cove; deinde quomodo vertit aqua per sautum de sesmondi; deinde ad cantum vinee Menendi Rial quomodo se transit ad petram de fine campi de quayra quomodo partit cum Creyximil; deinde ad mormorialia ubi incepimus: et totum hoc quod includitur in istis terminis est totum regalengum et herdatorum forariorum. Stephanus Gunsalvi, Alfonsus Martini, Dominicus Michaelis, Martinus Vermudi, Martinus Folegatus, isti perhibuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1).

Vide *Ibidem*, pag. 699.

Vermil — S. Mamede de

Item in collatione Sancti Mametis quod est in cauto de belmir. Dominicus menendi capellanus iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus (2) nec habet ibi Regalengum nec ullum forum faciunt inde domino Regi nec uadunt extra laborare hereditates fo-

---

(1) *Queirom:* Coirão, campo. — *Juruffo:* Gerufes, casal. — *Barrario:* Barreiros, casal. — *Lagenis:* Lage, lugar. — *Crux:* Cruz, lugar. — *Valado:* campo. — *Magna:* Maina, casal. — *Covve:* Covas, lugar.

(2) O padroeiro era o parocho de Brito a que esta egreja estava annexa perpetuamente; ignora-se porém desde que epocha. (Arch. da Mitra, Livro Summario do arc. D. Balthazar Limpo).

rarias seu Regalengas dominj Regis et forarij dominj Regis non sunt ibi et Maiordomus domini Regis nec intrat ibi nec pectant uocem et calumpniam Pelagius martiniz—Dominicus petri—Petrus ooriz—Dominicus iohanis—Suarius petri iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus menendi.

Vide Arch. da T. do T., *Inquirições de D. Affonso 3.º*, Liv. 9.º, fl. 31.

Villafria — Santa Maria de

Hec est inquisitio Sancti Salvatoris Ville Frigide. Durandus Petri, ejusdem loci, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est suffraganea Sancte Marie Vimarañ. et ad presentationem prioris et canonicorum ejusdem Ecclesie Sancte Marie Bracarensis Archiepiscopus Johannem Laurencii, canonicum Sancte Marie, in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collatione, dixit quod xxvij. casalia, et v. casalia sunt inde Hospitalis et nescit unde habuit ea. Interrogatus si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quare, dixit quod propter privilegium suum. Et vj. sunt Monasterii Polumbarii. Interrogatus unde habuit ea, dixit quod nescit. Interrogatus si intrat ibi Maiordomus vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod v.ᵉ casalia jacent in cauto Polumbarii et non faciunt ullum forum, et aliud casale pectat vocem et calumpniam et vadit ad chamatum. Et aliud est Sancte Crucis Colimbrie et habuit illud de testamento, et non facit ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et tria sunt Ecclesie Sancti Jorgii et habuit ea de testamento, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et duo sunt Sancte Marie Vimarañ. et habuit ea de testamento, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et aliud est Petri Johannis et ejus fratrum herdatorum, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat xvj. varas bracalis pro fussadaria; et aliud est Didaci Petri et ejus fratrum herdatorum, et pectat vocem et calumpniam et vadit ad chamatum, et vadit ad anuduvam; et aliud est Johannis Pilitarii Vimarañ. et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et vij. sunt Domini Regis. Interrogatus cujusmodi forum faciunt Domino Regi, dixit quod dant inde duo istorum vij.ᵉᵐ que vocantur de Taloos singulas spatulas cum xij. costis, et singulas taligas tritici, et singulas taligas centeni, et duos duos capones, et ix. ix. ova, et singulos cabritos, et xiiij. xiiij. varas bracalis pro fussadaria; et alia v.ᵉ casalia dant annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij.ᶜⁱᵐ costis, et j. sextarium tritici, et j. caponem, et j. franganum, et xv. ova, et j. cabritum, et unum caseum, et j. leitonem, et j. almude vini, et j. almude de castaneis, et j. corazillum, et j. alqueire vini vel j. alqueire de castaneis, et xiiij. varas bracalis, et v. solidos de pedida, et v. solidos de servitio, et v. solidos de almeitega, et est pausa Prestamarii: et hoc forum faciunt omnia v.ᵉ casalia quodlibet per se, et dant inde duo ofrecionem. Interrogatus quare non dant ofrecionem illa tria casalia sicut dant ista duo, dixit quod sunt modo facta de novo. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod in loco qui dicitur Bauza jacet ibi una bona vesada; et in conchouso de Aviziboo jacet una peza magna regalenga; et in Conchouzino jacet ibi j. leira; et in Gavim circa devesam ij. leire et debent exire usque montem per ipsam devesam: et laborant istud Regalengum supradictum homines Hospitalis et Vimarañ., et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum: et de omnibus istis predictis dant inde annuatim Domino Regi xviij. solidos, et vij. varas bracalis, et x. solidos de servitio. Item, dixit quod habetur ibi unum medium casale quod vocatur de Barro, et dant inde annuatim Domino Regi medietatem de omnibus derituris quas dant ipsa predicta v.ᵉ casalia Domini Regis, et non dat ofrecionem. Item, dixit quod in eodem loco jacet ibi aliud medium casale herdatorum, et dant inde annuatim Domino Regi mediam spatulam cum vj. costis, et viij. varas bracalis pro fussadaria. Item, dixit quod illa v.ᵉ casalia Domini Regis dant annuatim Domino Regi unam geiram in qualibet septimana quilibet homo per se. Item, dixit quod in alio loco qui dicitur Pradas, in termino de Taloos, jacent ibi tres leire; et in Lodario jacet j. leira; et in vinea que fuit Petri intrida jacet j. leira; et in alio loco qui dicitur Casale de Cidi jacet ibi j. leira; et super presam in loco qui dicitur Quintas (jacet) j. leira; et in alio loco qui dicitur

Bauza jacet alia leira; et in alio loco qui dicitur Lusencias (jacet) j. leira; et in Rabilongas jacent ij. leiras; et in alio loco qui dicitur Crux jacet alia leira: et laborat istas leiras Dompnus Durandus, homo Polumbarii, et dat inde annuatim Domino Regi j. taligam tritici, et ij. capones, et terciam partem omnium fructuum. Et in Carvalo jacet j. leira; et in Macenaria alia leira. Item, dixit quod in Arcuzelo jacet j. leira; et in Agrocovo jacet j. leira vinee, et laborat illam quidam homo Polumbarii, et dat inde annuatim Domino Regi medietatem vini; et in lodario Citofacte jacet j. leira vinee, et laborat illam homo quidam Polumbarii, et dat inde annuatim Domino Regi j. pusalem vini et debebat dare inde medietatem vini. Item, dixit quod in veiga de Taloos jacent ibi due vessade magne, et laborat illas Ecclesia Sancti Michaelis de Serzedo, et dant inde annuatim Domino Regi xviij. solidos, et terciam partem omnium fructuum, et quando non tenuerint fructum debent facere pradum pro Domino Terre; et in ipso loco jacet alia vessada magna, et laborat illam Johannes Dominici homo Sancte Marie Vimarañ. et dat inde annuatim Domino Regi ix. solidos et terciam partem omnium fructuum. Item, dixit quod homo qui moratus fuerit in Casali de Taloos debet gardare pradum supradictum de foro, et in isto Casali de Taloos debet pausare ibi Dominus Terre. Item, dixit quod in Taloos habetur ibi unum medium casale heredatorum, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat ij. varas bracalis pro fussadaria. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Item, dixit quod Rodericus Menendi filiavit de illis predictis leiris Domini Regis de Rabilonguis et metuit illas in sua vinea. Item, dixit quod in medio devese Hospitalis jacet ibi Regalengum in duobus locis in uno loco contra Curros et in alio loco contra Soutum de Avoos habetur ibi ipsum Regalengum in ipsa deffessa, (et) dixit quod multociens filiaverunt inde eis ganatum pro Regalengo. Item, dixit quod in loco qui dicitur Retorta, in termino de Taloos, jacet ibi j. leira et laborat illam homo Polumbarii, et dat inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum. Item, dixit quod habetur unum medium casalis in ipsa collatione Dompni Durandi herdatoris et fratrum ejus, et non facit forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit. Dominicus Gomecii, Petrus Johannis, Didacus Petri, Dominicus Subgerii, Dompnus Romanus, Silvester Salvatoris, Dominicus Pelagii, Petrus Dominici, Menendus Johannis, omnes isti dixerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Port. Mon. Hist., Inquisitiones,* pag. 679.

Villarinho — S. Miguel de

Hic incipit inquisitio Monasterii Vilarini et parrochianorum ejusdem Monasterii. Sugerius Egee, juratus et interrogatus de ipso Monasterio si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt aliquod forum Domino Regi, vel si debet abbadare illud, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxxix. casalia et sunt inde xxvj. casalia ipsius monasterii, et nescit unde habuit ea, et non faciunt ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod propter honorem Militum qui jacent in ipso Monasterio. Et duo sunt Monasterii Sancti Tirsi et habuit ea de testamento; et vj. casalia sunt herdatorum, et de uno istorum casalium est inde medietas Vilarini, et comparavit illud de herdatoribus in tempore fratris istius Regis, et ista casalia non faciunt ullum forum propter honorem Militum qui jacent in ipso Monasterio. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod non. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit. Dominicus Didaci, Martinus Petri, Didacus Fernandi, Dominicus Didaci, Johannes Salvatoris, Petrus Vilarinus, omnes isti perhibuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus.

Vide *Ibidem,* pag. 690.

Vizella — Santo Adrião de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Adriani de Lourosa et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie. Johannes Petri, juratus et inter-

(1) *Taloos:* Talhós, casal. — *Bauza:* Bouça, casal. — *Rabilongas:* leiras. — *Soutum de Avoos:* Souto de Voz, lugar.

rogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est Militum de Mugudos, et ad presentacionem ipsorum Militum Bracarensis Archiepiscopus Menendum in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxxij. casalia et una quintana, et v. sunt inde Ordinis Templi et nescit unde habuit ea, et non faciunt ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod jacent in cauto. Interrogatus quis cautavit ea, dixit quod nescit. Et v. casalia et medium sunt Monasterii Vilarini et habuit ea de testamento, et iij. casalia et medium pectant vocem et calumpniam et vadunt ad chamatum. Interrogatus quare ipsa alia duo casalia non pectant vocem et calumpniam sicut ista tria et medium, dixit quod propter una quintana nova quam ibi facit Dompnus Valascus. Et vij. sunt (et) ipsa quintana Dompni Valasci et Dompne Tarasie Martini; et duo sunt Monasterii Sancti Tirsi et habuit ea de testamento; et j. casale et medium est cantoris Vimarañ; et tria sunt Roderici Petri de Negrelos et ejus sororis; et aliud est Laurencii Pelagii de Alvarengo et ejus fratrum; et aliud est Vincencii Roderici; et duo sunt ipsius Ecclesie et habuit ea de testamento herdatorum, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et aliud est uxoris que fuit Munionis Porro; et aliud est Polumbarii et habuit illud de testamento, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Martineiros; et aliud est herdatorum et ipsius Ecclesie, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et est ibi pressum: et de hereditate de Souto que est herdatorum dant inde annuatim Domino Regis iij. varas et mediam bracalis pro fussadaria, et j. quartam vini: et de alia hereditate de Crasto et de Lamis que est herdatorum dant inde annuatim Domino Regi j. quartam vini pro fussadaria: et de alia hereditate de Forno dant inde annuatim Domino Regi iij. varas et mediam bracalis pro fussadaria; et de alia hereditate de Lamelas dant inde annuatim Domino Regi ij. varas bracalis pro fussadaria: et de alia hereditate de Britelo dant annuatim Domino Regi ij. varas bracalis pro fussadaria: et de alia hereditate de Burgo herdatorum dant inde annuatim Domino Regi iij. varas et mediam bracalis pro fussadaria: et de alia hereditate de Silvares Johannis Petri herdatoris dant inde annuatim Domino Regi mediam varam bracalis, et j. denarium pro fussadaria. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod non. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit. Petrus Egee, Johannis Petri, Dominicus Petri, Petrus Martini, Martinus Pelagii, Petrus Johannis, Joaninus, Johannis Menendi, Johannis Martini, omnes isti dixerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 682.

Vizella — S. Faustino de

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancti Frausti et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie. Gonsalvus Fernandi, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est herdatorum et gubernatorum ipsius Ecclesie. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xxij. casalia, et v. sunt inde Monasterii Vilarini et habuit ea de testamento, et tria istorum v.^e^ pectant vocem et calumpniam et vadunt ad chamatum. Interrogatus quare non pectant vocem et calumpniam ipsa duo casalia sicut ista tria, dixit quod fuerunt Militum et nunquam fuerunt foraria. Et v. sunt Monasterii de Taagildi et habuit ea de testamento, et pectant vocem et calumpniam, et dat inde unum istorum annuatim Domino Regi v. varas bracalis pro fussadaria; et unum est Dominici Martini Militis, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est cantoris Vimarañ. et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et duo sunt Monasterii Tarauce et habuerunt *(sic)* ea de testamento, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et vj. casalia sunt Dom'ni Regis, et dant inde duo de Celeiroo annuatim Domino Regi singulas spatulas cum xij. xij. costis, et singulas taligas tritici, et singulos almudes vini, et singulos almu-

---

(1) *Crasto:* casal. — *Britelo:* casal. — *Silvares:* lugar. — *Lamellas:* lugar.

des castanearum, et singulos cabritos, et singulos capones, et x. x. ova, et singulos franganos, et v. v. ova, et singulas sartaginatas de foloos, et singulos vasos vini, et singulos panes triticos, et xij. xij. solidos de meitiga, et iij. iij. solidos de pedida et pro caseis, et singulos medios alqueires farine tritici, et singulos franganos, et v. v. ova pro lagariza, et singulos pauzales vini de heiradiga antequam parciantur, et homo debet capere pro hoc vino j. cestum uvarum. Item, singulas taligas tritici. Item, xiij. xiij. varas bracalis, et dant luitosam et sunt Sancti Joanaria. Item, dixit quod aliud casale de Lama de tira dant annuatim Domino Regi unam spatulam cum xij. costis et j. almude tritici, et j. caponem, et x. ova, et dat modo j. solidum de pedida, et solebat dare xviij. denarios, et vij. solidos de meitiga, et xj. varas bracalis. Item, dixit quod duo casalia dant annuatim Domino Regi singulas spatulas cum xij. xij. costis, et singulas taligas milii, et singulos almudes castanearum viridum, et singulos cabritos, et iiij. iiij. solidos de meitiga, et xj. xj. varas bracalis; et singulos franganos, et v. v. ova, (et) dant annuatim singulos corazillos; et quando Dominus Rex venit citra Dorium debent dare sibi singulas gallinas una vice in anno, et dat ij. capones et xx. ova. Item, dixit quod aliud casale de Zaffara est pressum ganati, et dat inde annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et unum corazillum, et j. taligam milii, et j. almude castanearum viridum, et j. quartam vini. et xiiij. varas bracalis, et j. cabritum vel iiij. solidos pro illo, et j. franganum et v. ova, et dat luitosam, et dat j. gallinam quando Dominus Rex venit citra Dorium una vice in anno, et dat j. caponem. Et omnia ista vj. casalia supradicta Domini Regis dant annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum et medietatem vini, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit quod in loco qui dicitur Belala habet ibi unus mons, et in fine istius montis stant ibi paridenarii, et ipse mons est regalengus, et dant inde annuatim terciam partem omnium fructuum, et de ista porcione levat inde Dominus Rex medietatem et Sancta Maria Vimarañ. levat aliam medietatem, et dat meitigam Maiordomo. Item, dixit quod in alio loco qui dicitur Subtus senariam Domini Regis in hereditate Petri Nigri jacet ibi j. leira: et in alio loco subtus vineam de Veedo jacet ibi j. leira, et dant inde annuatim j. almude panis, et si Maiordomus noluerit istum almude debent dare terciam partem omnium fructuum et in Barrariis jacet unus soutos, et dant inde annuatim Domino Regi j. taligam panis, et si Maiordomus noluerit istam taligam debent dare terciam castanearum: et in Celeiroo, in hereditate de Arauca, jacent ibi due peze magne, et dant inde annuatim Domino Regi vij. varas bracalis: et in conchouso Dominici Martini de Ucha jacet ibi unus campus, et dant inde annuatim j. almude panis, et si Maiordomus noluerit istum almude debent ei dare terciam partem omnium fructum: et in Savarei jacet unus campus, et dant inde annuatim Domino Regi iiij. varas bracalis, et j. franganum, et v. ova: et in Bouza de Siro jacet ibi unus mons et est regalengus: et subtus Portelam Arche circa Lamam jacet ibi j. leira: et super vineam de Revordelo jacet ibi j. leira: et totum hoc Regalengum supradictum laborant homines Ordinum et Domini Regis, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum. Et de hereditate de Souto herdatorum dant inde annuatim Domino Regi ij. varas bracalis pro fussadaria. Et de hereditate Petri Menendi cum sua germanitate dant inde annuatim Domino Regi vj. varas bracalis pro fussadaria. Et de hereditate Gomecii Petri cum sua germanitate dant inde annuatim Domino Regi ij. varas bracalis pro fussadaria. Et de hereditate de Val Borreiro dant inde annuatim ij. varas bracalis pro fussadaria. Et de hereditate Petri Capitis de Monte dant inde annuatim j. varam et mediam bracalis pro fussadaria. Et de bouza Petri Nigri dant inde annuatim Domino Regi j. taligam panis. Et de hereditate inter vineas herdatorum dant inde annuatim Domino Regi iij. varas bracalis pro fussadaria. Et de hereditate Petri Filli j. varam bracalis pro fussadaria cum sua germanitate. Item, dixit quod omnes isti supradicti qui morantur in casalibus predictis Domini Regis debent levare panem ad Portelam Arche. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et audivit et passus fuit et bene certus est quod ita est. Dominicus Fernandi, Dominicus Petri clericus Sancti Pelagii de Ripa Vizela, jurati et interrogati, dixerunt quod viderunt Petrum Menendi abbatem ipsius Ecclesie Sancti Pelagii, quan-

do posuit pedes super quintanam de Lama de tida que erat regalenga super ipsas nugarias ejusdem loci, dixit quod erat totum regalengum contra quintanam regalengam de ipsis nugariis ad in pronum. Item, dixerunt quod audiverunt dici multis bonis hominibus quod hereditas de Lourido quam feret April Pincalo que est Domini Regis illa que partit cum Petro Fernandi. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit. Martinus Petri, Dominicus Pelagii, Garcia Pelagii, Petrus Pelagii, Dominicus Petri, Petrus Fernandi, omnes isti dixerunt (et) peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 684.

Vizella — S. Jorge de

Hic incipit inquisitio Sancti Jorgi de Cela et parrochianorum ejusdem Ecclesie. Petrus Gonsalvi, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est filiorum et nepotum Domni Subjerii Reimondi et aliorum Militum de Ferazibus. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xiiij. casalia et ij. quintane, et duo sunt inde Dompne Marie et una quintana, et casalia pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et duo sunt inde ipsius Ecclesie et nescit unde habuit ea, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et duo sunt Polumbarii et nescit unde habuit ea, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et unum est Hospitalis et nescit unde habuit illud, et non facit ullum forum propter suum privilegium; et aliud est Sancte Crucis Colimbrie et nescit unde habuit illud, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et unum et una quintana sunt Johannis Durandi et ejus matris; et duo sunt Dompni *(sic)*; et duo sunt Domini Regis, et dant inde annuatim Domino Regi singulas spatulas cum xij. xij. costis, et singulas taligas de segunda, et duos duos capones, et xx. xx. ova, et singulos cabritos, et iiij.^or^ iiij.^or^ solidos pro pedida, et vij. vij. varas bracalis. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus, dixit (quod) in Painzaes jacet ibi unus campus, et dant inde annuatim Domino Regi j. taligam panis, et si Dominus Rex noluerit istam taligam, debet dare medietatem milii et terciam outuni: et in ipso loco jacet j. leira vinee, et dant inde annuatim Domino Regi j. taligam panis et j. quartam vini, et si Maiordomus hoc nolverit debent inde dare medietatem vini; et hoc Regalengum laborat quidam homo Hospitalis: et in Barrario inter riparios jacet ibi j. leira, et dat inde annuatim Domino Regi j. almude panis, et si hoc nolverit debet inde dare medietatem milii et terciam outuni; et laborat istam leiram homo ipsius Ecclesie; et in eodem loco Barrarii jacet alia leira, et dant inde annuatim Domino Regi j. alqueire panis, et (si) hoc noluerit dabit medietatem milii et terciam outuni: et in porta quintane de Gonsendi jacet ibi j. leira, et stant ibi duo castinarii et non dant de illis ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Item, dixit quod in Felgariis jacet una vessada magna et tenet illam dominus ipsius quintane de Gonsendi, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, et vij. varas bracalis. Item, dixit quod Martinus Gonsalvi de Ramada cambivit unam leiram regalengam de casalibus predictis regalenguis pro alia leira Monasterii Polumbarii et cambivit suum equale, sed tamen plantaverunt illam leiram Monasterii et emitit Dominus Rex leiram suam propter arbores quas ibi plantaverunt. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Item, dixit quod ante portam casalis Hospitalis in quo moratur Petrus Pelagii jacet unus campus regalengus, et plantaverunt ibi unum castinarium et non faciunt ullum forum. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit. Dominicus Vincencii, Gonsalvus Menendi, Johannes Franqui, Petrus Pelagii, Johannes Petri, Petrus Pelagii

---

(1) *Celeiroo:* Celeirô, lugar. — *Lama de tira:* Lamatide, casal.—*Zaffara:* Safra, lugar.—*Barrariis:* Barreiros, lugar.—*Ucha:* lugar.—*Souto:* casal.— *Val Borreiro:* lugar. — *Bouça:* Bouças, casal. — *Inter Vineas:* Entre-as-Vinhas, casal.—*Lourido:* será hoje o casal denominado Loureiro? — *Portelam Arche:* O casal da Portella, limitrophe, sito na freguezia de S. Christovão d'Abbação, onde appareceram curiosos restos archeologicos e uma inscripção funebre luso-romana, que tudo existe no Museu da Sociedade Martins Sarmento. Veja-se *Rev. de Guim.*, xviii, pag. 61.

de Frumigosa, omnes isti dixerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 681.

Vizella — S. Paio de

Hic incipit inquisitio Sancti Pelagii et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie. Fernandus Fernandi, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est herdatorum et gubernatorum ipsius Ecclesie, et ad presentacionem ipsorum herdatorum et gubernatorum ipsius Ecclesie Bracarensis Archiepiscopus Petrum Johannis in priorem constituit in eadem. Item, dixit quod circuitu ipsius Ecclesie jacet totum regalengum. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quod xl. casalia, et tria casalia et medium sunt Hospitalis et nescit unde habuit ea, et non faciunt ullum forum propter suum privilegium; et medium casale est Leprosorum Vimarañ.; et v.ᵉ sunt ipsius Ecclesie et nescit unde habuit ea, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et unum casale et medium est Militum de Feracibus; et medium casale est duorum bonorum hominum Vimarañ., et non facit ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et tria casalia et medium sunt Monasterii de Taagilde et nescit unde habuit ea, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et duo sunt Vilarini et nescit unde habuit ea, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et medium casale est herdatorum, et non faciunt ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et aliud est Dompne Orrace Nuniz et Monasterii Arauce, et pectant vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Sancte Crucis et Sancti Michaelis de Cerzeda et nescit unde habuit illud, et non pectat vocem nec calumpniam. Interrogatus quare, dixit quod propter privilegium suum. Et aliud est Sancti Laurencii et habuit illud de herdatoribus, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et una quintana est Militum et Ecclesie Sancti Laurencii; et aliud est Polumbarii et Ecclesie Sancti Pelagii, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Dominici Martini Militis; et aliud fuit Gunsalvi de Frandes et ipsius Dominici Martini, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Sancte Marie Vimarañ. et habuit illud de testamento, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est filiorum et nepotum Petri Capitis, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et xiiij. casalia sunt Domini Regis. Interrogatus cujusmodi forum faciunt inde Domino Regi, dixit quod vij. casalia dant annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. sextarium tritici, et j. corazillum, et j. almude vini, et j. almude castanearum viridum, et j. alqueire vini, et j. cabritum, et j. caponem, et x. ova, et j. franganum, et v. ova, et v. solidos de pedida, et iij. solidos pro leitone et pro caseo, et xiiij. varas bracalis: et hanc directuram dant quilibet per se: et ij. solidos pro meitiga et iij. solidos pro alia meitiga, et terciam partem omnium fructuum, et medietatem vini: et dant omnia insimul xvj. gallinas, et dant de terrenis ultra fluminem medietatem milii regati. Et alia vij. casalia dant annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. carazillum, et j. taligam milii, et j. almude castanearum viridum, et j. caponem, et j. franganum, et xv. ova, et j. cabritum, et xj. varas bracalis: et hanc derituram dant quilibet per se: et iiij. iiij. solidos: omnia ista predicta xiiij.ᶜⁱᵐ casalia dant singulas gallinas quando Dominus Rex pausaverit citra Dorium una vice in anno, et dant terciam partem omnium fructuum, et medietatem vini. Item, dixit quod quis moratus fuerit in casali de Restelo debet esse servicialis et Maiordomus Terre; et in Casali de Avesso debet ibi esse pressum ganati, et debet esse ibi palarius Domini Regis, et debent omnia dare singulos feiches de palea pro ipso palario, et quis moratus fuerit in ipso Casali de Avesso debet esse Maiordomus Terre; et de hereditate Sancte Crucis de Caracinis dant inde annuatim Domino Regi v.ᵉ varas bracalis minus terciam pro fussadaria: et dant omnia luitosam: et de hereditate Petri Capitis dant decimam si eam vendiderint, et dant luitosam, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum sine istis casalibus predictis, dixit

(1) *Cella:* quinta e lugar. — *Painzaes:* nome de campo pertencente á quinta d'Anções.—*Barrarii:* Barreiros, campo da quinta da Cella de Cima.—*Gonsendi:* Gosende, lugar.—*Felgariis:* Felgarios, campo da quinta de Paredes.

quod in Penso citra devesam Pousade jacet ibi iij. leire, et dant annuatim Domino Regi pro illis iiij. solidos et medium, et terciam partem omnium fructuum; et in Agro Gontin jacet ibi j. leira, et dant annuatim pro illa iiij.or solidos; et in Pomarelo jacet ibi unus campus; et in fine Cortinalis jacet ibi j. leira, et dant pro campo et pro ista leira iiij.or solidos; et in Mourino jacent vij. leire, et dant pro illis iiij.or solidos et medium; et in Paxam jacent ij. leire et j. leira vinee, et dant pro illis ij. denarios, et medietatem vini; et in Tojal jacet j. leira vinee cum j. carvalio de uvaria, et est vinea modo facta de novo, et dant inde annuatim pro illa iiij. solidos et medium; et in Borrado Casale de Infias est Domini Regis et est depopulatum, et dant inde Domino Regi totam terciam partem omnium fructuum et non dant inde ullum deriturам. Interrogatus quare non est populatum, dixit quod propter quod jacet in alio loco. Item, dixit quod in Borrado jacet ibi unus campus magnus et iij. case et ij. castinarii, et est totum regalengum et cantor Vimarañ. tenet ipsum campum et ipsam casam forciatum, et non dat inde ullum forum. Domino Regi; et in Bauzis jacent iij. vessade, et dant pro illis annuatim j. morabitinum; et in Carral jacet una peza vinee, et dant pro illa annuatim j. franganum et v. ova; et in conchouso Dompne Elvire jacet unus campus cum uvariis et cerzariis et cum carvalis, et solebant inde dare j. franganum et v. ova, et modo non dant inde nichilum; et in Tapa jacent ibi unus campus et j. castinarius, et filiavit ipsum castinarium Dompna Elvira (et) non dat de ipso castinario nichilum, et dant de ipso campo annuatim IX. denarios, et j. franganum; et in Torarando jacent ibi tres campi, et dant annuatim pro illis vj. denarios; et circa devesas Bauzarum jacet; leira, et dant inde annuatim j. alqueire panis; et in Marino j. vessada, et dant annuatim pro illa xx. denarios; et in Lovegilli ij. leire, et dant annuatim pro illis iiij.or denarios; et in Fonte de Covis jacent ibi iij. campi; et in Paramos j. leira et laborat illam casale Sancte Crucis, et non dat inde michilum: et hoc totum Regalengum laborant homines Militum et Ordinum et herdatorum, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum et medietatem vini. In Cooso jacet Regalengum de Marino una vessada. Item, casale de Borrado jacet Regalengum, et fuerat illud de casale de Pousada, et jacet in quintana de Barelos. Item, in conchouso de Caral super casale Nugarie jacet ibi Regalengum. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit. Petrus Francus, Dominicus Johannis, Martinus Petri, Martinus Menendi, Fernandus Dominici, Johannes Dominici, Dominicus Johannis, Johannes Pelagii, Martinus Johannis, Andreas Petri, Johannes Garcie, omnes isti dixerunt (et) peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 687.

Agrella — Santa Christina d' (2)

Hic incipit inquisitio Ecclesie Sancte Christine de Agrela et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie. Joaninus, ejusdem loci, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est herdatorum ipsius loci, et ad presentationem ipsorum Bracarensis Archiepiscopus Pelagium Gomeci in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si debet abbadare illam, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod sic, quia dant annuatim Domino Regi x. varas et mediam bracalis, et ij. quartarios milii de foro. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collatione, dixit quod xiiij. casalia, et unum est Godini Lucis herdatoris, et pectat vocem et calumpniam, et dat iij. almudes milii de foro; et aliud casale est Menendi Devese herdatoris, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad torviscatam et ad castellum, et dat spatulam cum xij. costis, et j. taligam centeni, et j. gallinam, et cabritum, et lectonem si habuerit, et dat iij. quartarios de milio de foro; et aliud casale est Menendi Avezam herdatoris, et non facit ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et aliud casale est Domini Captivi herdatoris,

---

(1) *Restelo:* Restello, casal. — *Casali de Avesso:* Casal d'Avesso em Gemeos, limitrophe.—*Penso:* lugar. —*Tojal:* lugar.—*Borrado:* casal.—*Bauzis:* Bouça, lugar.—*Carral:* quinta.—*Marino:* Mourinho, casal.

(2) Esta e as freguezias seguintes pertenciam em 1258 a diversos julgados, que respectivamente indicamos em nota; anterior ou posteriormente pertenceram, ou pertencem, ao concelho de Guimarães e d'aqui a razão por que as inserimos n'esta obra, como já fizemos nas inquirições de 1220.

et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad torviscatam et ad castellum, et dat spatulam cum xij. costis, et iij. quartarios milii, et j. gallinam, et cabritum, et leitonem si habuerit; et aliud casale est Domni Gontigui herdatoris, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad torviscatam et ad castellum, et dat unam spatulam cum xij. costis, et j. taligam centeni, et j. gallinam, et cabritum, et lectonem si habuerit, et v. taligas milii de foro, et quot focos ibi fecerint tantas spatulas debent dare, et duo casalia Quintane sunt Hordinis de Avis, et Dominus Rex debet ea populare et depopulare; et debet inde habere annuatim ij. spatulas cum xij. xij. costis, et ij. gallinas, et j. taligam centeni, et vij. taligas milii de foro, et dat luctuosam, et pectat vocem et calumpniam, et est pausa Maiordomi et Divitis hominis, et ij. cabritos, et ij. lectones si habuerit, et Ordo levat inde porcionem panis et vini. Interrogatus unde habuit ea, dixit quod de herdatoribus: et hoc testimonium perhibuit Judex Terre. Et aliud casale est Alviti Ramiriz herdatoris, et pectat vocem et calumpniam, et dat j. taligam centeni pro fugacia, et xj. taligas milii de foro; et aliud casale est Menendi Archi herdatoris, et pectat vocem et calumpniam, et dat unam terciam morabitini pro spatula, et j. taligam centeni pro fugacia, et x. almudes milii de foro; et aliud casale de Chicas herdatoris pectat vocem et calumpniam, et vadit ad torviscatam et ad castellum, et dat unam terciam morabitini pro spatula, et j. taligam centeni pro fugacia, et v. taligas milii de foro. Et aliud casale Outarii dansul est herdatoris, pectat vocem et calumpniam, et vadit ad torviscatam, et dat spatulam, et cabritum, et lectonem si habuerit, et j. sextarium milii de foro. Et casale Pelagii Menendi facit tale forum sicut predictum Outarii. Et casale Domnarum est ipsius Ecclesie, et pectat vocem et calumpniam, et dat x. varas et mediam bracalis pro fussadaria, et dat ij. quartarios milii de foro, et j. gallinam, et x. ova. Et de casali de Sedi dant x. taligas milii de foro. Et de casali Domne Lupe dant iij. sextarios milii de foro. Et de hereditate de Quintis dant xv. almudes milii de foro. Et de hereditate Sancti Michaelis de Taidi dant iij. taligas milii de foro. Item, dixit quod casale de Cazuiro facit tale forum sicut casale predictum Outarii. Et de hereditate Petri Pimni dant iij. almudes milii de foro. Et de hereditate de Ogueleiro dant tres tres taligas milii de foro; et de testamento Sancti Juliani v. almudes de foro; et de hereditate de Avoyn v. almudes de foro; et de domo Filcunee j. gallinam de foro, et j. sextarium (milii) de foro; et de hereditate de Correixa j. almude milii; et de hereditate Caroarii unum almude milii de foro. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod in Avenaledo jacet j. leira; et in aliol oco qui dicitur Chaanus alia leira; et in Castenigo j. leira; et in Valle de Agrela ij. leire: et de istis leiris dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum: et totum istum panem predictum quem debent dare de foro debent dare illum per mensuram parvam, et alium panem quem dant pro fugaciis debent dare illum per quartam Vimarañ.: et duabus domibus que ibi habentur de cabanariis quando fuerint populate debent dare singulas spatulas cum xij. costis. Item, dixit quod hereditas Pelagii est regalenga, et dant inde modo j. almude panis, et si Maiordomus noluerit istum panem debent ei dare terciam partem omnium fructuum. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. Petrus Johannis, Petrus Gomecii, Domnus Egeas, Michael Menendi, Giraldus Menendi, Stephanus Martini, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbum et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 670.

Airão — S. João d'

Item in collatione sancti Johanis de Ariam. Petrus petri abbas ipsius Ecclesie iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non hest patronus set habet ibi unam leiram in loco qui dicitur Magida de qua dant domino Regi anuatim. j. sextarium de pane et. j. caponem. Item de coruaceiras dant. j. sextarium de pane et. j. capone. x. ova. Item in Marraos. j. leira de qua dant anuatim. j. taleigam de pane et hoc per mesuram vimaranis. Item dixit quod non dant fossadariam domino Regi nec sunt ibi forarij dominj Regis nec intrat ibi Maiordomus nec pectant uocem et calumpnia nec pedida nec ullum forum faciunt domino Regi quia est ho-

(1) Pertencia esta freguezia ao denominado *Julgado de Freitas.*

nor uetus dominj Roderici ualasci—Petrus dominici—Dominicus iuliani—Dominicus petri—Petrus gonsalui — Johanes dominici — iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus petri abbas. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Inquirições de D. Affonso 3.º*, Liv. 9.º, fl. 24 v.

Airão — Santa Maria d'

Item in collatione sancte marie dariam de laynas. Petrus petri abbas ipsius Ecclesie iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex non est patronus nec habet ibi Regalengum nec forarij dominj Regis sunt ibi nec intrat ibi Maiordomus dominj Regis nec aliquid est ibi qui laboret extra hereditates forarias siue Regalengas dominj Regis. Item dixit quod tota ista parochia est honra donj Petri escachia et nullum forum faciunt inde nec fecerunt domino Regi. Martinus petri — Menendus pelagiz — Johanes menendi — Petrus godini — domnus Laurentius — iurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus petri abbas. (2)

Vide *Ibidem*, Livro 9.º, fl. 24.

Calvos — S. João de

Hic incipit (inquisitio) parrochianorum Judicatus de Vermuy que jacent citra Rivulum Ave. Prima fuit inquisitio Ecclesie Sancti Johannis de Calvis et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie. Fernandus Garsie, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est herdatorum et Petri Johannis Verba, et ad presentacionem ipsorum Bracarensis Archiepiscopus Petrum Joannis in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione, dixit quot xvj. casalia, et v. casalia sunt inde Petri Johannis Verba Vimarañ., et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et duo sunt Sancte Marie Vimarañ. et nescit unde habuit ea, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad chamatum; et duo sunt Domne Maioris Martini et non faciunt ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et aliud est Monasterii de Rooriz et nescit unde habuit illud, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est Marie Egee Pinarii cum sua germanitate, et non facit ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod propter Reimondum Martini quod fuit inde medietas ipsius casalis sua. Et aliud est Martini Petri Vimarañ., et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum, et dat annuatim Domino Regi ij. varas minus terciam bracalis pro fussadaria; et aliud est Martini Fernandi cujusdam scrutiferis, et pectat vocem et calumpniam, et vàdit ad chamatum; et aliud est Vilarini et habuit illud de testamento, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est filiorum Martini Reimondi, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad chamatum; et aliud est nepotum Egee Martini, et dat v. varas bracalis pro fussadaria. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod non. Item, dixit herdatores ipsius loci fecerunt se homines Reimondi Martini ut sint deffensi ab omni foro regali. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit. Martinus Petri, Petrus Martini, Dominicus Gonsalvi, Martinus Fernandi, Petrus Johannis, omnes isti perhibuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Port. Mon. Hist., Inquisitiones*, pag. 621.

Castellões — S. João de

Hic incipit inquisitio colationis de Castellanis omnium parrochianorum Ecclesie Sancti Johannis ejusdem loci. Johannes Johannis, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est herdatorum, et ad presentacionem ipsorum Bracarensis Archiepiscopus Egeam Petri in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, vel si debet abbadare illam, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collatione, dixit quod

(1) Pertencia então, 1258, ao *Julgado de Vermoim*. *Coruaceiras:* Corvaceiras, lugar.

(2) Pertencia então, 1258, ao *Julgado de Vermoim*.

(1) Veja-se a pag. 172, columna 2.ª, nota 1.

xxviij.° casalia, et sunt inde tria Gunsalvi Johannis; et tria sunt Roderici Martini; et tria sunt Monasterii Fontis Archade et habuit ea de testamento, et dant inde annuatim Domino Regi vj. quartarios panis per stivam de foro; et unum casale est Monasterii Ville Nove et habuit illud de testamento; et iiij.or sunt ipsius Ecclesie et nescit unde habuit ea, et dant annuatim Domino Regi j. modium panis per stivam; et xij. casalia sunt herdatorum; et casale de Presa dat j. taligam centeni de foro; et casale de Dorio filiorum Pelagii Lupi dat annuatim ij. quartarios panis de foro per stivam; et casale de Verea dat annuatim Domino Regi vj. taligas panis de foro per stivam; et de hereditate de Puteis dant inde annuatim Domino Regi ij. quartarios panis per stivam; et casale Martini Menendi et filiorum Pelagii Mauri dant vij. taligas per stivam, et dant j. gallinam; et casale de Barro dat j. sextarium centeni pro fugacia per quairam, et vj. taligas milii per stivam, et spatulam cum xij. costis, et cabritum, et lectonem si habuerit eos; et casale de Valle Petri Petri dat IX. taligas milii de foro per stivam; et casale de Quintanis dat j. quartarium milii de foro per stivam; et casale Fontis dat j. gallinam, et j. taligam centeni pro fugacia per quairam; et casale de Penedo dat iij. taligas milii de foro per stivam; et casale Gunsalvi Munionis dat j. quartarium milii de foro per stivam; et casale Petri Martini dat vj. taligas milii per stivam de foro; et casale Domne Fafie dat iij. taligas milii per stivam de foro; et casale de Terciis dat j. quartarium milii per stivam de foro; et casale Outarii de Luso Pelagii dat vj. taligas (milii) per stivam de foro. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod in Belilal jacent due leire, et dant inde annuatim Domino Regi vj.tam partem omnium fructuum; et terrenus fontis est regalengus, et dant inde annuatim Domino Regi vj.tam partem; et circa ipsam fontem jacet una peza regalenga, et dant inde annuatim vj.tam partem Domino Regi; et in Penedo ij. leire, et dant inde terciam partem omnium fructuum Domino Regi; et de leira de Faquina dant inde terciam partem Domino Regi; et in Presa de Vilari jacet una leira, et dant terciam inde Domino Regi; et in alio loco qui dicitur Peso jacet una leira, et dant inde terciam Domino Regi. Item, dixit quod dant de Ervedario j. sextarium de castaneis; et de castinariis de Aldemir dant inde j. alqueire de castaneis. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod filii Pelagii Lupi debent esse Maiordomi Terre. Et omnes isti pectant vocem et calumpniam, et dant luctuosam. Martinus Petri, Menendus Martini, Petrus Petri, Martinus Petri, Martinus Pelagii, Martinus Johannis, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 675.

Cunha — S. Miguel de

Item in collatione sancti Michaelis de Cunya. Menendus pelagiz abbas ipsius Ecclesie iuratus et interrogatus dixit quod dominus Rex est patronus medietatis istius Ecclesie et habet ibi Regalengum scilicet IIJ casalia et dant domino Regi anuatim scilicet de arroteas quartam partem de omnj fructu et adueniunt se cum Maiordomo et dant de auctuno tertiam partem de milio lino et fabis medietatem et omnj reuolta dant tertiam partem tocius fructus et pro eiradiga singulos sextarios de panem scilicet de milio et centeno per mensuram bracare preter casale de Gondemar de quo dant pro eyradiga. j. taleiga de pane mediato. et de uino dant medieto et de uino dant medietatem et si habuerint. x. x. puzales de uino dabunt singulos sextarios de uino quod si non habuerint. x. x. puzales dabunt secundum eiradiga secundum quantitatem uinj et dant anuatim pro directuris scilicet pro Natali singulas spatulas de XIJ costis sine pede cum IIIJ. IIIJ denarios et pro pascha singulos cabritos et singulos caseos cum. x. x. ouis et pro sancto Johane singulas taleigas de tritico. pro fugacia et debent eas segare de agro et singulos franganos. cum. x. x. ouis et pro sancto Michaele dant IJ. IJ. capones cum. x. x ouis et de ueteri solebant dare singulos bragales et modo dant pro eis singulos medio morabitino preter casale de Gondemar quod non dant caseum et oua et franganum et capones et hoc forum faciunt. XJ. casalia. De alijs uero duobus casalibus que uocantur de Eyras

(1) Esta freguezia pertencia n'esta data, 1258, ao *Julgado de Freitas*.

Dorio: deve certamente ler-se Torio, que é um lugar d'esta freguezia. — *Outarii:* Outeiro, lugar. — *Vilari:* Villar, lugar.

dant anuatim tertiam partem totius fructus et dant pro eyradiga pane et uinj singulos capones et singulos franganos. et pro directuris dant singulas spatulas de. xij. costis cum iiij. iiij denarios et ista xiij casalia dant anuatim pro pedida de Maiordomo. ij. ij. solidos et uocant Maiordomum dominj Regis ad colligendum pane et non leuant extra Villam. Item dixit quod non pectant uocem et calumpniam et dant pro loitosa. j. bouem uel vaccam et si non habuerit dabit melius donum quod habuerit excepta bestia. Item dixit quod casale de..... Regalengum dominj Regis date de toto fructum s.. casalibus. xiij. supradicti Item dixit forarij dominj Regis non sunt ibi et habuerit ibi honor de uetus dominj Gunsalui ramiriz. Item dixit quod sunt ibi alie leire Regalengue scilicet in agra de mendoes. iij. leiras. et de duabus dant medietatem de milio et tertiam de alio fructum et de alia dant tertiam partem tocius fructus Item in agra de peroes. j. leira. de qua dant quartam partem tocius fructum et. j. gallina. Item in seara de militibus. ij. leiras uine de quibus dant medietatem uinj. Item in ltār *(sic)* de Crasto. j. leira. de qua dant tertiam partem autunj et medietatem de milio domnus Saluator. Petrus Saluator — Petrus pelagiz — Martinus ihoanis — Nunus gunsalui — iurati et interogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Menendus pelagiz abbas. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Inquirições de D. Affonso 3.º*, Liv. 9.º, fl. 29.

Freitas — S. Pedro de

Hic incipit inquisitio ville que vocatur Freitas et omnium parrochianorum Ecclesie Sancti Petri ipsius loci. Menendus Petri, ejusdem loci, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est herdatorum ipsius loci, et ad presentationem ipsorum Menendum Johannis Bracarensis Archiepiscopus in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si debet abbadare eam, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quod casalia habentur in Freitas, dixit quod xl. casalia et due quintane, et sunt inde tria casalia et una quintana Domne Tarasie. Item, dixit quod alia duo casalia Domne Tarasie sunt, et de istis duobus casalibus levat inde Dominus Rex medietatem porcionis; et duo sunt Domne Elvire Johannis; et aliud est Didaci Fernandi cum suis fratribus; et aliud est Petri Juliani cum suis fratribus herdatorum, et dant annuatim terciam partem omnium fructuum, et de ista porcione levat inde Dominus Rex ij. partes ipsius porcionis, et aliam terciam levat Domna Tarasia cum filiis et nepotibus Menendi Osoriz; et duo sunt Johannis Bitouti Vimarañ. et dant annuatim Domino Regi j. almude de castaneis; et aliud est Monasterii de Sauto; et aliud est Marie Johannis herdatoris; et aliud est Petri Menendi herdatoris; et aliud est Johannis Menendi, et dat annuatim Domino Regi j. gallinam; et vj. casalia sunt herdatorum, qui non faciunt aliud forum nisi quod pectant vocem et calumpniam; et aliud casale est Martini de Pomaribus, et dat annuatim Domino Regi j. franganum et x. ova; et xv. casalia sunt Domini Regis, et dant annuatim Domino Regi quilibet per se j. spatulam cum xij. costis, et j. taligam centeni, et j. gallinam, et cabritum, et lectonem si habuerint eos, et unum caponem, et x. ova, et dant annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, et iiij. varas bracalis quilibet per se; et de istis xv. casalibus Domini Regis levat inde vij. casalia Domna Tarasia cum progenie Menendi Usoriz de porcione ville quartam partem porcionis, et de quo laborant ista vij. casalia extra villam levat inde terciam partem porcionis: et aliud casale est Monasterii de Arnoya, et de isto casale Arnoye levat inde Dominus Rex terciam partem porcionis de quo laborat in villa de Freitas. Item, dat Domino Regi j. corasillum, et j. franganum, et x. ova, et iij. varas bracalis, et j. almude de castaneis. Et vij. cabanarii dant annuatim Domino Regi vij. gallinas et x. ova, que dat Fernandus Jo-

(1) Esta freguezia pertencia n'esta epocha ao *Julgado de Penafiel*, ou *Terra de Penafiel de Bastuço* como se denomina nas Inquirições de 1220. Bastuço é uma freguezia limitrophe d'esta, que actualmente pertence ao concelho de Barcellos. Cunha, que posteriormente pertenceu durante seculos a Guimarães, pertence hoje ao concelho de Braga.

Gondemar: Gondomar, lugar. — *Eyras:* Eiras, lugar. — *Agra de mendoes:* Agra de Mendões, campos.— *Agra de peroes:* Agra de Porrões, campos. — *Crasto:* terreno elevado, pertencente ao casal da Egreja, onde tem apparecido numerosos vestigios de povoação lusoromana, ou preromana; diz-se ter sido *habitação de mouros.*

Vilarinus: Villarinho, lugar.—*Quintis:* Quintã ? lugar. — *Varzenelas:* Varziellas, lugar. — *Sautus:* Souto, lugar. — *Godinis:* Godinhos, lugar. — *Outarii:* Outeiro, lugar. — *Alcouze:* Alcouce, lugar.

cum xij. costis, et singulas taligas centeni, et singulos franganos, et singulos cabritos, et singulos leitones si habuerint, et dant luitosam, et vij. casalia faciunt tale forum sicut ista alia predicta casalia ergo quod non dant fugacias nec fossadariam, et omnes qui habitaverint in istis casalibus predictis omnes debent dare singulas spatulas et singulos franganos. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod in Outario jacet ibi unum Regalengum, et dant inde annuatim Domino Regi vj. quartarios de painzos per tributariam, et non debent inde dare magis nec minus. Interrogatus quis dedit eis istud forum, dixit quod nescit. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod Martinus Melioratus debet esse Maiordomus maior Terre et arearum, et Johannes Martini debet esse Maiordomus Terre maior, et Menendus Pelagii Maiordomus Terre et arearum, et Domnus Andreus debet esse Maiordomus Terre et arearum, et filii Menendi Martini Maiordomi Terre, et filii et nepoti Petri de Guiliandi Maiordomi Terre et arearum, et Johannes Neto Maiordomus Terre et arearum, et filii Martini Petri de Rial et nepoti Maiordomi Terre et arearum, et filii et nepoti Menendi Menendi de Rial de Maiordomi Terre et arearum, et Johannes Martini de Sima de Villa Maiordomus arearum, (et) filii Martini Martini de Queimadela Maiordomi Terre. Item, dixit quod in alia villa que vocatur Vizella habentur ibi viij. casalia et iij. cabanarii, et duo sunt ipsius Ecclesie et habuit ea de testamento herdatorum, et pectant vocem et calumpniam, et vadunt ad torviscatam et ad castellum, et unum casale istorum dat annuatim Domino Regi j. sextarium centeni, et iij. varas bracalis pro fossadaria, et aliud casale dat annuatim Domino Regi vij. varas bracalis pro fossadaria, et j. sextarium centeni; et aliud casale est filiorum et nepotum Pelagii Neti, et dant inde annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis, et j. sextarium centeni, et j. franganum, et cabritum, et leitonem si habuerit, et dat iiij. varas bracalis pro fossadaria; et aliud est filiorum et nepotum Pelagii Mauri, et dat tale forum per totum sicut istud aliud casale predictum filiorum et nepotum Pelagii Neti; et aliud casale est herdatorum filiorum et nepotum de Gondemiro, et non facit ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et aliud casale est de Vilar et Pelagii Mauri et dat annuatim Domino Regi j. sextarium centeni, et iiij. varas bracalis pro fossadaria; et casale quod fuit Petri Auricule dat annuatim Domino Regi j. taligam centeni, et ij. varas bracalis pro fussadaria; et aliud casale est filiorum et nepotum Petri Veteri et est herdatorum, et dat inde annuatim Domino Regi j. spatulam cum xij. costis. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod non. Et dixit quod cabanarii supradicti pectant vocem et calumpniam, et dant singulas spatulas cum xij. costis. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod Martinus Fernandi debet esse Maiordomus Terre per capud. Item, dixit quod in alia villa que vocatur Asturaos habentur ibi x. casalia, et unum casale est ipsius Ecclesie et pectat vocem et calumpniam, et dat annuatim Domino Regi j. sextarium centeni, et iiij. varas bracalis pro fossadaria; et aliud est filiorum et nepotum Menendi Sesnandi, et dat j. spatulam cum xij. costis, et j. franganum, et cabritum, et leitonem si habuerit, et vij. varas bracalis pro fossadaria; et aliud est filiorum et nepotum Domni Guimare, et dat j. spatulam cum xij. costis, et j. franganum, et cabritum, et leitonem si habuerit; et aliud casale est Stephani Johannis de Freitas et habuit illud de uno herdatore in tempore fratris istius Regis, et faciebat tale forum sicut unum istorum predictorum, et ex illo tempore quod Stephanus Johannis habuit ipsum casale numquam fecit forum, et debebat esse maiordomus quis quis moratus fuerit in ipso casali; et aliud est filiorum et nepotum de Sesmarro Menendi et sunt herdatorum et non faciunt ullum forum. Interrogatus quare, dixit quod nescit. Et aliud casale de Quintanis (est) filiorum et nepotum Gomecii Montarii, et faciunt tale forum per totum sicut casale predictum quod fuit Menendi Sesnandi, et de magis dat j. sextarium centeni; et aliud casale quod fuit Menendi Exaram dat j. sextarium centeni, et iiij. varas bracalis pro fossadaria; et aliud casale est filiorum et nepotum de Sesino Gomecii, et dat annuatim j. taligam centeni, et j. spatulam, et j. franganum, et cabritum, et leitonem si habuerit, et ij. varas bracalis pro fossadaria; et aliud casale quod fuit Pelagii Pardi dat spatulam, et j. sextarium centeni, et j. franganum, et cabritum, et leitonem si habuerit, et modo non dat nisi tres taligas centeni. Interrogatus quare, dixit quod propter quod est depopulatum. Et

aliud casale quod fuit de Furas dat spatulam, et j. franganum, et cabritum, et leitonem si habuerit. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod casale de Chamiro est regalengum et est depopulatum, et dant inde annuatim Domino Regi xv. taligas de painzo de foro per stivam. Item, dixit quod casale quod fuit Menendi Exaram fuit inde VI.ta pars unius mulieris et noluit facere forum et remansit ista VI.ta pars pro regalenga; et in alio loco qui dicitur Circa soutum de Friandi jacet j. leira, et dant inde annuatim Domino Regi j. almude panis, (et) si Maiordomus noluerit debent inde dare terciam partem omnium fructuum; et in villa de Vizela subtus domum Petri Johannis subtus Negraes jacet j. leira, et debent inde dare terciam partem omnium fructuum. Item, dixit quod istas spatulas predictas debent sacare illas in Terra, et postea debent levare illas homines istius Judicatus usque Vimaran. vel tantum quomodo Vimaran. ad Divitem hominem Terre. Item, dixit quod hereditas que fuit Lupi Subjerii quantam inde comparavit Martinus Pelagii noluit facere quale debebat facere. Item, dixit quod filii et nepotes petrarii de Villa Franca debent esse Maiordomi Terre et arearum, et quis traxerit inde hereditatem debet esse maiordomus; et hereditas que fuit Petri Martini Sancte Crucis quis traxerit ipsam hereditatem debet esse maiordomus arearum; et hereditas que fuit Domni Petri de Lageela quis traxerit ipsam hereditatem debet esse Maiordomus Terre et arearum; et filii et nepotes Menendi Seniiz quis traxerit suam hereditatem debet esse Maiordomus Terre et arearnm; et filii et nepotes Petri Gomecii Sancti Martini debent esse Maiordomi, et quis traxerit inde hereditatem debet esse Maiordomus Terre; et filii et nepotes Martini Nuniz Sancti Martini debent esse Maiordomi Terre et arearum, et quis traxerit inde hereditatem debet esse Maiordomi Terre; et filii et nepotes Martini Raposi similiter debent facere sicut predicti; et filii et nepotes Martini Menendi de Queimadela similiter debent facere sicut predicti: et omnes qui habitaverint in ista predicta casalia fo(ra)ria debent dare omnes quilibet per se singulas spatulas, et singulos franganos, et singulos leitones si habuerit. Item, dixit quod nunquam fuerunt ad castellum nisi ad castellum Vimaran. qui fuerunt per forciam: et isti forarii predicti Maiordomi magis istorum fuerunt se de Terra et de illis sunt inde magis mortui, et remanserunt inde hereditates, et semper isti fuerunt esse Maiordomi per ipsas hereditates. Et dixit quod omnes isti predicti debent dare xl. bracales cum istis bracali(bus) quod sunt jam computati, et per omnes debent esse xl. bracales de toto Judicatu de Travazoo. Item, dixit quod in domo Maiordomi Terre debet esse pausa Divitis hominis. Interrogatus quomodo scit omnia que perhibuit, dixit quod vidit et passus fuit. Laurencius Petri, Martinus Johannis, Johannes Petri, Johannes Martini, Martinus Fernandi, Pelagius Petri, D. Menendi, Petrus Amarelo, Domnus Silvester, Petrus Johannis, Petrus Gomecii, Johannes Linares, Petrus Gomecii, (perhibuerunt) predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem,* pag. 619.

Villa Cova — S. Bartholomeu de

Hic incipit inquisitio collationis Ville Cove et omnium parrochianorum ejusdem Ecclesie Sancti Christofani ejusdem loci. Petrus Martini, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est herdatorum ipsius loci, et ad presentationem ipsorum Stephanum Johannis Bracarensis Archiepiscopus in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si debet abbadare illam, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collacione dixit quod xxx.a casalia, et viij. cabanarii, et duo sunt Domne Tarasie Geraldi; et duo sunt Sancte Marie de Sauto et numquam audivit dicere unde habuit ea, et dant inde annuatim Domino Regi unum almude vini de una leira que jacet regalenga in loco qui dicitur Ormilo, et si Maiordomus noluerit dare *(sic)* istum almude debent ei dare terciam partem (omnium fructuum); et duo casalia sunt Monasterii de Sauto, et dant j. almude vini Maiordomo pro defendere unam devesam; et unum ca-

(1) O titular da egreja parochial é hoje S. Thomé. *Outario:* Outeiro, lugar. — *Vizella:* lugar. — *Quintanis:* Quintãs, lugar. — *Santi Martini:* S. Martinho, sitio no sopé do monte Alvô, onde a tradição conserva a memoria d'uma Egreja e ainda se mostram restos de sepulturas abertas em pedra.

sale est filiorum Domni Egee Subgerii Militis; et unum est Hospitalis et habuit illud de testamento Herdatorum; et vij. cabanarii sunt ipsius Ecclesie; et xxij. casalia sunt herdatorum, et de istis xxij. casalibus sunt inde viij. que pectant vocem et calumpniam et non faciunt aliud forum, et alia xiiij. casalia dant de foro Domino Regi quilibet per se j. spatulam cum xij. costis, et j. sextarium centeni per taligam Vimarañ., et unam gallinam, et dant luctosam, et cabritum, et lectonem si habuerit eos; et duo de Baldeli sunt Domini Regis, et dant Domino Regi annuatim singulas spatulas cum xij. costis, et singulas gallinas, et cabritum, et lectonem si habuerint eos, et dant quartam partem omnium fructuum. Item, dixit quod omnes qui morati fuerint in formalibus et hereditatibus illorum predictorum herdatorum forariorum debent facere tale forum sicut alii predicti herdatores. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod in loco qui dicitur Pons subtus hereditatem Ecclesie jacet ibi una leira; et in alio loco qui dicitur Molendinus jacet una leira, et ipse Molendinus est Domini Regis cum Regalengo de Sautelo: et de hoc Regalengo et de leiris predictis dant inde almude panis annuatim Domino Regi: et in Chousis alia leira de tercia. Item, dixit quod alia leira vocatur Chausa que jacet circa Ecclesiam, et dat terciam; et in alio loco qui dicitur Fios jacet una peza regalenga et est de quarta. Item, dixit quod in loco qui dicitur Casale donegum jacet una peza regalenga, de qua dant annuatim Domino Regi j. almude panis couti, et j. almude vini, et j. gallinam, et x. ova, et quartam partem omnium fructuum. Item, dixit quod in loco qui dicitur Barrarius jacet unum Regalengum, de quo dant inde almude de castaneis, et si Maiordomus noluerit istum almude de castaneis debent ei dare quartam partem omnium (fructuum). Item, dixit quod circa casale Nuni Nigri jacent due leire et unus castinarius, de quibus dant annuatim j. alqueire et quartam de castaneis, et j. franganum, et v. ova. Item, dixit quod de sauto de Goimiro dant annuatim j. alqueire de castaneis. Item, dixit quod de castinariis de Aacrucis dant inde annuatim j. alqueire de castaneis: et de omnibus istis hereditalibus regalengis predictis levat inde Dominus Rex vj.^{tam} partem, et alie v.^{e} partes que remanent levant Domna Tarasia Giraldi et Sancta Maria de Sauto et Monasterium Sauti illas v.^{as} partes. Item, dixit quod in Fornelo jacet una leira, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, et j. franganum et x. ova. Item, dixit quod de hereditate de Mourigos dant inde annuatim Domino Regi j. sextarium panis per stivam; et de hereditate de Sovereiras dant inde annuatim Domino Regi j. sextarium panis per stivam; et de casali de Fornelo j. sextarium panis per stivam; et de casali Vallis dant annuatim Domino Regi j. modium panis per stivam; et de hereditate Fontis vj. taligas panis per stivam; et de casali Outeiroli vj. taligas panis per stivam; Pelagius Johannis, Gomecius Moniz, Pelagius Pelagii. Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod filii Munionis Pelagii debent esse Maiordomi Terre. Gomecius Munionis, Pelagius Menendi, Pelagius Johannis, Pelagius Pelagii, Petrus Menendi, Johannes Pelagii, Petrus Petri, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbum ad verbum quilibet per se sicut primus (1).

Vide *Ibidem,* pag. 674.

Xisto — S. Romão de

Hic incipit inquisitio collationis heremite Sancti Romani et omnium parrochianorum ejusdem heremite ipsius loci. Pelagius Johannis, juratus et interrogatus cujas est ipsa Ecclesia, dixit quod est herdatorum ejusdem loci, et ad presentationem ipsorum Andream Johannis Bracarensis Archiepiscopus in priorem constituit in eadem. Interrogatus si habet ibi Dominus Rex aliquod jus vel habuit vel debet habere, vel si debet abbadare illam, vel si faciunt inde aliquod forum Domino Regi, dixit quod non. Interrogatus quot casalia habentur in ipsa collatione, dixit quod vj., et unum est inde ipsius Ecclesie, et pectat vocem et calumpniam; et aliud casale est Pelagii Johannis cum suis fratribus et sunt herdatorum, et pectant vocem et calump-

---

(1) Esta freguesia pertencia ao *Julgado de Freitas,* hoje ao concelho de Fafe. O titular da Egreja parochial é S. Bartholomeu e não S. Christovão.

Ormilo: Talvez os campos chamados hoje Dromilhe. — *Baldeli:* Baldelhe, lugar. — *Pons:* Ponte, campo proximo do passal do parocho. — *Sautelo:* Soutello, Soutinho, leiras. — *Chausis:* Chousas, leiras. — *Fios:* lugar. — *Barrarius:* Barreiro, casal e leiras. — *Aacrucis:* Cruz, campo. — *Vallis:* Valle, nome de campo. — *Fontis:* Fontes, lugar. — *Outeiroli:* Outeirô, lugar.

niam, et vadit ad castellum, et dant inde vij. varas bracalis, pro fussadaria; et aliud est Orrace Martini cum suis fratribus Vimarañ., et pectat vocem et calumpniam, et dat j. franganum et v. ova, et vadunt ad castellum; et aliud est Marie Pelagii cum suis germanis herdatorum, et pectant vocem et calumpniam, et vadit ad castellum, et dat inde unum cabritum; et aliud casale est Domne Marie Menendi, et non facit ullum forum; et aliud casale est Marie Juliani, et pectat vocem et calumpniam, et vadit ad castellum. Interrogatus si habetur ibi aliquod Regalengum, dixit quod in loco qui dicitur Vinea de Zoca jacet una leira, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum, et unum franganum et v. ova; et in Centeaes (jacet) alia leira, et dant inde Domino Regi terciam partem; et in Maragata jacet alia leira, et dant inde de medietate ipsius leire terciam partem, et de alia medietate dant vj.tam partem; et in Carvalari jacet unum magnum Regalengum, et laborant illud v. homines herdatores et Ordinum, et dant inde annuatim Domino Regi terciam partem omnium fructuum; et in Serra jacent ibi vj. leire, et dant inde iiij.or vj.tam partem omnium fructuum, et due dant terciam partem omnium fructuum Domino Regi; et in Carvalio jacent due leire, et una est de tercia et alia est de vj.ta; et in Paul donego jacent iiij.or leire et sunt de tertia; et de casali de Campo dant annuatim Domino Regi j. quartarium panis de foro; et in Avellanaria jacet una leira et est de tertia; et in Troitegendi jacet unus campus magnus, et dant inde annuatim Domino Regi xij. partem panis. Item, dixit quod in Carvalio jacet unus magnus campus, et dant inde annuatim Domino Regi xij.mam partem omnium fructuum; et in Sauto velo alia leira et est de tertia; et in casali de Tojali jacet una leira et est de vj.ta et dant j. franganum et v. ova; et in Senaria jacet una peza campi et est de tertia; et in Ceveli jacet j. leira et dant inde iij. almudes panis: et dixit quod circa vineam Domne Marie jacet unus campus et est de tertia; et in campo de Penedo de Lagena ad sursum est Regalengum et est de tertia. Item, dixit quod ad portam Domne Marie de Riali jacet ibi unus campus regalengus et est de tertia; et in Linarino jacent iij. leire et sunt de tertia; et in Abatota jacet unum magnum Regalengum et est de vj.ta; et in Fajoo jacet aliud magnum Regalengum et est de vj.ta Interrogatus si moratur ibi aliquis homo forarius, dixit quod non. Interrogatus quomodo scit omnia que peribuit, dixit quod vidit et passus fuit et bene certus est. D. Johannis, Pelagius Johannis, Paulus Johannis, Martinus Johannis, Menendus Martini, Martinus Petri, Pelagius Johannis, omnes isti peribuerunt predictum testimonium verbo et verbum quilibet per se sicut primus. (1)

Vide *Ibidem*, pag. 671.

CCLX

Monumentum hoc ex Publico Archivo describendum curavimus.

1259 (2)

Karta de demandis factis hominibus vimaranis super Regalengis quos tenebant

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod in Era milesima ducentesima nonagesima septima mense junij in Vlixbona in presencia mei pelagij iohanis publici tabellionis vimaranis et testium subscriptorum martinus petri dictus Rial almoxariffus vimaranensis per mandatum dominj Regis demandauit hominibus de vimaranis qui tenebant hereditates regalengas in terra de vimaranis et concilium vimaranis misit ad curiam domini Regis Johannem dominici canonicum et martinum pelagii lajcum dictum de Rupella vimaranis procuratores suos super causa predicta. Et dictus martinus petri rial almoxarifus vimaranensis per mandatum domini Regis et per suum aduocatum proposuit in Curia ipsius domini Regis

(1) Esta freguesia pertencia em 1258 ao *Julgado de* [illegible] da freguesia [illegible], comarcando [illegible] mencionado [illegible]

(2) [illegible] mar-ço [illegible] Guima-rães Payo Annes, existentes no Archivo da Torre do Tombo, Collegiada de Guimarães, maço 12, n.º 28, mostram a existencia d'uma capella dedicada a S. Bento no monte [illegible] *hermitagium sancti Benedicti*, [illegible] *heremitorium sancti Benedicti in collibus sancti Micahelis de caldis et sancti Saluatoris de taagildi*, diz o segundo.

quod ipsi homines de vimaranis tenebant ipsas hereditates regalengas et non monstrabant qua ratione non dabant de ipsis hereditatibus Regalengis domino Regi suum directum sicut debebant. Et ipsi procuratores dixerunt quod dabant domino Regi omnia que continetur in suo registro et petebant ex parte concilij vimaranis pro mercede in curia domini Regis quod dominus Rex teneret eos de ipsis hereditatibus ad illum usum quale habuerunt in tempore aui et patris et fratris sui et ad suum registrum. Et predictus almoxarifus dixit quod inueniebat ipsas hereditates heremas et diuisas inter ipsos homines de vimaranis et quod perdebat dominus Rex de illis multum de suo directo et quod non dabant de illis hereditatibus porcionem nec directuras sicut de illis dare debebant. Et ipsi procuratores dixerunt quod almoxarifus nominaret illis que erant ipse hereditates de quibus dominus Rex non habebant suum directum. Et tunc ipse martinus rial almoxarifus vimaranis incepit demandare pro domino rege johanem dominici predictum canonicum vimaranis specialiter dixit illi quare ipse johanes dominici tenebat hereditatem regalengam de fondon uel quare inpediebat illam domino Regi que illam uolebat dare cui de illa sibi daret suum directum. Et ipse Johanes dominici dixit quod ipsa hereditas de fondon quam ille tenebat quod erat sua. Et tunc ipse martinus rial almoxarifus vimaranis pro domino Rege interrogauit ipsum Johanem dominici si dabat domino Regi de ipsa hereditate de fondon aliquam porcionem. Et Johanes dominici predictus dixit quod dabat illi terciam partem fructuum et recipiebat ad illam suum maiordomum et leuabat ipsam partem ad cellarium domini Regis de vimaranis. Et tunc ipse martinus petri almoxarifus vimaranis pro domino Rege per suum aduocatum dixit quod per hoc confitetur quod ipsa hereditas est coniuncta domini Regis et quod dominus rex debet de illa facere suam uoluntatem et quid sibi placuerit et hoc posuit in iudicio curie. Et tunc curia domini regis habitum consilium super hoc indicauit quod dominus Rex habeat omnes hereditates que in suo Registro continentur et quod faciat de illis uoluntatem suam nisi de illis de quibus ostenderent sibi cartas de foro uel testimonium bonorum hominum per quod illis fuit datum quod habuissent illas per forum. Et ego predictus Tabellio vimaranis rogatus a domino Rege et a dicto almoxariffo interfui omnibus et singulis supradictis et hoc instrumentum de mandato curie et istorum subscriptorum propria manu scripsi et signum meum apposui in eodem quod tale est Deus est ueritas et qui diligit ueritatem diligit deum et deus illum. Qui presentes fuerunt domnus Egidius martini maiordomus curie Domnus Stephanus johannis Cancellarius domnus martinus iohanis maior portarius domini regis domnus menendus suerij domnus ffernandus fernandi domnus lupus roderici domnus alfonsus martini et domnus Rodericus petri de espino superiudices domini Regis domnus Rodericus iohanis magister scolarum Tudensis domnus Thomas Thesaurarius bracarensis domnus johanes suerij et domnus Durandus pelagij cancellarius domine Regine domnus petrus iohanis maior repositarius domini. Et domnus Rex peciit in curia sua sibi dari de hoc facto cartam de suo sigillo sigillatam et ad peticionem ipsius domini Regis fuit hoc strumentum de sigillo ipsius domini Regis sigillatum.

Vide Arch. ,da T. do T., *Chancellaria de D. Affonso 3.º* Liv. 1.º, fl. 60 v.

CCLXI

Na data infra mencionada El-Rei D. Affonso III estava em Guimarães.

1261

Esta he a ordenação e degredos que o sobredito Rey poz na sa casa

Na era de mil e duzentos e noventa e nove anos em Guimaraens no mez de janeiro mandou El Rey ordenar sa casa a dom Gil Martins moordomo, e a dom Esteve Anes chanceler e a dom Joam Davoym e a dom Martim Soares e ao mestre escolla de Tuy.

. . . .

Vide *Port. Mon. Hist., Leges et Consuet.*, pag. 200.

*

Alfonsus Dei gratia Rex Portugalie. Religiosis et honestis viris magistro milicie Templi uel comendatori tenenti locum magistri et omnibus comendatoribus de bayliis eiusdem ordinis in

regno Portugalie salutem et sincere dilectionis affectum..................................

....

Datum in Vimarane prima die februarii Rege mandante per domnum Egidium Martini et per cancellarium et per domnum Johanem Petri de Avoyno et per alios de consilio domini Regis. Dominicus Petri fecit. Era M.ª CC.ª LXXXX.ª VIIII.ª

Vide *Ibidem, ibidem,* pag. 201.

*

In christi nomine et eius gratia. Notum sit omnibus presentes litteras inspecturis, Quod ego Alfonsus dei gratia Rex Port. una cum vxore mea Regina domna Beatrice illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filia nostra Infanta domna Blanca, facio quandam populationem in Cauto de Maazedo et impono ei de nono nomen Monzon.......................

....

Que fuit facta apud Vimaranes XII.ª die Marcii. Era M.ª CC.ª LXXXX.ªV IIII.ª (1)

....

Vide *Ibidem. ibidem,* pag. 696 e 698.

CCLXII

Charta D. Alphonsi III. de judice in Cauto Sancti Torquati. Ex apographo authentico saeculi XVIII hausimus.

1262 (2)

Alfonsus Dei gratia Rex Portugaliae universis presentem cartam inspecturis notum facio quod ego mando et concedo Petro Nunni Priori Santi Torcati et conuentui ejusdem loci et omnibus successoribus suis quod ipsi faciant et nominent in Cauto Santi Torcati judicem qualem voluerint et quando voluerint similiter, et mando et defendo quod nullus habeat maladiam in ipso Cauto Santi Torquati et istud facio ego amore ipsius Petri Nunni Prioris ipsius monasterii de Santo Torquato, in cujus rei testimonium dedi eidem Priori et conuentui ipsius monasterii istam meam cartam apertam datam Vimar. duodecima die jullii Rex mandauit per Alffonsum Martini super judicem Roderico Petri fecit Era millessima trecentessima.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Coutos,* fl. 9.

CCLXIII

Charta D. Alphonsi III de haereditatibus regalenguis restituendis. Ex Publico Archivo describendam curavimus.

1265

KARTA REUOCATIONIS DE HOMINIBUS CONCILIJ VIMARANIS SUPER HEREDITATIBUS REGALENGIS QUAS SIBI FILIARANT

Alfonsus dei gratia Rex portugalie uobis judici et almoxarifo et Tabellioni vimaranensi salutem. Mando uobis quod si uos dedistis ad forum aliquas hereditates meas regalengas de illis quas ego mandaui filiare hominibus vimaranis quod vos reuocetis eas. et detis eas illis quibus eas filiastis et si tenent inde aliquas cartas ego reuoco eas quod de cetero non ualeant et mando quod faciatis eas britare quia ita iudicatum fuit in mea curia et illi qui hoc anno laborauerunt ipsas hereditates leuent inde fructum et lexent eas illis qui eas ante habebant. Vnde aliter non faciatis sin autem ego tornarem me pro inde ad uos. Et ut uideam quomodo meum mandatum facitis mando quod Concilium vimaranis teneat istam cartam. Dante

(1) A *Monarchia Lusitana,* tomo 4.º liv. 15, cap. 28, leu esta data 1297 e, d'este documento assim lido e d'outro, hoje impresso no vol. *Scriptores* dos *Port. Mon. Hist.,* concluiu que a infanta D. Branca, filha de D. Affonso III, nasceu em Guimarães a 28 de fevereiro de 1259. Outros escriptores seguiram a Brandão, mas a leitura de Herculano, cuja exactidão fiz verificar, não comprova aquella, e porisso a asserção de que D. Branca nasceu em Guimarães cahe pela base, ficando sómente em pé a data 1259, como diz o *Chronicon Coninbricense* e como se deduz d'um documento coevo, existente no Real Archivo da Torre do Tombo, já em tempo aproveitado n'uma noticia de D. Branca, pubicada em «O Panorama», tomo 3.º, pag. 244.

(2) Em 21 d'abril de 1262 por carta dada em Coimbra, sendo almoxariffe de Guimarães Martim Rial, El-Rei D. Affonso III emprazou um casal reguengo, novamente feito na freguezia de Creixomil, chamado casal da Madroa: *quod facio de novo apud vimaranis in villa de Creyxemil quod casale uocitant da Madrona.* (Arch. da T. do T., Chancellaria de D. Affonso III, livro 1.º, fl. 60).

Em 11 d'agosto d'este anno D. Affonso III confirmou em Guimarães o Foral de Valença como se vê no *Port. Mon. Hist., Leges et Consuet.,* pag. 572.

colimbrie xiij die agusti Rege mandante per domnum johanem de auoyno maiordomum et per Cancellarium et per alios de consilio suo Johanes uincentij notuit. Era milesima tricentesima tercia.

Vide Arch. da T. do T., *Chancellaria de D. Affonso III,* Livro 1.º, fl. 79, v.

CCLXIV

Charta D. Alphonsi III de hereditatitus regalenguis restituendis. Ex Publico Archivo describendam curavimus.

1265

KARTA CONCILIJ VIMARANIS DE INTREGA HEREDITATUM REGALENGARUM QUAS SIBI FILIARUNT

Alfonsus dei gratia Rex portugalie uobis judici et almoxarifo de vimaranis salutem. Sciatis quod concilium vimaranis mandauit mihi petere pro mercede quod ego facerem eidem Concilio intregare illas meas hereditates regalengas quas sibi mandaui filiare. Et ego habito concilio curie mee uidi pro bono et pro directo quod ego mandarem eis intregare ipsas hereditates. Vnde mando uobis firmiter quod uos intreguetis ipsas hereditates illis hominibus qui eas ante tenebant taliter quod ipsi populent illa casalia que populata fuerunt et dent inde talem portionem et tales directuras quales inde dare consueuerunt sicut continetur in meo registro et de alijs hereditatibus que non fuerunt de casalibus similiter dent inde mihi portionem et directuras sicut eas consueuerunt inde dare et sicut continetur in meo Registro vimaranis Vnde aliter non faciatis sin autem haberem de uobis queyxume. Et ut uideam quomodo meum mandatum facitis mando quod concilium vimaranis teneat istam cartam. Dante Colimbrie xvj die agusti Rege mandante per domnum Johanem de auoyno maiordomum per cancellarium et per Roderico ihoanis prepositum sancte crucis et per alios de concilio suo Johane uincentij notuit. Era milesima tricentesima tercia.

Vide Arch. da T. do T., *Chancellaria de D. Affonso III,* Livro 1.º, fl. 79 v. (1)

(1) 1267. A 5 de dezembro d'este anno *Marina petri* fez o seu testamento em que ha estas disposições que, pelo seu interesse para a historia de Guimarães, não devo omittir aqui: *fratribus minoribus sancti ffrancisci... et operi ipsius loci. 1. morabitinum et medium... Leprosibus hominibus et mulieribus vimaranis medium morabitinum.... leprosis de Bauzis.* (Arch. da Colleg. de Guim., *Pergaminho* n.º 33).

CCLXV

Legatum Ecclesiae Vimaranensi factum domus in via Corregenaria sitae. Ex apographo saeculi XVIII desumpsimus.

1269

In nomine Domini amem. Sub era mil tresentos e sete duo nonas februarii ego Ausenda Saluatoris timens diem extremum vitae meae, et posita in meo integro sensu, meum facio testamentum. Inprimo mando corpus meum sepeliri in Ecclesia Sanctae Mariae de Vimaraes... Item mando ipsi Ecclesiae Sanctae Mariae Vimaranis pro meo anniuersario totam medietatem illius domus de rua Corregenaria.... Item confrariae de Sapataris unum marauitinum.... Et ego Vincentius Johannis publicus Tabellio Vimaranis... scripsi... (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro 1.º dos Test. e Doações,* n.º 68.

CCLXVI

Ex apographo saeculi XVIII hausimus hunc textum, qui ad vitam Vimaranensem multifariam interest.

1269

In nomine Domini amem. In era millessima trecentessima setima ultimo die mensis setembri, ego Domna Dominica Joannis posita in mea memoria, et in meo integro sensu timens extremum diem vitae meae meum facio testamentum. Inprimo mando corpus meum sepeliri in Ecclesia Sanctae Mariae de Vimaran. cum auia mea Domna Elvira............................

Item mando operi Sancti Francisci centum liberas... Item mando Inclusis Vimaran. singullas pelles... Item mando alliis mulieribus de

(1) *Rua Corregenaria:* rua Sapateira conforme a indicação posta no livro dos Testamentos citado. Hoje incorporada na rua da Rainha.

penitentia quae jacent insacatis decem liberas... Item mando leprosis Vimaran. viniam meam de Couis.... Item mando... feminis leprosis de Vimaran. annuatim unum marauitinum... Item mando fratribus minoribus de Vimaran. pro aqua duscenda ad canum treginta liberas... Item mando heredibus judicis Domni Joannis Martini viginti quinque liberas... Item mando meam medietatem domorum, et camporum qui sunt in vico de Ribo de Couros nostrae Albergariae de Goardal... Item mando confrariae de alfaates duos marauitinos..... Et ego Vincentius Joannis publicus tabellio Vimaran... scripsi...

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro 1.º dos Testam. e Doações,* n.º 203.

CCLXVII

Charta Regis D. Alphonsis III de terminis et immunitatibus Castelli Vimaranis. Ex Publico Archivo descripsimus.

1272

A. dei gratia Rex Port. et algarbij vobis almoxariffo et judici et maiordomo Vimaranis qui modo estis et qui de cetero pro tempore fueritis salutem. Sciatis quod ego mandaui per meam cartam priori Monasterii Sancti Torquati et priori claustrati de monasterio de Costa. et Gonçaluo Menendi meo judici qui ambulat cum domno Nuno Martini meo meyrino maiori. et Vicencio iohanis tabellioni Vimaranis quod ipsi bene et fideliter inquirerent de bonis hominibus ad sancta Dei euangelia conuitatis per ubi erant termini de Castello Vimaranis. et si homines de ipso castello debebant pectare uocem et calumpniam. et quantas calumpnias debebant pectare. et si debebat maiordomus Vimaranis intrare per dictum Castellum Vimaranis. et pro quantis rebus ipse maiordomus debebat illuc intrare. et si debebat relegarius intrare per dictum Castellum et in quo modo illuc debebat intrare. et quos usus et custumes habuerunt et habebant predicti homines de Castello supradicto. et quis dederat eos illis. Et ipsi miserunt mihi inquisitionem quam inde receperunt clausam sub suis sigillis. et ego visa ipsa inquisitione et habito diligenti consilio super ea. inueni quod termini supradicti Castelli Vimaranis sunt. a veela de Pelagio uermudi que consueuit dici de Tuyrigo. deinde ad Sauugal. deinde ad Corredoyram ubi habitat Petrus Garsie petrarius. deinde ad petram de Menendo Mao. deinde per sub locum ubi inforcant homines. deinde ad palatium de Menendo Mao. deinde ad deuesam que erat de Pee quam taliauerunt homines de Bragaa. deinde ad supradictam veelam. et inueni quod predicti homines debent pectare tres calumpnias tantum. scilicet merdam in bucam et rausum et hominem mortuum. et quod maiordomus Vimaranis non debet intrare Castellum Vimaranis nisi per portagium de hominibus de fora. Et si aliquis homo de Castello supradicto fecerit aliquam de supradictis tribus calumpniis dictus maiordomus debet eumdem hominem petere ad directum de Alcaldibus de predicto Castello. et si eum non dederint maiordomo ad directum tunc maiordomus debet dictum hominem pignorare extra Castellum et terminos supradictos si ei inuenerit per quod possit habere de illo calumpniam quam fecerit. et si ei maiordomus extra Castellum et terminos supradictos non inuenerit per quod possit habere calumpniam debet pignorare homines de predicto Castello in illis que eis inuenerit extra Castellum et terminos supradictos quousque dent ei ad directum illum qui fecerit calumpniam. Et inueni quod Relegarius debet intrare supradictum Castellum et custodire suum relegum et dare ibi dictis hominibus unam tabernam de bono uino et duas. Et inueni quod homines supradicti habent istos usus et custumes. scilicet debent custodire supradictum Castellum. et ire ad velam de ipso Castello. et debent mittere per se alcaldes et andatorem. et non debent ire ad hoste, nec ad anuduuam. nec ad fossatum. Et inueni quod Rex dominus Alfonsus vetus meus bisauus dedit eis istos usus et istos custumes. Unde iudicando mandaui et mando quod homines de Castello supradicto teneantur ad foros et ad usus et custumes supradictos nominatos. et mando uobis almoxariffo et judici et maiordomo qui modo estis et qui de cetero fueritis quod teneatis et facietis tenere homines de predicto Castello ad predictos foros et usus et custumes supradictos et quod agardetis eos illis. et ipsi homines faciant et compleant mihi et successoribus meis quos in mihi et successoribus tenent facere et complere. In cuius rei testimonium dedi supradictis hominibus istam

cartam. Data Ulixbone xv die agusti. Rege mandante per domnum Johanem de avoyno suum maiordomum et per cancellarium et per Rodericum garcie de pauia et per Johanem suerii conelium et per Fernandum fernandi Cogomino et per Martinum iohanis de vinali et per alfonsum petri farina et per fratrem Geraldum dominici et per magistrum Petrum phisicum et per Petrum iohanis decanum Siluensem et per dominicum iohanis dictum iardum et per magistrum bolonil. Jacobum iohanis notuit. E. M.ª CCC. X. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Chancellaria de D. Affonso III,* Liv. 1.º, fl. 116. (2)

CCLXVIII

Carta de D. Affonso III sobre a observancia dos privilegios e guarda dos Coutos da Collegiada de Guimarães. Copia authentica do seculo XVIII.

1276

Dom Affonço pella graça de Deos Rei de Portugal e do Algarve. A vos Alcaide e Juiz de Guimarães saude mandamos que sabades os homens que britarão os Coutos da minha Iglesia de Santa Maria de Guimarães e que fezerão mal e forsa nos homems que morão em esses Coutos e nos outros herdamentos dessa Iglesia sobredita e bede todellas cousas que en filharom e fazede todo entregar a essa Iglesia e emprazade elles que venão perante minha corte responder a mim e a essa Iglesia sobredita dos encoutos que britarão asy como he conteudo nos preuillegios que essa sobredita Igreja de mim tem e dos outros Reis que ante mim forão e de honrras e de pennas e constrangede elles por quanto no mundo ouuerem e mandedemi dizer por vossa carta os nomes dos caualleiros e dos homems e das Donas que isto fezerom e o dia que deuem pareçer perante minha corte e nom leixedes em todellos Coutos nem em todos herdamentos dessa Iglesia a nenhum caualleiro nem a Dona nem a nenhum homem hauer nenhua maladia nem criar filho nem filha nem fazer hy mal nem forssa onde al nom façades senom bem crede que hauerei por en de uos queixume e tornarmei por ende aos vossos corpos e aos vossos haueres e e que veão como hy fazedes meu mandato mando ao Priol e ao Cabbido dessa minha Iglezia sobredita que tenão esta minha carta aberta em testemoyo. Dada em Lisboa desenoue dias de feuereiro ElRei o mandou Domingos Mendes a fez Era de mil e trezentos e catorze.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Coutos,* fl. 9 v.

CCLXIX

Bulla Innocentii Papae V monasterii Sancti Torquati institutionem confirmans. Ex apographo authentico saeculi XVIII descripsimus.

1276

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis Priori Monasterii Sancti Torquati ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regullarem vitam profecis in perpetuum regularem vitam elligentibus appostollicum conuenit adesse presidium ne forte cujusllibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet aut robur (quod absit) sacrae relligionis infringat: qua propter dillecti in Domino Fillii vestris justis postulationibus clementer annuimus, et monasterium Sancti Torcati Bracaren. Dioçesis in quo Divino estis obsequio mancipati sub Beati Petri, et nostra protectione suscipimus et presentis scripti preuillegio communimus. Inprimis siquid statuentes ut Ordo canonicus qui secundum Deum et Beati Augustini regullam in eodem monasterio institutus esse dignosçitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obseruetur. Preteria quascumque poçessiones quaecumque bona idem monasterium in presentiarum juste, ac canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum largitione Regum vel Principum oblatione fidellium seu aliis justis modis prestante Domino

---

(1) Confira-se o que escreveu A. Herculano, *Hist. de Port.*, IV, pag. 160 da 4.ª edição, a proposito d'este documento, que todavia julgamos não ter sido rigorosamente interpretado pelo grande historiador. Deu origem a esta sentença a contenda dos moradores de Guimarães com os da villa do Castello e não dos burguezes com os officiaes da corôa.

(2) No anno de 1275 foi feito um escambo d'uma casa entre o Cabido da Collegiada e Maria Annes dita Vieira, sita na *Rua Mosqueira sub porta de Turri vetera* (Arch. da Colleg., *Livro das Transac. e Escambos,* doc. n.º 26).

poterit adipisci firma vobis vestrisque suçessoribus et illibata permaneant. In quibus haec propiis duximus exprimenda vocabolis locum ipsum in quo prefactum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis Ecclesiam Sancti Emilliani de Ripa de Ave cum terris, poçessionibus, et omnibus pertinentiis earundem, grangias, cauta cum casalibus et piscariis, terras pocessiones, et redditus, et quidquid juris in Bracar. Portugalen. Lamesen. et Visen. Diocesibus monasterium vestrum noscitur obtinere cum terris, pratis, vineis, nemoribus, usuagiis, et pascuis in bosco, et in plano, in aquis, et mollendinis in viis, et semitis, et omnibus aliis libertatibus, et immunitatibus suis sane nouallium vestrorum quae propiis manibus aut sumptibus colletis de quibus aliquis hactenus non precepit siue de vestrorum animallium nutrimentis nullus a vobis deçimas exigere vel extroquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conuertionem reçipere, et eos absque contraditione aliqua retinere. Pohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in vestro monasterio profetionem fas sit sine Prioris sui licentia de eodem loco nisi artioris rellegionis obtentu disçedere; disçendentem uero absque comunium literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terrae fuerit liçeat vobis clausis januis exclusis excomunicatis, et interdictis nom pulsatis campanis supressa voçe diuina officia celebrare dummodo causam non dederitis intredicto. Crisma vero oleum sanctum consecrationes altarium seu basilicarum ordinationes clericorum qui ad ordines fuerunt promouendi a diocesano susçipietis Episcupo siquidem catolicus fuerit et gratiam et comunionem Sacrossantae Romanae Sedis habuerit, et ea vobis voluerit sine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper ut infra fines parrochiae vestrae si eam habetis nullus sine assensu Diocesani Episcupi, et vestro Cappellam seu Oratarium de nouo construere audeat saluis priuillegiis Pontificum Romanorum. Adhaec nouas, et indebitas exactiones ab Archiepiscupis, et Episcupis Archidiacorum seu Decanio aliisque omnibus Ecclesiasticis secullaribusue personis a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loçi liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni et extremae voluptati, qui se illic sepelliri deliberauerint, (nisi forte excomunicati vel interdicti sint, aut etiam publiçe usurarii) nullus obsistat: salua tamem justitiam illarum Ecclesiarum a quibus mortuorum corpora asumuntur. Deçimas preterea, et possetiones ad jus Ecclesiarum vestrarum expetantes quae a laiçis detinentur redimendi, et legitime deliberandi de manibus eorum, et ad Ecclesias ad quas pertinent revocandi libera sit vobis de nostra autoritate facultas. Obeunte vero te nunc ejusdem loçi Priore, uel tuorum qualibet surretionis astutia seu mollentia proponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum mayor pars concilli sanioris secundum Deum et Beati Augustini regullam prouiderint elligendum. Paçi quoque et tranquillitati vestrae paterna in posterum soliçitudine prouidere vollentes autoritate appostollica prohibemus ut infra clausuras locorum seu grangearum vestrarum nullus rapinam seu furtum façere ignem apponere sanguinem fundere hominem temere captare uel interfiçere seu mollentiam audeat exerçere. Preterea omnes libertates, et immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontifiçibus monasterio vestro concessas, necnon libertates, et exemptiones secullarium exactionem a Regibus, et Prinçipibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas autoritate appostolica confirmamus et presentis scripti preuillegio communimus. Deçernimus ergo ut nulli onino hominum liçeat prefactum monasterium temere perturbare aut ejus pocessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gouernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura: salua Sedis appostolicae autoritate et Diocesanorum Episcuporum canonica justitia. Siqua igitur in futurum Ecclesiastica secullarisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temtauerit secundo tertiove commonita nisi reatum sunt congrua satisfatione correxerit potestatis honorisque sui careat dignitate reamque de diuino juditio existire de perpetrata iniquitate cognoscat, et a Sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alliena fiat atque in extremo examine districte subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus, et hic fructum bonae actionis percipiant et apud distritum judiçem premeat eternae paçis invenient. amem. amem. — Duas firmas — e no meio

dellas o seguinte — Ego Innocentius Catholiçe Ecclesiae Episcupus. Ego Petrus Tusçillanus Episcupus. Ego Viçentius Prenestinus Episcupus. Ego Simon. Sancti Martini Presbiter Card. Ego Ancletus T T. Sanctae Praxedis Presbiter Card. Ego Guilhemus T T. Sancti Marçii Presbiter Card. Ego Ricardus Santi Angelli Digno Card. Ego Johannes Santi Nicollai in carçerem Gollianus Diaconus Card. Ego Octobonus Sancti Adriani Diaconus Card. Ego Jacobus Sanctae Mariae in Cosmidem Diaconus Card. Ego Goitafeide Santi Georgi ad Vellumaiit Diaconus Card. Datum Laterani per manum magistri Petri de Mediollano Santae Romanae Ecclesiae viçecançellarii idus Mayi indictione quarta incarnatione Dominicae Anno millessimo duçentessimo septuagessimo sexto Pontificatus vero Domini Innoçentii Papae quinto anno primo.

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro dos Coutos*, fl. 25.

CCLXX

Publicatio Interdicti Gregorii Papae X facta Guimarães. *Ex Publico Archivo describendum curavimus.*

1277

....

....

Inde uenit castrum vimaranen ibique due nonas madij anno eodem in presencia G. Martini Abbatis polumbarij. P. nuni prioris sancti Torchati fratrum predicatorum et minorum cleri ac populi eiusdem Castri ante portam ecclesie Sancte Marie. que est maior eccleleſia ipsius Castri publicauit ordinationem predictam et exposuit in uulgari. Ostendit etiam et publicauit suis locis litteras summorum Pontifficum superius memoratas iuxta modum predictum. Qua publicatione facta statim iu presencia omnium transsumptum ipsius ordinationis affixit manibus proprijs ianuis supradicte ecclesie castri eiusdem. (1)

Vide Arch. da T. do T., *Rolo*, que mede 5,m 75, que se encontra sob o maço n.º 6, na caixa n.º 43 da mitra da Sé de Braga.

(1) A'cerca do assumpto a que se refere este extracto pode consultar-se A. Herculano, *Hist. de Port.*, tomo III, pag. 145 da 4.ª edição.

CCLXXI

Carta d'el-rei D. Diniz confirmando a protecção regia á Collegiada de Guimarães. Copia authentica do seculo XVIII.

1279

Dom Dinis pella grassa de Deos Rei de Portugal, e do Algarue. A vos Dom Vasco Martins meu meirinho mór ou aquelle que andar em vosso logo em terra de Guimaraes, saude, Sabede que o Cabbido da Igreja de Santa Maria de Guimaraes se me inuiou queixar de mal que les fezerom e fazem caualleiros, e outros homes dessa terra, e que os desafiam, e les fazem demandas leigalmente. Donde vos mando firmemente, que nom sofrades a homem do mundo que les fassa mal, nem forssa, nem va contra elles, nem contra as sas cousas, nem que os desafiem, e aquelles que contra elles ouuerem algumas demandas demandenos por u os deuerem a demandar, e por i reçebão todo seu direito, e aquelles que achardes que a elles mal fezerom, ou as sas cousas, ou des aqui adiante quizerem fazer mandouos que leuedes delles todo incouto, asy como he contheudo nas cartas, e nos priuillegios, que essa Igreya tem de meu Padre, e dos outros Reis que ante mim forom, e fazede a elles correger todo o mal que les fezerom ou fezerem Vos al nom façades senom crede que a vos me tornarei por ende e por uer em como fazedes meu mandado mando que o sobredito Cabbido, ou outro por el tenham esta minha carta aberta em testimonio. Dada em a Goarda prestomeiro dia de Julho. El Rei o mandou Martim Garcia a fez. Era de mil, e tresentos, e desaçete. (1)

Vide Arch. da Colleg. de Guim., *Livro 1.º dos Privilegios*, fl 8, v.

(1) A confirmação da protecção regia á Collegiada de Guimarães foi feita pelos monarchas portuguezes seguintes; omittimos porém a publicação d'esses documentos porque não accrescentam, salvo algum em especial que indicaremos, cousa alguma ao que fica sabido pelos anteriores. Mais appropriado lugar lhes caberia em uma monographia da Insigne Collegiada.

CCLXXII

Carta confirmando a protecção regia ao convento da Costa.

1280

Dom denis per graça de deus Rey de puurtugall e do algarue a vos alcaide e juiz de guimarães e a meu meirinho damtre doiro e mynho saude sabede verdadeiramaete que o moesteiro da costa he meu jmteiro e com todos seus direitos e pertenças por que meu bisauoo o fez e fumdou e lhe deu todalas cousas que tem e como quer que ese moesteiro da costa foy sempre em tempo de meu bisauoo e des meus amteçesores defeso e omrrado e emparado e eu em meu tempo em esto e em as outras cousas os ey de seguir mandouos firmemente dizer que asy como ese moesteiro da costa em tempo de meu bisauoo e dos meus amteçesores foy sempre defeso e emparado e omrrado vos asy o tenhaes defeso e omrrado e emparado contra os Ricos homens da terra e contra os moordomos e contra todolos homeens que nese moesteiro mall ou torto ou força per soberba fazer quiserem por que asy como achey per cartas que foram dos meus amteçesores as quaees sam em ese moesteiro que todalas erdades suas de sousa e de monte longo e de vall de boiro sam omrradas e descarregadas e liures de todo foro Reall e tambem vos mando e a cada hum de vos que por esas mynhas Cartas e dos meus amteçesores as quaees em ese moesteiro da costa tem as quaees eu muitas vezes comcedy e comcedo vos com cada hum de vos per elas ese moesteiro da costa julguees e semelhauelmente a vos ou a cada hum de vos mando que se alguum de meu Regnno tam ousado for que este meu mandado quiser quebrantar vos ou cada hum de vos todos meus emcoutos e dos meus amteçesores deles arrecadees onde all nom façades senam crede que eu me tornarey des ende a vos por eses meus emcoutos e dos meus amteçesores e per tamto mando ao prior da costa dese moesteiro que tenha esta mynha carta aberta em testemunho Dada em bragaa oyto dias de julho el Rey o mandou per mestre pero chamceller joam martins notario era de mill e iij^{c} xbiij^{o} annos. (1)

Vide Arch. da T. do T.

CCLXXIII

Sententia judicis Vimaranensis ad regalenga tuenda. Ex Publico Archivo describendum curavimus.

1283 (2)

